CL. GAL.

METHODI MEDENDI, VEL DE MORBIS CVRANDIS LIBRI XIIII.

Postrema hac editione ad cuiuscunque varie[...]is exemplarium fidem collati & restituti.

Accesserunt peritissimorum quorundam Medicorum industria, noua quædam partitio Librorum in sua capita,

Item & Annotationes complures in margine, cum interpretatione Græcorum nominum, quæ in toto opere extant.

IN VIRTVTE, ET FORTVNA.



LVGDVNI,

Apud Gul. Rouillium sub scuto Veneto.

M. D. LIII.

INVICTISSIMO ILLVSTRISSIMOQVE

Henrico VIII. Angliæ Regi, domino Hyberniæ, ac Vualliæ Cornubiæq; principi, Thomas Linacrus medicus suus

S. P. D.

ITERVM iam maiestatem tuam Henrice Regū clarissime, cogor exorare, vt ex inclyti nominis tui præfatione lucubrationibus meis fauoris aliquid conciliem. Quas enim ad te nunc affero, tanto profectò, magis quàm priores patrocinium tuum postulant, quanto fuere sicut grauioris operæ, ita vereor ne supra vires meas. Affero enim nunc Galeni opus, in quo ille omnem, quæ propriè de medendo instituitur, rationem complectitur. Opus planè arduum, & quod siue id ob subtilitatem suam, siue prolixitatē, mille iam annis ne-

mo satis latinè, ne dicam extãtis operis dignitate vertere (quod sciam) est aggressus: vt mihi planè dolenda studiosorũ sors videatur, qui hactenus desyderio eius partim barbaris quibusdã iisdemq; malæ fidei inuersionibus, partim nudis rerum capitibus, Arabum quorundam arbitrio excerptis: omniq; nõ modò ratione, quæ reluctantem lectorem ducere, sed etiam quæ hæsitantem quoquo modo inhortari possit, orbatis, incumbere sunt coacti. Quod ipse mecum identidem reputans, tentandum pro virili existimaui, nunquid ipse præstare possem, quo simul his melius consulerẽ, simul cùm duas medicinæ partes prioribus lucubrationibus tibi dedicassem, nõ committerem vt vel tertio par desyderio officium in te meum claudicaret, vel cùm multi tibi pro seruata sanitate & debeant & debituri sint, non plurimi etiam sint, qui redditam sibi salutem tibi aliquando acceptam referant. Itaque quanquam magnitudo rei nonnihil me meritò deterruit, tamen quod quouis labore instantiaq; non longißimo saltem interuallo me assequi posse confidebam, detrectandum non censui, potißimùm cùm me magnopere consolaretur, quòd docti quoque homines primos nostros conatus, velutique præludia sic approbarunt, vt sicubi in iis quæ nunc paraui, vel tædio tam longi operis lassus, vel difficultate alienis vestigiis semper insistendi victus, humano

mano fortaſſe more laberer: facilè ſperem æquos lectores, modò plura niteant, paucis, (quas ipſe præſertim occupatus, & ſubciſiuis temporibus iſta cudens, parum vbique cauerim) non iri offenſum maculis. Quas alioqui ipſas (quo tuo nomine, quæ afferimus, minus ſint indigna) nõ in his modò, verùm in omnibus quæ ſcripſero, vt vel ab amicis lectoribus admonebor, vel ipſe eas deprehendam: in eo quod ſupereſt vitæ meæ ſtatui emaculare. Interim Rex clariſſime ſines has quoque lucubrationes ſub tui nominis patrocinio commendatiores exire: præſertim cùm nõ tam à me tibi deſtinatæ ſint, quàm planè debitæ: vel quòd, in qua natæ ſunt, aulæ tuæ veluti fœtura ſint, vel quòd tu quicquid vſquam laborum eſt meorum, iure tibi vendices: qui me tam munificè non victu modò ſtipendióque alis, ſed etiam ampliſſimis muneribus ornas. Et alioqui cui potius mea omnia aut debeantur, aut etiam dedicentur quàm tibi, qui ſic meas quantumuis tenues lucubratiunculas æſtimare ſoleas? Cui potius medicus tuus hoc quo ſanitati tuæ conſuli poſsit, conferam, quàm tibi? Cui ſatius literarum ſtudioſus ipſe quicquid in his muſsito nuncupem, quàm tibi Regum omnium literatiſsimo? cùm certè non aliter eruditos viros ſic vt facis complecteretis, niſi doctrinam eorũ ipſe probè perſpiceres. Cui denique Anglus ipſe, aulicúſque tuus, niſi tibi

& Regi meo, & principi indulgentißimo? Quo magis his, cum tot nominibus tibi debita vel verius tua sint, gratiam aliqua vel ex eo quòd tibi omnino non displicent, parari patieris. Id futurum non dubito, si ea (quod dixi) sub inclyti nominis tui præfatione velu-ti munita in publicum prodi-re permittas. Diu va-leas, viuasq; Re-gum de-cus.

CVL

GVLIELMVS BV-DAEVS THOMAE LV-PSETO ANGLO S. D.

QVOS mihi libros therapeuticos credideras, Lupsete doctißime, eos ad te remitto, tumultuaria quidem lectione, & subsultim, non etiam perfunctoria & oscitanter euolutos. Volui enim cōrum lectione non modò tibi operam, sed etiā mihi nauare, tametsi cùm id primùm facere insisterem, altius omnino nihil animo agitabam, quàm vt paucorū dierum officio satisfacerem petitioni tuę, simul vt eadem opera aduentitiorum voluminum contrectatione animū meum oblectarem negotiis confectum. Solet enim (vt nosti) nostræ sortis hominibus incessere cupido haud illiberalis de vnoquoque opere literario, æstimationem factitandi, vt quispiam studiosorum in medium protulit aliquod ingenij sui specimen: ita scilicet natura ferente, vt sui quisque ingenij atque industriæ modum contendere cum aliorum gaudeat, quo certius perpēdat quid præstare eadem in re posśit. Verùm cum idipsum hominū more facerem, humanitus quoque mihi obrepsit (vt ingenuè in sinu tuo loquar) certandi quoque libido cum eorum librorū interprete Linacro: tametsi eum summa esse eruditione præditum n[illegible]scius iam diu forem. Itaque pauca quædam loca ad Momi lucernā inspecta, & animaduersione (prope dixerim) delatoria obseruata, quum priore specie se mihi non probassent, cū Græco statim exemplari collata, partim mutare, partim noua facere de integro conatus, vt nihil aut parum promouere me sensi, criminationem illam meam potius fuisse iudicaui æmulę

contentionis,ab ingenua ipsam & studiosa alacritate manantis,quàm iustam ęquamq; reprehensionem.Id vtrum in culpam inertiæ & imperitiæ vertere mihi debeam, an in operis laudem exactè absoluti , aliorum esse iudicium malo:quandoquidem nondum me eum censendi locum in doctorum concilio adeptum esse arbitror, vt optimus quisque & existimatissimus transire in sententiam meam debeat, antequam rem ipsam ad manum aspexerit. Hactenus tamen in medium ferre sententiam non dubitarim,si omnia similia sunt iis quæ legi , Galenum nobis eleganti & exquisito sermone Latinum esse factum : vt iam Britanniæ decus hoc futurum sit, quod olim Pergamum in Asia illustrauit. Quo in opere animaduerti Linacrum multo plus tribuisse priscæ scribendi,vertendiq; seueritati, quàm nostri temporis indulsisse licentiæ lasciulenti.Hæc ad te scripsi,vir amice,in instrumenti viatorij apparatu,coemptúque occupatus,iisq; rebus constituendis , quæ ad instantem mihi peregrè profectionem pertinebāt,penè iam vt accinctus mihi esse viderer , cum ineundæ viæ dies non ex alieno arbitrio penderet : alioqui rarus domi,& iam cursitator circuitorq; factus inuito meo genio,& obluctante mihi. Sed fortuna (vt arbitror) antè mihi ferè iniqua , nunc etiam ludos sibi nostratibusq; hominibus factitare in me exercendo constituit : quæ negotioso genere commercij cum iis me hominibus committit , qui non tam salutationum & venerationis honore , quàm postulatorum ærumnis gaudent, quas cum summa oblectatione spectant.

Vale.

GALENI METHODI MEDENDI, VEL DE MORBIS curandis, Thoma Linacro Anglo interprete,

LIBER PRIMVS.

Quæ in primo Methodi medendi libro habentur.

Suorum temporũ ad bonas artes capessendas ignauiam improbat.
In Thessalũ sectæ Methodicæ principem acerrimè inuehitur, atque eius omnia fundaméta destruit.
Contra veteres Medicos de morbi definitione disceptat.

CAPVT I.

QVANQVAM *& tu sæpe aliàs charißime Hiero, & alij quidam amici me nunc hortantur, vt sibi medendi Methodum conscribam: & ego sanè, tum vobis in primis gratificari, tũ verò posteros pro viribus iuuare cupio: semper*

tamen sum cunctatus, ac distuli: idque multis de causis: quas nunc quoq; satius (opinor) fuerit prius, quàm opus ipsum aggrediar, exponere: sunt enim ad ea quæ pòst dicentur, sanè nō inutiles. Earū igitur omniū illa præcipua fuit, quòd frustra me scripturum timebā: cū nemo, propè dixerim, hac nostra ætate veritatis inquisitioni sit deditus: sed pecuniā, & ciuilē potentiā, & inexplebiles voluptatū delitias omnes eousq; suspiciant, vt si quis sapiētiæ quoduis studiū sectetur, 10 *pro insano hūc habeāt: quippe qui primā ipsam & verè sapientiā, quæ diuinarū humanarumq; rerū est scientia, ne esse quidē omnino existimēt. Medicinā verò, Geometriā, Rhetoricen, Arithmeticē, Musicē, ac reliquas id genus artes, esse quidē autumēt: cæterùm finem earū studiosè persequendū minimè cēseant. Me verò ex his, qui me vnicè diligere sunt visi, nōnulli sæpe increpāt, quòd plus iusto veritatis studio sim addictus, quasi nec mihi ipsi vsui, nec ipsis in tota vi* 20 *ta sim futurus, nisi & ab hoc tāto veritatis indagandæ studio desistā, & manè salutando circūeam, & vesperi apud potētes cœuē. His enim artibus tū amari, tum amicitias conciliari, tum verò pro artificibus haberi, nequaquā ex priuata ac domi parta industria. Neque enim esse qui de ea iudicēt, vbi oēs totū diē diuersis studijs transigant, manè quidē omnes simul salutationibus occupati, pòst autem distracti, ad forum*

quid

quidē & lites non exigua turba, ad saltationes autē & aurigas alia maior iā vel aleæ, vel amoribus, vel balneis, vel ebrietati, vel comessationi, vel demū alicui corporis voluptati deditus sanè nō exiguus numerus. vesperi verò rursum omnes ad sympofia simul collecti, vbi postquā vino se impleuêre, nō lyra citharáve, aut aliud musicū instrumentū in orbē circūfertur, (quod sicut olim in eiusmodi cōgressu tetigisse, honestū. sic cōtrà, nō tetigisse admodū erat turpe) sed nec sermones vlli habētur, quales in sympofijs agitari solere veteres prodiderūt, nec aliud honestū quicquā: imò inuicē sibi propināt & de magnitudine poculorū certāt: vtpote inter quos optimus cēsetur, nō qui plurimis instrumētis musicis, aut etiā sermone philosophico vti nouit, sed qui multos, eósq; maximos calices exiccauit, adeò vt mihi manè etiamnum ebrij ex his plerique; videātur: nonnulli verò etiam euidenter adeò vinum olere, quàm si modò hausissent. Eóque iurè fit, vt quū ægrotare cœperint, medicos aduocēt, nō quidem optimos, vtpote quos per sanitatem noscere nūquam studuerunt: sed eos quos maximè familiares habēt, quiq; ipsis maximè adulātur: qui & frigidam dabunt, si hanc poposcerint: & lauabunt, cum iusserint, & niuem vinúmque porrigent: postremo quicquid iubebitur, mancipiorū ritu facient, contrà quàm veteres illi medici ab Aesculapio oriūdi, qui tanquam duces militibus,

litibus, & reges subditis, imperare ægris voluerunt: nequaquam verò Getarum, & Tibiorũ, & Phrygum, & Thracum emptitiorũ ritu parêre, atque obsequi. Itaque nõ qui melius artem callet, sed qui adulari aptius nouit, apud istos magis in pretio est: huicq; omnia plana, peruiaq; sunt: huic ædium fores patent: hic breui efficitur diues, plurimumq; potest: huic discipuli multi à cubiculis, vbi iam fuerint exoleti, traduntur. Quod Thessalus ille intelligẽs, non solùm cætera Romæ diuitibus assentabatur, sed etiã artẽ sex mensibus traditurũ se professus, quàmplurimos discipulos breui comparauit. Si enim neque Geometriæ, neque Astronomiæ, neq; Dialectices, neque Musices, nec vllius denique bonarũ disciplinarũ indigẽt, qui medici sunt futuri, (quemadmodũ Thessalus iste generosissimus promittebat,) nec etiã longã experientiã, & operũ artis vsum desyderãt: cui non promptũ sit artem aggredi ceu facilè medico futuro? Atque hinc adeò fit, vt nũc etiã sutores, & tinctores, & fabri, tũ materiarij tum ferrarij, proprio magisterio relicto, in medicinæ artis opera insiliant. Quin & rhopopolæ ipsi, etiã de primo loco certant.. Atq; ob hæc ipse medẽdi methodũ scribere sum cunctatus: quam vtique & viri veteres inceperũt, & posteri eorũ perficere sunt conati. Atque olim quidẽ non parua lis erat eorũ, qui in Co atq; Cnido habitabãt, vtri videlicet inuent

uent

uĕtorũ multitudine reliquos ſuperarent. quippe q eminũ hoc genus Aſclepiadarum adhuc in Aſia ſupererat, deficiĕte nimirũ quod in Rhodo viguerat. Certabãt autĕ cũ hiis honeſtũ illud certamen, quod Heſiodus prædicabat, etiã medici qui Italiã incolebãt, Philiſtion, Empedocles, Pauſanias, & horũ ſectatores: erantq; tres hæ certantium inter ſe nobilium medicorũ ſcholæ. Plurimos quidem atque optimos diſcipulos
10 Coæ fortuna cõtulit: ab hoc Cnidiæ. Nec tamen in paruo habenda pretio erat, & quæ in Italia noſcebatur. At horũ nemo nec manè potĕtium fores ipſos ſalutaturus, nec veſperi cœnaturus frequentabat, ſed: ſicut Heſiodus cecinit,

„ Nãq; aliũ ditĕ cernĕs, cui deeſt quod agatur,
„ Ipſe ſolum vertit tauris, & ſemina ponit.

Ita & illi inter ſe perpetuò certabãt, nõ vtiq; de arãda ſerĕdáve terra, (qppe quæ vt Aſclepiadarũ gñere inferiora, ſic Aſcræo poëtæ erãt nõ
20 indecora) ſed de Apollinis Aeſculapiiq; arte tũ exercĕda, tũ verò ſemper augĕda, ac pro viribus perficiĕda. Nũc verò honeſtũ illud certamĕ intercidit, aut certè minimũ eius inter homines adhuc ſupereſt. Regnat autĕ inhoneſtum, nec eſt q hoc auertat, aut malo mederatur, vt Heſiod⁹:

„ Lis ne te inducat mala deuitare laborem,
„ Dulce malum alterius cui ſit.

Hæc enim lis, vt Heſiodo etiam diuinior Poëta cecinit:

Arma:

Armatur primũ tenuis, mox improba cælo "
Inserit alta caput terris vestigia figens. "

CAPVT II.

HVius litis stimulis agitatus ille Thessalus Hippocratẽ ac reliquos Asclepiadas maledictis incessit, ac totius terrarum orbis theatrũ in suis ipsius libris cõstituẽs, inibi iudicatur, vincítq;, & cõtra omnem antiquitatem coronatur, ipséq; à se victor declaratur. Hæc facit tum in eo libro, quẽ de cõmunitatibus scripsit, tum in Syncriticis: quin in reliquis quoque omnibus cõtumeliosus esse non desistit, veluti in epistola quam ad Neronem mittit, his ipsis inter initia verbis vsus: Cũ nouã sectã condiderim, & quæ " sola vera sit, propterea quòd qui ante me medici " fuerunt, omnes nihil vtile prodiderunt, vel ad " sanitatẽ tuendã, vel morbos propulsandos. Per- " gẽs autem in epistola Hippocrates, inquit, No- " xia præcepta tradidit. Ausus est & Aphoris " mis eius cum summo dedecore contradicere. Et cũ ostẽdat se in Hippocratica disciplina, nec à quoquam institutũ, nec eius opera sub præceptore legisse: tamẽ non veretur etiam, talis cùm sit, palmam sibiipsi tribuere. Quò magis aliquæ esse meæ partes videntur (quanquam aliàs parùm assueti improbos acerbè taxare) aliquid contra hunc ob veterum contumeliam dicere. Quid improbe, quæ bona sunt calũniari tentas, vt multitudini placeas, cũ liceret tibi in veritatis contem

tem

tēplatione excellere, si diligens esses ac veritatis amator? Quid ita ruditatis auditorū patrocinio abuteris ad veterū blasphemiā? Nū paternæ artis socios, impudētißime Thessale, iudices medicorū statues? Istis scilicet iudicibus vinces proculdubio, siue cōtra Hippocratē, siue cōtra Diodem, siue contra Praxagorā, siue contra reliquos omnes veteres dixeris. Quin potius viros antiquos, Dialecticos, sciētes, qui verū falsúmq;
10 discernere sunt periti, qui cōsequēs ac repugnās distinguere, qui demōstrandi methodū à pueris sunt meditati, hos inquā iudices in cōsessum introducito. His sedētibus aude quippiā Hippocratē accusare. His pronūtiaturis aggredere scelesta illa tua, barbaráq; voce cōtra Hippocratē primū illud differere, Nō oportere de hominis natura curiosum esse: deinde, si quis hoc donet: malè illū de ea inquisiuisse, ac falsò omnia præcepisse. Ergo quis iudex erit? Nū Plato? quādo huic sal
20 tē iniurius esse minimè es ausus. Ego verò ne discipulos quidē eius refugiam, non Speusippum, non Xenocratē. Aristotelis verò, vel rogē, iudicium subeas, & cum eo Theophrasti. Optem vtique & Zenonem, & Chrysippum, & eorū qui hos sectantur, quemlibet iudicem eligas. Horum nemo, vir audacißime, Hippocratis de natura hominis scita damnauit: quæ tu mihi nec legisse vnquam videris, nec si legisti, intellexisse, & si intellexisti, iudicare certe de

ijs minimè gẽtiũ potuisti, vt qui sub patre male lanas carpẽte, in gynæcio sis altus. Nec enim putes nos, vel egregiũ genus tuũ, vel clarã doctrinã, latêre. Nec te Hippocrati & reliquis veteribus in surdo theatro maledicere: sed qui sis, & vnde venias, quo genere ortus, qua educatione vsus, qua disciplina imbutus, prius ostende: atq; ita demũ dicito, Illud ipsum prius vir audacissime monit-, nõ esse cuiuis in vlla bene instituta ciuitate cõcessum, publicè dicere: sed si quis vir clarus est, qui genus possit, & educationẽ, tum verò eruditionẽ cõcionatore dignã ostẽdere, huic dicere permittũt leges. Tu cũ nihil horum ostendere habeas, audes tamẽ homo generosissime, Hippocratẽ accusare: fascísq; in nugacibus libellis tuis Græcos sedere iudices: fers autẽ ipse sentẽtiã, nec illorũ expectas. Et palmã tibijpsi das, modò de omnibus medicis, modò de omnibus in vniuersum Græcis. Hæc enim insignis audacia sapiẽtissimi scilicet Thessali est, omnes se medicos vicisse, sed seipso litigatore, seipso agonotheta, seipso iudice: post hos etiam etiam reliquos Græcos in certamen prouocasse, Rhétoras, Geometras, Grãmaticos, Astronomos, Philosophos: inter quos constitutum, ac lanificis elocutione vsum, censere se omniũ primùm esse, quippe medicinam reliquas omnes àrtes præcellere, se verò medicos omnes superasse, quod vnũ fortè fortuna rectè collegit. Si enim medicina est omnium

art-

artiũ præstantissima, in ea verò Thessalus primas partes obtinet, vtique omniũ hominum ita sit primus, ac Socratẽ & Lycurgum præcellat, cæterósq; omnes quos Pythius, vel vt viros bonos, vel vt sapientes, vel vt musarũ ministros, vel vt Iouis famulos, vel deniq; vt alio quolibet munere dijs gratos laudauit.. Agedum igitur Thessalo hymnos decætero omnes cãtẽt, scribãtq; victoriæ carmina: & publicũ vrbis theatrũ cõ-
10 stituatur: acceditóq; aliquis, qui canat eũ, qui in textrina sit altus, vicisse Demosthenẽ, Lysiã, & reliquos Rhetoras, superasse Platonẽ, Socratẽ & cæteros Philosophos: palmã eripuisse Lycurgo, Soloni, & alijs Legislatoribus: victorem deniq; totius hominũ generis coronatũ esse, Rhetorũ, Philosophorũ, Legislatorũ. Nã si Geometras, etiã & Grãmaticos, ac Musicos, nominatim post tãtos titulos cõmemorẽ, contumeliosus in hominem videar. Vbi enim Lycurgus, So-
20 lon, Plato, Socrates, & Pythagoras dant manus: num pulchrum etiam sit, Hipparchi, Archimedis, Aristoxeni, Aristarchi, & aliorum quorundam id genus meminisse, hominum (vt Thessalus dicat) nullius pretij? Sed quis tã magniloquus poëta nobis existet., qui hæc canet? Quis nũc dabitur Homerus, qui hexametro tono hãc Thessali victoriam celebrabit? aut quis Lyricus, qui veluti Pindarus altè in dithyrambis canet: quiq; sicut olim Bacchi, ita nunc

Thessali præconiũ efferet? An horũ potius nullũ requirimus, sed eorum qui iambos scribunt, Archilogũ aliquem, aut Hipponactẽ, aut ex Tragica scena quẽpiã, qui sic hominẽ compellet:

Quiesce dum miserrime in stratis tuis,

Nanq; haud vides, quæ te putas nosce probè.

Orestis mihi somniũ narras Thessale. Qualénã id theatrũ est, in quo tu vinces Hippocratem? Qui iudices erunt? Quinã præmia proponent? Vísne primũ Platonis suffragiũ legamus? fortasse enim hũc iudicẽ nõ reijcies. Atqui ille hæc ad verbũ ait: Animæ igitur naturã aptè putas intelligi posse, nõ cognita totius natura? Imò, si quidẽ Hippocrati vni ex Asclepiadarũ genere fides est habẽda, ne corporis quidẽ naturam absq; hac methodo. rectè ais amice: oportet tamẽ cũ Hippocrate sermonẽ cõferẽtes, nũ cũ eo cõcordet, æstimemus. Sanè quidẽ. Igitur de natura cõsyderare, quid est quod Hippocrates rectáq; ratio dicit? Nũ ad hũc modũ de cuiusq; rei natura primũ illud perpẽdi oportet, sítne de quo volumus, vel ipsi sciẽtes esse, vel alios facere scientes posse, simplex, an varias species habeat? Mox si simplex sit, facultas eius æstimanda est, quam videlicet ad quid agendum obtineat, aut quã ad patiendum ab alio sit sortitum. Sin plures habeat species, his enumeratis, quod in vna feceris, id in vnaquaq; exigere oportebit: nempe quid illa facere per suã naturã sit apta, vel quid ab

alio

alio pati. Audistin vir bone Platonẽ simili methodo animæ naturã inueniẽdã esse cẽsere, qua corporis naturã Hippocrates? An adhuc vis multas hominis dictiones ex multis librorũ eius locis deligã, in quibus ille Hippocratẽ omniũ q̃ ante se fuerũt, maximè admiratur? An poti⁹, cũ id alibi fecerim (nempe in eo opere, in quo de Hippoc. & Platonis placitis disserui) illuc quid scire volet, remittã: vbi, vt arbitror, clarissimè ostẽdimus, in plurimis maximísq; rebus horũ hominũ inter se cõsensum: atq; aliò me cõferens, aliũ tibi iã aduocẽ in testẽ cœtũ, nẽpe Peripateticũ: qui & ipsẽ Hippocratis physiologiæ principia cõfirmat? Quin de hoc quoq; proditũ à me in alijs cõmẽtarijs est: quorũ vnus de elemẽtis secũdũ Hippocratẽ inscribitur: post hũc alij tres de tẽperamentis: mox alij duo, alter de inæquali intẽperie, qui etiã ad tractationẽ de tẽperamentis pertinet: alter de optima corporis cõstitutione: deinde etiã tres de naturalibus facultatibus, hos igitur si quis leget, clarè perspiciet, rationũ Hip. de natura, Aristotelẽ interpretẽ esse. Quin etiam de morborum discrimine, quot hi, quíque sint, ac de symptomatis pari modo: præterea de horum vtrorunque caussis, primus omnium quos nouimus, Hippocrates rectè principia dedisse videtur. Post eum verò Aristoteles fusissimè ea est interpretatus. Hæc ita esse intelliget, qui commẽtarios nostros, quos de singulis horũ

ſcripſimus, legere nõ grauabitur. Quare ſi Peripatetici iudiciũ exercebũt, Hipp. (arbitror) vincet: Theſſalus vt impudẽs, & nequam eÿcietur. Sin Stoicis philoſophis in cõfeſſum admiſsis iudiciũ permittetur, ex ÿs placitis, quæ ipſimet ſtatuũt, Hippocrati palmã dabunt, quippe calidũ, frigidũ, ſiccũ, & humidũ, primus Hippocrates inuexit: poſt eũ Ariſtoteles demõſtratione aſſeruit. Eadẽ Chryſippus parata cũ accepiſſet, minimè eſt obluctatus: ſed omnia ex horũ miſtura cõſtare confirmat, atq; hæc inter ſe mutuò agere ac pati, artificẽq; naturã eſſe, omnia deniq; alia Hippocratis dogmata de natura recipit, niſi quòd in re tenui eſt illi cũ Ariſtotele diſſentio, quippe cũ rectè Hippocrates affirmet totũ corpus eſſe (vt Græcè dicitur) σύμπνουν ϰαὶ σύῤῥουν, quaſi cõſpirabile & cõfluxile dicas, omnẽſq; animalis particulas mutuò à ſe affici: recipiũt quidẽ hoc vtriq;: diſsidẽt tamẽ in eo quòd Ariſtoteles qualitates tãtũ in ſe mutuò trãſire, omninóq; miſceri, Stoici nõ has modò, ſed etiã ſubſtãtias ipſas exiſtimẽt. Quòd autẽ hoc definire medico ſuperuacuũ ſit, quódq; ad medicinæ opus abũdè ſit ſi tãtũ cõcedãtur ea quæ ab vtriſq; ſunt demonſtrata, item quòd qualitates virtuteſq; in miſtis totæ ſint totis permiſtæ: hæc & antè à me ſunt demõſtrata, & ſi res poſceret, nũc demõſtrabuntur. Quare & Platonis, Peripateticorum & Stoicorũ iudicio, Hippocr. phyſiologiæ victoria dab

dabitur. Imò verò ex eius physiologia omnes, qui iã cõprehẽsi sapiẽtiæ professores sunt ostẽdũt nemini fas esse morbos cõmodè curare, qui corporis vniuersi naturã nõ perspexerit. Nunquid igitur si dè palma sub horũ sapientiæ professorũ iudicio certasset Thessalus, vicisset, qui omnis suæ physiologiæ Hippocratẽ autorẽ habẽt? Quid autẽ si Geometris, Astronomis, Musicis, aut Rhetoribus iudiciũ cõcedet: putemúsne hos Hip-

10 pocrate prætermisso alij vlli palmã daturos? Ego sanè nec aliũ quẽuis primas esse laturũ arbitror, omniũq; minimè impudẽtissimũ Thessalũ, vt quo nemo Geometriã, Astronomiã, Musicẽ, ac Rhetoricẽ magis dehõestarit. Itaq; hac sal tẽ ratione apud hos in parũ amico theatro certauerit. Verũ hos fortassis in theatrũ minimè inducet, vtpote quos ipse prior inimicos reddiderit: sed ijs sapiẽtiæ professorum dũtaxat, qui in Dialectica sunt periti, vt qui veræ falsæq; ora-

20 tionis iudicãdæ facultatẽ exercuerint, iudicum partes cõcedet. Atqui, si Platonẽ, Aristotelẽ, & Chrysippũ, ceu parũ in hac facultate exercitatos trãsibimus, quósnã quæso, alios inuenienius? Quare si nec aliarum artium professores iudices admittet, nec qui in Dialecticæ cæteris omnibus sapientiæ professoribus præstiterunt, illi suffragabuntur: qui tãdem erunt, qui eũ vicisse iudicabũt? Qui illi frequẽs theatrum cõstituent? Qui victorẽ renunciabunt? Qui deniq;

coronabũt? Ipse videlicet seipsum. id quod in illis egregijs libris suis fecit, in quibus seipsum indicauit, coronauit, victorémque declarauit.

CAPVT III.

AT fortaßis illud sibi gloriæ memoriæq; inter homines occasionẽ fore est arbitratus, si optimis viris laceßitis, nos sibi respõdere cogeret. Verũ ita & Zoilus celeber clarúsq; sit, qui Homeri statuã flagellauit, & Salmoneus, qui Iouẽ est imitatus, reliquáq; flagitiosorum hominum nõ exigua turba, qui vel meliores non sunt reueriti, vel in deos ipsos fuerũt cõtumeliosi. Verũ hi nõ bonã de se opinionẽ reliquerũt. nec æmulatur quisquã, qui cõpos sit mẽtis, nec Homeromastica Zoilũ, nec demẽtẽ Salmoneũ: quãuis maledicis Zoilus in admiratione sit, & Salmoneus sacrilegis. Sed quid hos memoro? Cũ & qui loculos præcidũt, similia perditorum studia, & proditores proditorum, suspiciant: nec est prorsus quispiam, qui proprium cœtum, in quo palmã mereatur, nõ desyderet. Adeò si Thessalus inter coquos, tinctores, lanificos, sutores, textores, ac fullones, de victoria certans scripsisset, vtiq; & retulisset, de Hippocrate victoriã, & nemo nostrum ei repugnasset. Nunc cum omnes homines iudices facit, ex horum autem numero sunt & Plato, & Aristoteles, & Theophrastus, & Chrysippus, nequaquam omne punctum solus feret: sed alicui fortaßis prouoca

uocare ad aliũ iudicẽ licebit. Quanquam enim Hippocrat. certare cũ Thessalo, vtpote indigno se, nolet: at fortè Erasistratus nõ negliget: multóq; minus Herophilus, atque his etiam minus Asclepiades, aliíq; multi iuniorũ medicorũ, quibus est ad contentionẽ natura propẽsior, minimè impunè abire contumeliã sinent, qua pariter omnes Græcos Thessalus aspergit: sed, pducto in medium homine, omnes eius libros crassissima
10 ignorãtia refertos, Græcis ostendent: qui tot ac tãtis libris scriptis, et tot nugacissimorũ versuũ millibus effusis, nusquã in vllo operum suorum demonstrationẽ vllã afferre tentauit: sed tyrãni ritu duos tantùm esse in omni victus ratione morbos iubet, nempe fluxum & clausum: nõ intelligens se differentiam quandam morborum dixisse, quam vtiq; prisci (vt ostẽdemus) probè norunt. Cæterùm, nemo tã rudis fuit, vt differẽtias morborũ ipsos esse morbos putaret: ac re-
20 mediorũ indicationem ab ijs sumeret, substãtia ipsa prætermissa. Atqui hic Thessali paruus scilicet error, quẽ vel puer in liberalibus disciplinis altus statim aduertisset, hic inquam paruus error, eo insolentiæ hominẽ euexit, vt magnũ & præclarũ aliquid inuenisse se putaret: pinde ac si quis cùm omne animal rationale esse aut irrationale dixerit, non animaliũ differentias, sed aliud quippiam dixisse se putet: cùm scilicet huic illud quoq; similiter sit dictum, Omne animal

mortale est, vel immortale. Quippe oppositio, quæ in singulis differẽtijs notatur, coniuncta de omnibus speciebus dicitur. Omne enim animal, aut mansuetum est, aut ferum. Omne animal, aut pedatũ est, aut apes. Omne animal, aut cornutum est, aut cornuũ expers. Nec est inter differentias inuenire oppositionẽ vllã, quæ sit altera præstãtior, aut potior, nec q̃ magis omnibus insit particularibus. Verùm nõ cõuenit cùm de animalium numero quæritur, vnã differentiarum oppositionẽ respõdere. Hoc enim pacto duo erunt animalia vniuersa, nec vllum magis rationale, vel irrationale, quàm mortale, vel immortale, aut ferũ, vel mansuetũ, aut reliquarũ oppositionum quælibet. Quòd si quis differentijs omissis (sicut planè ratio exigit) equũ, bouem, canem, hominẽ, aquilam, apim, formicã, leonẽ, & ouem respõdeat, reliquáq; omnia per species animalia cõnumeret: constat hũc quærẽti quot sint in totum animalia, rectè respondisse. Quin si multa quidẽ sermone animalia memoret, testetur autem enumerare se omnia non posse: sic quoq; cõmodissimè responderit. Similis agitata quæstio de morborũ numero, & omnibus antiquis medicis est: alijs septẽ eos in totum esse affirmãtibus, alij plures his, paucioréſve dicẽtibus: omnibus tamẽ ad species quæ in substãtia, non quæ in differentia essent, respectum habentibus. Nemo enim ita erat indoctus, aut Logicæ spe-

culas

*culationis rudis, vt differẽtiã ſpecierũ ꝓ ſubſtã-
tia loquẽdo vſurparet: quemadmodũ Theſſalus
iſte qui è gynæcio exiliens, tãtis viris maledicit,
ipſe nec genus habẽs, quod referat, nec educatio-
nem, nec eruditionẽ: qualẽ illorũ quiſq; quorũ
alius Ariſt. alius Platonis: alius Theophra-
ſti, aut denique alterius cuiuſquam eorũ, qui in
Logica cõtẽplatione fuẽre exercitati, familia-
ris fuit. Veluti igitur rogat⁹ quiſpiã, quot ſint
10 in vniuerſum vocis elemẽta: ſi duo ea eſſe reſpon
derit: quippe aut vocalẽ omnino, aut conſonan-
tem eſſe quicquid vocis ſit elementũ, is verũ qui-
dem dixerit: cæterùm ad quæſtionẽ nõ reſpõde-
rit. Ad eundẽ modum, arbitror, ſi quis omniũ
morborũ numerũ cõprehendere ſtudens, ſpeciem
quidem vllam morborum, veluti phlegmonem,
ſcirrhon, vel œdema, referre nõ curet, ſolas autẽ
differentias memoret, ſiue clauſum & fluidum,
ſiue rarum & denſum, ſiue durũ & molle, ſiue
20 tenſum & laxum, verũ hic quoq; dixerit: mi-
nimè tamẽ ad quæſtionem reſpõderit. Primùm
nanq; in eo error eſt, quòd nõ omnis differentia
generi addita, ad ſpeciei conſtitutionem aliquid
cõducit: ſed quæ ex generis propria diuiſione na
ſcitur. quippe hæ demũ differẽtiæ ſunt, quæ ſpe-
cies cõſtituẽt: reliquæ omnes alienæ. Etenim ani
malis propriæ differẽtiæ ſunt, mortale et immor
tale, rationale & irrationale, manſuetũ & fe-
rum, aliáq; id genus. Molle verò ac durũ, graue*

& leue, rarũ & děsum, magnum & paruum, animalis differẽtiæ nõ sunt, sed substãtiæ. Itaq; etiam si cum animali, vel molle, vel durum, vel densum, vel rarũ, vel magnum, vel paruũ compona: ad speciem cõstituendam nihil sanè plus contulerint. sin vel rationale & immortale, vel rationale et mortale animali adieceris: efficitur iã illic Deus, hîc homo. Ita verò & si rationali animali duas illas differẽtias peculiares addideris, quæ sunt greßile & bipes, sic quoq; speciem quãpiã effeceris, nẽpe hominẽ. Vnde fieri nõ potest, vt vllius rei specificas differẽtias inueniat, qui eã definitionẽ, siue substãtiæ ipsius oratione ad vnguẽ nõ circũscripserit. Ali⁹ deinde error incidere solet ijs: quib⁹ parũ exercitata ratio est quòd cùm vnã aliquã differentiarũ oppositionẽ inuenerint, speciem aliquam propositi generis se putẽt inuenisse: ceu paulò antè de vocis elemẽtis est dictum. Siquidẽ qui vocalem & cõsonantem dixit, nondũ omnia humanæ vocis elementa dixit, sed duas tãtũ primas & generales differentias. Quòd si vocales rursus in lõgas, breues, ancipitésq; diducẽs, tũ consonantes in semiuocales, & mutas: itémq; tum longas, tum breues vocales bifariam, ancipites verò trifariã: sed & mutas primùm in aspiratas, tenues, ac medias: dein rursus tripartito harum singulas, mox semiuocales propria (ne frustra multis morer) sectione secet: ita quatuor & viginti elemẽta vo-

cis,

rũ, qua Græci vtũtur, inueniat: quippe id tantùm dixiſſe, quòd elementorũ vocis quædã vocales ſint, quædã conſonãtes, nondũ omniũ elementorũ artificẽ, aut planè ſciẽtem auditorẽ reddidit: ſed ſi quis vbi in longas, breues, & ancipites diduxerit, adijciat duas eſſe breues, nẽpe ε, & ο, duas prætereà longas, η, & ω, tres verò ancipites, α, ι, υ: ſic ſanè artificẽ auditorẽ de omnibus vocalibus effecerit. Itẽq; de cõſonis ad eundẽ mo-

10 dũ. Itidẽ ſi quis tradere de morborũ numero inſtituat, quot hi in vniuerſum ſint, nõ debet, arbitror, is in prima ſtatim differẽtia ſubſiſtere, ſed diuiſa ea ꝓcedere, donec ad aliquã infimarũ ſpecierũ, et quæ amplius in aliã diſtrahi nõ poſſit, perueniat. Id verò quàm haud cuiq; ſit prõptũ, ſed ei dũtaxat, qui in diuidẽdi arte magnopere ſit exercitatꝰ, intelligere quiſq; poterit, primũ ſi omnia legerit, quæ de eo genere methodi: in principio Philebi à Platone ſunt prodita, dein ſi So-

20 phiſtã etiã & Politicũ legerit. Iã verò difficilior adhuc res videbitur, ſi quis primũ Ariſtotelis libr. de partibus animaliũ legerit. Conatur enim in eo libro, oẽs animaliũ differentias enumerare. At vbi multas dubitationes mouit, vix tandẽ ſuſpectè ac timidè pronũtiare quippiã audet. Et cùm Ariſtot. & Plato tantã támq; difficilem rem eſſe cẽſuerint genera in proprias differẽtias exactè diuidere, ac poſt hos Theophr. & alij Philoſophi rationem abſoluere tentauerint,

nerint, vtpote ne apud illos quidem satis adhuc cõstantẽ, homo audacißimus Thessalus absolutè, citráq; vllam rationẽ adhibitã pronũtians, credendum sibi censet duos in totũ esse, in victus ratione morbos, & eos quidem simplices, ac primos, & veluti elementares, nam tertium ab his ratione gignit, ex ambobus cõpositũ. At si vlla methodo hæc, sicut iactas, inuestigasti, cur hãc nobis non dixisti? Sed contrà planè quàm pro grauitate nominis, quod tibi arrogas, homo temerarie, atq; à methodo alienißime, rẽ pronuntiasti, qui ne principiũ quidem ipsum vnquam attigeris, à quo cœpisse necesse sit eum qui rectè cuiuslibet rei species, & differentias peculiares sit inuẽturus. De re enim qualibet, ò puer, vnũ " principium optimũ, nosse id oportet, de quo pro- " posita quæstio est: aut prorsus est aberrandum: " (Plato quodam loco ait) non ad diuidendum " modo quiduis, ab ipsa quæsitæ rei essentia nobis " esse inchoãdum censens, sed etiã in omni disqui- " renda re eiusmodi semper principio vtendum. " Ergo hîc quoq; (arbitror) par erat, vbi quid morbus sit, quid symptoma, & quid paßio, diligenter prius dixisses, ac dein quæ conueniant, differántq; ipsorum singula, definiuisses: sic demum tentare in proprias ea differentias diducere, secundũ eam quã sapiẽtiæ professores tradiderũt methodum: aut si quam potiorẽ ea, quæ ab ijs prodita est, explorasses, hanc ipsam prius

astrue

astruere, tum illud ostēdere, ac Græcos docere: hūc qui in textrina sit altus, superasse Aristotelem, & Platonem in methodis Logicis, humo afflixisse Theophra. & Stoicos in Dialectice, clarißimè ostēdisse omnes eorum sectatores, ne primos quidem morbos, qui essent, vnquam nouisse dico & Herophilū illum Dialecticū, & condiscipulum eius Philotimū, & præceptorem eius Praxagorā, qui ab Aesculapio originem
10 traxit, & qui cū his & ante hos fuerūt Erasistratū, Dioclem, Mnēsitheū, Dieuchen, Philistionē, Plistonicum, ipsum deniq; Hippocratē. Porrò, simplici verbo dicere oēs in victu morbos esse duos, nō methodo, non demonstratione, nō ratione vlla probabili, nō lenimento aliquo, non alia re prorsus adhibita, præterquam eiusmodi in veteres blasphemia, id facere imperātis hominis est, non docentis. Esto verò taceas qua Logica methodo insistēs, hæc inueneris: at certè
20 vnde saltem de veritate sermonis iudicasti, adhibitum aliquid oportuit. Nam inueniendi eius quod quæritur, Logicæ methodi facultatē præstant. At quæ fidē ijs faciāt, quæ rectè sunt inuēta, duo sunt apud omnes homines instrumenta: nempe ratio, & experientia. Quippe ad eum qui interrogauerit. Cur huic febricitanti frigidæ bibendæ potestatē feceris, duplex respōsio est. Altera, quæ ortum naturámq; febris docet, ac de morborū temporibus disserit. tum ad eundem

m odum

modum aquæ frigidæ naturã explanat. vbi hæc proposuit, conatur docere in hoc morbo, atq; hoc tempore, aquam frigidam cõgruum remedium esse. Altera de nullius horũ natura solicita, ad experientiã confugit. nempe quòd in tali morbo atq; tẽpore sæpe frigidam profecisse vidit. Debebat igitur (opinor) & Thessalus vel experimẽtum, vel rationẽ assertioni suæ probationem adhibuisse, non sicuti tyrannus imperare, ac sibi citra demonstrationem credendũ exigere. At quã (inquiunt) audire demonstrationẽ postulas? Ita enim contra nos interrogãt eius sectatores: neque id iniuria, vt qui nec eò vnquam peruenerint, vt notionem demonstrationis tenerẽt; cùm nec Geometriã, nec Arithmeticẽ, nec Dialecticen, nec Resolutoriã, nec deniq; Logicam vllam speculationẽ attigerint. Quocirca respõdendũ his ita est: Nimis serò, qd demõstratio sit, discere postulatis: nec fieri potest, vt breui tempore speculationẽ, quæ subtilitatẽ mẽtis desyderat assequamini: præsertim q nec subtiles rationes audire sitis assueti, & peruersi in diuturno errore versati. Sed istos mittamus, vt qui ne intelligere quidẽ, quæ veræ disciplinæ sint, valeant, nedum ipsas discere, aut rectè iudicare.

CAPVT IIII.

NOs verò vnà cum iis qui exercitati sunt, & demonstrationẽ intelligunt, & natura sunt sagaces, (neq; enim Thessalios asinos docere*

tere profitemur) ad id quod propositum nobis ab initio est, accingamur: ac statim vnà cum ipsa medendi methodo tradenda, etiam caussas ipsas vnde errarint medicorum plurimi, qui tradere eam sunt conati, exponam⁹.. quippe ad firmiorẽ veritatis fidẽ id quoq; nõ parũ conducere videt. Ac primũ quidẽ illud cauebimus, ne simul de ambobus tum methodo quæ ratione nititur, tũ experientia quæ ratione nõ vtitur, agamus. Nõ
10 enim de omni remediorum inuẽtione nunc loqui statuimus, sed tantũ de ea quæ hæc methodo explorat: ita vtiq; vt de Empirice ipsa & à nobis in alio op:e est pditũ, & ab ipsis Empiricis medicis, quos vocãt, plurimũ elaboratũ. Atq; vtinam rationales omnes medici propositũ ita premerent, nec experiẽtiã & rationẽ miscerẽt: atq; in vnũ cõfunderẽt: sed quã vtraq; vim habeat, quãtũmq; ad propositũ artis finẽ conducat, seorsum tractarent, atq; perpẽderẽt. Ergo methodo
20 quippiã inquirere inueniréq;, ex aduerso opponitur ei quod est fortuitò, temeréq; reperire. Est autẽ id cũ via quadã, & ordine: ita vt in disquisitione aliquid primũ sit, aliquid secundum, & tertiũ, & quartũ, atq; ita de reliquis omnibus deinceps, quoad demũ ad ipsum quod ab initio est propositũ, sit peruentum. Ac empirici quidẽ rationabiliter fatentur, nec inueniendi, nec docendi apud ipsos esse necessarium ordinem: nam nec arte vlla rationé ve experientiam niti: imò vnius

vnius fortunæ fauorem ad ea quæ quærit, inue niendа requirere. Qui verò rationem, inuentionis suæ autorem statuerunt, ac ordinem, vnámq; viam, quæ ad finem ducat, proposuerunt: ijs fuerat quidem necessarium à primo aliquo auspicatis, de quo inter omnes homines conueniret, sic trãsire ad reliqua. Cæterùm hanc rationem nõ sequitur pleraq; medicorũ pars, imò principia quoque ipsa controuersa sumit, nec illa demonstratione cõfirmat, tum ad reliqua simili modo 10 *transit: legislatorum ritu sanciens verius, quàm demonstrãs. Quæ omnia inde adeò his accidũt, quòd nihil prius de demõstratione sunt meditati: sed simul & inquisitis insistunt, & ad eorum fidẽ demonstratione vti audent: simile profectò quiddam ijs molientes, qui sphæram, aut cubũ, aut conum, aut cylindrum, aliúdve id genus metiri aggrediuntur, cùm tamẽ omnis Geometricæ ac Logisticæ rationis sint ignari, imò verò nec cubiti palmíve, aut pedis mensuram præpa* 20 *ratam habeant: ac deinde ijs qui vel demõstrationẽ ab ipsis exigunt, vel tacere cẽsent, irascuntur. Veluti enim in illo ridiculus erit is, qui rectanguli trigoni, cuius alterũ (exempli causa) latus circa rectũ angulum quinque sit pedum, alterum duodecim, dicat aream nõ esse triginta pedũ, sed quadraginta, nec eius rei demonstrationem vllam afferat: ita hic quoque ridiculus est, qui quicquã affirmat, quod demõstrare nõ*

possit.

poßit. Ergo sicuti in demõstratione de triangu
lo (neque enim recedendũ nobis ab exẽplo est, qui
indoctos istos methodicos à disputatione nostra
iam abegimus) ipsum quod propositum est, ex
duabus his propositiõibus colligebatur: vna quæ
spatium id quod lateribus pedũ quinque & pe
dum duodecim continetur, sexaginta pedum ef-
fici dicit: altera, quæ triangulum dimidium eius
esse spatiũ proponit, atque ostẽdit, harũ vtraque
10 rursus vt demonstrationis fidem reciperet, alijs
propositiõibus egebat, mox ille alijs, quoad per-
uentum ad primas esset. hæ verò nec ex alijs, nec
per demonstrationem, sed ex se fidem faciũt: sic
arbitror & in ijs omnibus quæ in medicina de-
monstrantur, ad primas & indemonstrabiles
propositiones, & quæ ex se fidem faciãt, omnia
esse perducenda. Ac si omnes de medẽdi metho
do sic dicere aliquid instituissent, prorsus sicuti
inter arithmeticos, geometras, & logisticos:
20 ita inter ipsosquoq; couenisset: quippe apud quos
discere ab ipso statim initio licet, quid quoq; no
mine, quo vsuri sunt, significetur: quas præterea
propositiões indemõstrabiles (quæ axiomata vo
cãt) ad disceptationẽ sint sumpturi: veluti lineã
esse longitudinẽ citra latitudinẽ: superficiẽ, quæ
longitudinẽ latitudinẽq; tantũ habeat: & triã-
gulũ esse hoc, quadrangulũ illud: ac reliqua ad
eũdẽ modũ. Ab ijs vbi axiomata eiusmodi v-
surpãda sibi esse prædixerint, quòd scilicet quæ

eidē sunt æqualia, inter se etiā esse æqualia: & si æqualibus æqualia sint adiecta, tota fore æqualia: postea demōstrare theoremata iam tentāt, nihil extra ea quæ à principio præsumpserūt, adiiciētes pleriq; tamen medicorū, sicut ipse scis Hiero charissime, interrogati vndénā principiū inuētionis suæ sumpserint, tantū abest, vt indemōstrabilia principia, & quæ omnibus hominibus in cōfesso sint, proferāt, vt nec quò sibiipsis cōsona respōdeant, inueniāt: sed sursum ac deorsum Euripi more agantur, cōtraria quisq; in progressu sermonis iis quæ ab initio statuerūt, asserētes. Siquidē sapiētissimus iste Thessalus, cùm apparētes esse cōmunitates dixisset, paulò pòst nō solum non aliū quenquā priorū medicorum vidisse eas asseuerat, sed nec ipsum qui primus eas peperit Themisonē. Huius nāq; vnius esse mōstrosas illas cōmunitates fatetur, ceu patris legitimos filios. Post hos verò qui sicuti sunt omnes, & inter se, & ab ipso Thessalo dissentiūt, nec easdē cōmunitates tradentes, nec omnino inter se vel in vno cōcordātes. Id quod sæpenumero tibi, ipsis etiam methodicis præsentibus, ostēdi: fortasseq; aliquādo maius ociū nactus, de inconstantia eorum scribam. At nūc tantum saltē ad rem propositā sumi expedit, oportuisse eos præsertim sectæ autores exposuisse prius de qua re singula nomina dici vellēt. sicut Empirici faciūt, qui apparere ea dicūt, quæ sub sensum cadunt.

cadunt.nosci verò,quæ memoria tenētur,apparere simul & nosci,quæ & antè aliquādo sub sensum venerūt,& nunc simili modò veniunt. Nū igitur ita ipsi quoq; apparere cōmunitates dicūt,ceu sensu cognitas? An & quæ ratiōe cō prehendimus,apparentia nominant? Empirici nanque nō admodū cōcedūt quicquā ex ijs, quæ sola ratione nosci videntur,apparēs dici. Rursus veteres Philosophi duplex esse genus apparē
10 *tium decernūt. Vnū quod ipsi Empirici cōprobāt,nēpe eorū quæ sensu aliquo noscūtur,veluti albi,nigri,duri,mollis,calidi,frigidi,& similiū. Alterū indemōstrabile,eorū nimirū quæ intelligētiæ primo occursu patent.veluti quæ eidem sunt æqualia.ea etiam inter se esse æqualia.& si æqualibus æqualia addātur, tota etiā æqualia fieri.& si ab æqualibus æqualia demas,quæ restant etiā æqualia fore. Huius esse generis aiūt, & quòd nihil citra causam fiat,& quòd omnia*
20 *ex ente quopiā,& quòd ex eo quod omnino non sit,nihil fiat.simili modo nihil corrūpi ī id quod antè non sit.item quod affirmare,vel denegare quoq; sit necesse:aliáq; id genus nō pauca,de quibus in Logicis tractatibus agitur,& ipse in cō mētariis de demōstratiōe,quàm potui,dixi clarissimè. De his inter eiusmodi prīcipia,cuiusmodi Logica nūcupamus,quidā Philosophorū cōtēdūt,atq; ambigūt.hi tamē hactenus saltē sunt modesti,quòd omni demōstrationi fidē suā abro-*

gant, intelligentes (arbitror) tametsi id non dicant, illud saltem se certò scire, nihil omnino demonstrari posse, si Logicis principiis fides non sit adhibita. Atqui eousq; rudes amentesq; sunt, vt ne id quidē intelligere queāt, hi demonstrare quidē conātur, cæterū quæ qualiáve [aut quot] demonstrationis principia sint, nec noscere, nec quærere volūt, nec aliū docentē audire sustinēt: sed absolutè pronūtiāt, & verba loquūtur, quæ nec quid significēt, ipsi clarè explicare valeant. 10 *Meritò igitur eorū æmulis centum voluminū opera scribuntur, partim inuestigātibus de quo quodque dici nomē Thessalus voluerit, partim nihil tale inueniētibus, cui omnia ab eo particulatim dicta cōsentiant. Nam quæ demum apparentes illæ cōmunitates sint, aut quomodo apparentes, dicere nō possunt, ne si iterū atque iterum totidem libros scripserint: quippe quod apparet, aut sub sensum omnino cadat oportet, aut sub intelligentiā vno semel occursu vtriq; sine vlla* 20 *demōstrationis ope. quod verò intellectui se vno occursu nō exhibet, protinus id cōtrouersum est, ac demonstratione eget, nec artem vllam à tali principio incepisse cōuenit. Hæc si in Logicis methodis exercuissent, & ipsi ea intelligerent: & tempus nostrum frustra non contererent. Nunc quoniam inexercitati rudesq;, per amētiam audent demonstratione vti priùs quàm quid ea sit didicerint, necesse est cum similibus sui, omnes*

aber

aberrent, prorsusq; nugētur: ac eos qui rectè demonstrant, minimè intelligāt, sed tempus inaniter consumant. Ergo cū his nequaquā vt cū ratiōalibus animalibus vel disputādū amplius est vel iisdē impensè cōtradicendū priusquā didicisse, quænā res demōstratio sit, velint: & quatenus exercitatū esse oportet, qui ea probè sit vsurus.

CAPVT V.

TEcum verò omnem deinceps sermonē conferam, ipsis vsus methodis, quas in cōmentarijs de demonstratione tradidi. Quippe nō solùm principia omnis demōstrationis esse ea quæ tum sensui, tum intelligentiæ manifestè se exhibent, sed etiam in omni re quærēda nomē ipsum adsumi in disputationem oportere, in illis docuimus. Nūc neutrum præcipere statui, nec quemadmodum inuenire, nec quemadmodum demonstrare conueniat: sed ijs qui iam didicerunt, & exercitati sunt, simul aliquem laboris opportunum fructum reddere, inuicta nimirū non tenui re, quam nūc instituimus: simul si qui sunt, quibus artiū maxima cordi est, quæ circa animū hominis versatur, ipsos quoque in minoribus prius exercitare cōuenit. Quippe id tenaciter seruare in omni methodo oportet, vt in ea te multis sæpe leuioribus problematis prius exerceas, quàm maioribus manū admoueas. Hoc igitur nobis veræ disciplinæ principiū esto. quod vtique statim inter initia facturi fueramus, tū artē ipsi

inquirentes, tum aliis præeuntes, qui adhuc peruersi non essent. Quoniã omnis morbi curationem inuenire propositũ est, necesse est morborum numerum prius sciri. At quoniã fieri nequit, vt aut differentias generis vllius, aut species inuenias, ipso quod diuiditur non planè explorato, oportet profectò nũc etiam quid morbus sit, narremus, quò sic diuisionẽ eius ritè adeamus. Qua igitur ratione id methodo inueniamus? Quánam alia nisi ea quã in libris de demõstratione præcepimus? Nẽpe vt de notione ipsa prius cõueniat, cùm sine hac, propositæ rei substãtiam inuenire non liceat. Ipsam verò notionem, quæ omnibus in confesso sit, sumendam diximus, vt quæ aliàs principiũ iure non dicatur. Quæ igitur est de ægrotando omnibus hominibus confessa notio? Et de qua maximè subiecta re verbum hoc ægrotare enũtiant? Nũquid vbi citra offensam omniũ corporis partiũ actiones obeũt, & valere se tũc dicũt, & minimè medicis egere putãt: vbi verò naturaliũ corporis actionum senserint quãpiam vel malè geri, vel prorsus nõ geri, & ægrotare se illa parte corporis existimant, cuius actionẽ læsam vidẽt, & medicũ de remedio consulunt. Ego sanè omnes homines ita video tum morbi tum sanitatis, nomẽ vsurpare. Quinetiam eam, quã dixi, notionẽ, omnes obseruant, nõ in his modò nominibus, sed etiã nihilominus in omnibus, quæ cum his coniugata sunt,

ſunt, tum nominibus, tum verbis. Quippe cùm & valere illũ exiſtimẽt, cui nullius partis actio ſit vitiata: & ægrotare, cui ſit vitiata: & valentem eũ nominent, cuius omnes corporis partes actiones ſuas ſecundũ naturam edant: & ægrotantẽ cui malè affecta pars aliqua ſit. Nec quiſquã omnino Græcorũ aut aliis nominibus vtitur, aut de alia re enuntiat iam dictorũ nominũ quoduis. id quod diffusè in medicinaliũ nominũ interpretatione oſtẽdimus. Atq; hoc ſaltem mihi per omnem diſceptationẽ memoria teneri maximè velim, nominũ quidẽ interpretationẽ ex Græcorũ me cõſuetudine facturum: (ſicut in cõmentariis de demõſtratione dixi,) ipſius autẽ rerum eſſentiæ tum inuentionẽ, tum inquiſitionem, tum demonſtrationem, non ex iis, quæ multitudini videntur: imò ex ſumptionibus ſciẽtificis, quæ λήμματα Græcè vocãt: de quorum inueniendi ratiõe in illis eſt proditũ. Ergo accepto eo quod omnes confitentur principio, nempe illud in medẽdi methodo propoſitũ eſſe, vt ægrota corpora in ſanitatẽ vindices, id verò eſt, vt naturales partiũ actiões, ſi quæ vitiatæ ſint, corrigas. Iam quod deinceps eſt, inquiramus, quot numero in totum res ſint quæ loco inter ſe ſibi ſunt propinquæ: nec vbi aliqua procedente ſermone, vel pro morbis accipiamus, cũ ſint his ſimilia, vel vt ſanitatẽ, cũ ad huius naturã propè accedãt. Proponamus autẽ claritatis cauſa particulas aliquas,

in quibus cōfirmetur quod dicimus, ac primùm quidē ante cæteras oculū. De hoc igitur omnibus hominibus non medicis modò, sed etiā alijs quibuslibet cōuenit, eius opus esse, vt videat. Seu verò opus, seu actionem inter loquendū dicam, in præsentia saltem non refert. Ad eundē modum, nec si quis aspicere, oculorū esse opus dixerit, nec si quis aspectum, aut visum, aut visionem, aut quomodocunque aliter nominet, quicquā refert. quando etiam si quis solœcismū com 10 *mittens nominet, ad rei ipsius scientiam nihil id afferat incōmodi, modò de qua re nomē pronuntiet, clarè explicet. In hoc enim præcipua doctrinæ vis est. Nominetur igitur oculus pars corporis: neq; hîc referat partémne, an particulā quis dixerit. Quicquid enim totū complet, atque integrat: id totius videlicet corporis quod complet, particula, siue pars nominatur. Est enim pars ex iis, quæ ad aliquid dicuntur. quippe pars totius, integriq; pars dicitur, æquè profectò, vt to* 20 *tum & integrum per relationem ad partes & particulas proprias nominatur. Estq; sicuti dextrum ad sinistrum, & sinistrum ad dextrum: ita & totum ad partem, & pars se habens ad totū. Ergo si quis hac seruata noticē, malit partem dicere quàm particulā, aut si quis cōtrà particulā potius quàm partē, is mihi ad rerū inuentionē impedimento non sit, cæterùm imperitū se linguæ Latinæ prodit. Quēadmodū certè si quis*

in

integrũ à toto secernat, is quoq; linguæ Latinæ est ignarus. Dictũ verò alibi (vt scis) diffusè de nominũ vsu est. Ac nũc quantũ satis ad rem sit propositam adijciam, illud dũtaxat indicãs, non oportere nominibus seduci, nec qui in iis dissentiunt, hos statim in rebus quoque ipsis dissentire putare. In quo genere omnes (vt vno verbo dicam) nõ medicos modò nostræ tẽpestatis, sed etiã Philosophorũ plerosq; parũ exercitatos vides:
10 vt quorum paucissimi nominũ diuersitatẽ à rerũ diuersitate distinguere norint. Verùm huius quoq; rei methodũ in Logicis speculatiõibus tradidimus, cuius opportunitas si quãdo aliàs, vtiq; nunc quoq; ad vsum venit. Quænã igitur fuit ea methodus? Nẽpe vt à rerũ incipias differentia, non autẽ nominũ. Tũ ostẽdas quatuor, exẽpli gratia, esse res quæ in vicino sunt positæ, post deinde, vel demonstratione confirmes neque plura esse, neq; pauciora quæ in proposita disceptatiõe
20 cõtineantur: postremò vt accõmodato rerũ cuiq; suo nomine sic reliquũ sermonẽ absoluas, nec mutans dehinc, nec transferens nomen vllum: sed cui rei ipse ab initio imposueris, de eadem perpetuò vsurpãs. Quippe ita & dilucida doctrina efficitur: atque à cauillationibus, quas homonymia parit, libera, & quod frustra est additum, facilè deprehẽditur, & quod deficit, citò inuenitur, & quæ consonant dissonantq;, maximè in eiusmodi explicationibus, exactè discernuntur.

CAPVT VI.

ERgo illud repetamus denuo. Visus, oculorũ actio est, locutio, linguæ: incessus, crurum. Ipsa rursus actio motus est actiuus. Iam horũ ipsorũ motus, prioris habitus est immutatio, actiuus, qui à se editur. Paßiuus, qui ab alio quopiã extrinsecus posito excitatur, veluti volatio, actio est animalis volatilis: & incessus, animalis greßilis, quod autẽ ab alio sic agitur, vt locũ mutet: id vtiq; non agit, sed patitur. Egit nãq;, qui ex Piræo Suniũ commeauit, quippe motus actiuè est, id est ex seipso, & propria natura, cõtra, paßus est, qui ex Piræo Suniũ nauigauit: vtpote qui naui vectus est. At quoniã motũ prioris esse habitus mutationẽ diximus, ea verò immutatio dupliciter fit, nempe aut in qualitate, aut loco: vtiq; mutatio, quæ in loco agitur, latio dicitur: quæ in qualitate, alteratio, ita videlicet vt sit latio, immutatio, vel demutatio, vel mutatio prioris loci: (de industria enim multis sum vsus nominibus, maximè scilicet insinuare studens, quòd licet vnius rei multas definitiones efficere, quæ vocibus tantùm, nõ etiam notionibus differant) alteratio verò, vel mutatio in qualitate, vel demutatio eius quæ prius fuit qualitatis, vel immutatio in qualitate, vel transmutatio qualitatis, vel quomodocunque aliter auditori quod dicitur, clarum fore speraueris, quippe huc tibi varietas interpretatiõis sit vtilis. Ergo visio (nam

(nam redeundum ad oculum est) actio partis est: oculus verò ipse animalis est particula. nam particulam, an partem dicas (vt prædiximus) nihil refert. Instrumentum verò appello animalis partem, quæ perfectam edere actionem possit: veluti oculus visionem, & lingua loquelam, & crura itionem. Ad eundem modum & arteria, & vena, & neruus, tum instrumenta, tum partes animalis sunt. Pro hoc namque nominum vsu, non à nobis modò, sed etiam veteribus definito, oculus quidem & pars animalis, & particula, & instrumentum vocabitur: cornea verò tunica, particula quidem & pars, non autem instrumentum. Simili modo & quæ ῥαγοειδὴς, & ἀραχνοειδὴς, & quæ ἀμφιβληστροειδὴς Græcè dicuntur. quippe quarum singulæ primum quidem ac maximè oculi particulæ sunt, & quia is etiam faciei pars est, itidem & illæ faciei sunt partes, sed secunda quadam ratione. ita verò & totius corporis partes sunt, propterea quòd facies ipsa totius corporis est particula. Homœomeres verò, id est, similaris pars est, sicut ipsum clarè indicat nomen, quæ vndique in similes diuiditur particulas: veluti in oculo vitreus humor, & crystallinus, & tunicarum propria cuiusque substantia. Porrò hæc latius indicata sunt in dissectionum commentarijs: Hîc verò ea tantùm dixisse sat est, quorum ad id quod instat, meminisse est opus. Est autem opus ostendere in singulis particulis plura inesse,

quæ

qd sit instrumentum

Quid sint simi-lares.

quæ inter se dissideăt:nec tamen à quibusdă me dicis sint percepta.hoc aũt vtile esse prædiximus ad nomina à nobis rectè vtẽda,vtiq; cuius causa nunc id tractădum suscepimus. Indicabitur autem & ad ipsam nobis propositã methodum maximè necessarium. Est enim instrumentum oculus,actio verò visio : vna ex particulis eius similaris,ac primum visionis instrumentũ, crystallinus humor : sicuti in libris,vbi de ijs egimus, monstratũ est.id nanque est quod alterari 10 *debet ab aliquo extrinsecus occurrentium colorum,vt animal videat.alterari verò nõ potuit, nisi purum omnino perspicuũq; esset. At purũ ita perlucidumq; esse nõ posset,sine eo quod nũc obtinet,temperamẽto. Quippe ostẽsum est vnăquanque rerum talem esse qualis est,propter calidi,frigidi, humidi, & sicci temperamentum. Ideoq; si quid horũ magnopere immutatũ sit, aut planè nõ videbit,aut malè videbit animal. Verùm hoc nobis parum adhuc cõstat,modò artem quærere orsis.nec oportet aliquid ex ijs,quæ pòst sunt inquirenda, velut scitum præsumere. nec ipse huius gratia,eorum quæ de crystallino alibi demonstraui,mentionem feci,sed claritatis causa eorum quæ nunc sunt dicenda. Videntes enim oculum probè munus suũ obire, ac rursus nequaquam videre,atque illud sanitatem eius, hoc morbum,vel vitiũ,vel quicquid libet vocãtes,(nihil enim ad rem propositã refert) quæri-* 20

mus

mus deinceps, quæ demum sit eius noxæ causa.

CAPVT VII.

VNde, inquies, ad hoc moti? Certè ex indemonstrabili axiomate, de quo tamen inter omnes cõuenit, propterea quòd intelligentiæ euidẽs est. Quod ergo est id axioma? Nihil absque causa fieri: quippe hoc nõ cõcesso, non datur aut læsæ visionis, aut prorsus amissæ causam requirere. Sed quoniam id ex ijs est, quæ intelligen-
10 tia sunt manifesta: præsumentes iã aliquã subesse læsionis causam, ad eius inquisitionem venimus. Ergo hanc causam seu affectum aliquem corporis, seu corpus certo modo affectũ appellare velis, nihil sanè ad rem propositam interest. Illud omnino fateberis, aut morbum ipsum hãc esse: aut si quidem morbus est ipsa actionis læsio, affectũ qui huic officit, morbi causam esse. Exijstitque hoc loco rursus de nomine controuersia, ipsũmne oculorũ affectum, à quo visus læditur,
20 morbũ vocemus: an ipsum actionis vitium. Verùm siue quis actionem vitiatam morbum dici velit, vtique multò prius statuat necesse est sanitatem esse naturaliter se habentẽ actionẽ: siue affectum, qui actioni incõmodat: multò quoque antè qui secundùm naturam est, siue hunc affectum, siue cõstitutionem dici velit, sanitatis vocabulo appellet. Quippe committere, vt cùm in actionibus posueris sanitatẽ: in affectibus existimes statuendũ morbũ: aut contrà, cùm in partium-

tiũ constitutione sanitatẽ in actionis vitio morbum: tum reliquis methodicis, tum verò principe huius insaniæ Thessalo digna sententia est. Etenim omnes ferè qui sunt indocti huius insaniq; dogmatis sectatores, sanitatẽ esse naturaliũ actionũ firmitatẽ ac rubur aiũt: morbũ verò nequaquã actionis læsionẽ & infirmitatẽ: sed alij corporis quẽdã affectum, alij corpus certo modo affectũ. Qua quænã, obsecro, maior demẽtia sit? Hoc enim vel quiuis deprehẽdat, nõ oportere in altero sanitatẽ, in altero morbum, sed in eodem omnino genere ambo cõstitui. Siquidẽ cõtraria sunt, quæ in eodẽ genere plurimũ inter se dissidẽt: veluti candidum, & nigrũ. etenim vnũ est horũ genus, color. Ideóq; si cõtraria inter se sunt sanitas, & morbus: in quocũq; genere eorũ, quæ naturaliter se habẽt, statuetur sanitas: in eodem, quum præter naturã se habet, ponetur morbus. Quare si sanitas actio est, quæ secũdum naturã se habeat, omnino morbus præter naturã actio fuerit. Sin autẽ affectio quæpiam, aut cõstitutio naturaliter se habẽs, sanitas est: & morbus affectio, cõstitutióve præter naturã necessariò fuerit. Ac Thessalus quidẽ finire morbũ ne aggressus quidem vsquam est, quin potius hariolandũ nobis reliquit, de qua re vocabulũ id enũtiet. Quòd enim nihil interesse censeat inter morbũ & pathos, iam tibi in ipsius hominis cõmentarijs ostendimus, in quibus translatitiè ambo

ponit,

ponit,trāsfértq; vtrūque in alterius locum, ceu nihil interſit,hoc,an illo modo loquaris. Eius vero ſectatores vniuerſi ſurſum deorſúmq; aguntur,ratiocinātes,ac ſe tegentes,omniáq; facientes,vt vel obſcurè loquātur,vel omnino nihil,vt Theſſalus ipſe,atq; ante hunc Themiſo,qui fundamentū illis huius inſaniæ iecit. Quòd ſi tibi ea quæ Proclus, & Rheginus, & Antipater, ad hæc quæ Eudemus, Mnaſæus, Philo & 10 Dionyſius in hoc genere prodiderūt,dicere velim: vtiq; à propoſita tractatione,quæ & ſcientifica eſt,& ipſum quod vtile ſit docere conatur, imprudēs excidā. Verū de horū diſsidētia licebit aliquādo,fortaſſe etiā in ſequētibus mentionem facere: vnáq; cū his Menemachi,qui omnes eorum res aſtutius turbauit, atq; cōfudit: & nugacis Olympici,cúmq; hoc etiā Apollonidæ,& Sorani,& qui adhuc viuit Iuliani,quem vtiq; & nos cōuenimus vt viua videlicet hominis vo 20 ce meras nugas cōdiſcerē,ſed nec is explicare potuit quid morbus, pathóſve eſſet. Cuius rei vel maximū ſignū eſt,quòd cùm viginti plus anni iam ſint,ex quo illū Alexandriæ conuenimus: ſcripſerítq; iterum atque iterum inſtitutiones: (nā has aſsiduè tranſponit,transformátq;, nūquam ijs,quas ſcripſit,cōtentus) nuſquam tamē earū eſt auſus quid morbus ſit prodere. tametſi certè adeò ea quæ nihil ad rem pertinent, in ijs agitet, vt etiā illud inquirat. Sítne pictura medi

medicis ex vsu, & tamẽ tam multa taliáq; cùm scribat, nec dissimulare queat, (sicut nec Menemachus) quasi methodicæ sectæ absurditatẽ clarè norit, ne in hodiernum quidem diem in institutionibus suis vsquam scripsit quid morbũ pathósve nominet. Mihi certè ipsum interroganti, adeò multa obscuráq; respondit, vt nihil eorum quæ dixit, planè intelligerẽ, cogerérq; illud tantũ homini dicere, quòd mihi desciscere ab Olympico videretur, quanquã is auus doctrinæ ipsius fuerat. Nã Iulian⁹ hic Apollonidæ Cyprij, ille Olympici discipulus fuerat. Ergo Olympicus (vti dixi) sanitatẽ morbúmq; finire ausus, illã esse affectũ dixit, qui absentia sit morbi. Rursus morbum mutationẽ à naturali in id quod præter naturam sit, stabilem. Quorũ sanè vtrique permulta insunt à ratione aliena, quæ & tunc Iuliano exposui, & nũc summatim dicã. Quòd enim (inquam) confusionem facit, id est quod Olympicus nõ illud tantùm absolutè dicit sanitatem affectum esse positum extra morbum: sed etiam illud definitioni adijcit, quẽ affectum definimus naturalium actionum cõstãtiam, & firmitudinẽ. haud enim cõijcere valeo, in soláne actionum constantia, an in corporis affectu, an in ambobus sanitatẽ statuat, sed fortè, vt vtiq; cũ reliquis methodicis assolet confusè alienéque abuti Græcorum vocibus, ita nũc quoque affectum nõ ad corpus, sed ad actiones refert: vt ni-

mir-

morbi definitio

mirũ ad hũc modũ definitionẽ intelligas, Sanitas affectio est actionis in absentia morbi. Porrò in stũ(arbitror) fuerat, alterũ duorũ definitioni adiecisse aut actionũ, aut corporis: vt videlicet aut ita se haberet finitio, Sanitas est affectus actionũ in absentia morbi, aut certè talis, Sanitas est affectio corporis in absentia morbi. Quinetiã si ambo iũgere voluisset, ita quoq; licuisset, vt dilucidè, sic breuiter dicere, Sanitas est affectio tum
10 actionũ, tũ corporis in absentia morbi. Quid autẽ cũ subijcit? Quẽ affectũ definimus cõstãtiã, ac robur actionũ naturã suã tuentiũ: vtrúmne pars hæc putãda est eius quod prædictũ est, iungendáq; tota definitio est ad hũc modũ? Sanitas est affectus corporis in absentia morbi, & constantia actionũ, quæ secundũ naturã se habent, ac robur, an ista ipsa per seipsam perfecta definitio est, ac quid sanitas sit docens, prout sanè nõnullis methodicorũ placuit, qui sanitatẽ esse di
20 xerũt cõstãtiã secũdũ naturã se habẽtiũ actionũ? Verùm si hæc absoluta est, haud scio quid doceat ea quæ antè dicta est, quæ affectũ esse sanitatẽ præcipit. Quippe illud quod dixit in absentia morbi, eiusmodi planè est, quod vel puer rideat: cùm si ita definire permittetur, manifestũ sit & morbũ fore aspectũ corporis in absentia sanitatis, ita videlicet, vt vtraque definitio, non quid sit id quod quæritur, sed quid non sit doceat. Sed mittamus (inquã) si placet & hæc, cũ

sint ad rem nõ admodum necessaria. Illud certè præterire dissimularéq; nõ licet, quòd in sanitatis explicatione omnia actionibus tribuantur, vel solis, vel etiã confundendo inuoluendóque ac obscurè quodammodo miscẽdo ipsum affectionis vocabulum, quẽadmodum fecit Olympicus: in ipsius verò morbi definitione, nulla sit actionum mentio. nam illud dicere satis habuit, morbum esse mutationem corporis à naturali statu ad eũ qui præter naturam sit, constantem & stabilẽ. At debuerat, inquã, aut in actionibus, aut in affectibus vtrunq; cõstituere. Quid verò mihi respõderit, & sæpe tibi iam mi Hiero narraui, & nũc repetere nõ erit alienũ. Nihil (inquit) mi ri est in actionũ quidem constantia cùm robore sanitatẽ poni: in affectu autem corporis præter naturam, morbum. Neq; enim contraria sunt, vt tu reris, inquit. Est enim eorum aliquid mediũ, quod nec sanitas sit, nec morbus. Quo ego sermone audito, abij stupefactus simul ac dolẽs, fatendũ enim est quod accidit. Antea enim neminẽ vnquam eorum, qui in ea opinione prorsus sunt stupidi, conuenerã, tum autem primùm cõueniẽs meritò obstupui: non quòd is solus adeò sine sensu esset, sed quòd multò se etiã aggrestiores tot haberet discipulos, qui cũ statim in initio doctrinæ suæ methodicos ita errare viderent, tamen à sectã non desciscerent: aut si omnino non viderẽt, prorsus essent attoniti. Nã quid, quæso ad

ad rem morbum sanitati non esse contrarium, propterea quòd aliquid eorũ sit medium? Patet enim hac scilicet ratione non fore album nigro contrarium, propterea quòd eorum sint media, flauũ, & fuscum, & rubrum, & pallidum, & reliquorum colorum singuli, nec calidum frigido, quippe horũ quoq; sunt media tepidum, & temperatum. Ac sapiẽtes istos methodicos, cũ nec leui, nec spernendo lapsu sic sint inter initia statim lapsi, speremúsne veritatem vllam eorũ, quæ sequãtur, posse intelligere? minimè profectò, quippe quæ in arte medica spectãtur, omnia ex his pẽdere docebimus, idq; meritò, siquidem in ijs artibus quæ methodo aliqua traduntur, earum cõstituẽdarũ principiũ est finis ipsius notio. Ac in huius quidẽ notitia, alijs quoq; permultis variè est erratũ: alijs medicinæ finẽ esse affirmãtibus, vt plurimũ sanare: alijs ea facere, quæ sint ad sanitatẽ conducibilia; alijs morborũ causas adimere: alijs pro se quẽq; omnia peragere: alijs prout cuiq; succurrit, ac de his definire seorsum cõueniet. Nemo tamen adeò fuit stupidus, vt in alio genere poneret sanitatem, in alio morbum: sed vel actionibus naturaliter se habentibus tribuit, vel partiũ cõstitutionibus quos aliqui affectus vocant. Siue autem in actionibus naturaliter editis sit sanitas, in ijs quæ præter naturam sunt, erit morbus: siue in constitutionibus naturaliter se habẽtibus, in ijsdem præter

naturā se habētibus erit morbus, siue in affectibus, in his ipsis erit & inualetudo. Neque enim profunda vlla spectatione ad hoc est opus: tantū sufficit nō esse peruersum. Nā quis, obsecro, dubitet, si videre sanitas sit, morbū esse vel cæcutire, vel omnino nō videre? Quis nō intelligit, si audire sanitas sit, esse morbum vel ægrè audire, vel prorsus nō audire? Pari modo si cōcoquere, bona valetudo est: malè cōcoquere, vel planè nō cōcoquere, inualetudo est. Et si suo aliquē arbitrio moueri sanitas est, vtiq; morbus fuerit & cōuulsio, & palpitatio, quē παλμὸν vocāt, & neruorū resolutio, & tremor: & deniq; quicquid volūtariū motū vel penitus destruit, vel etiā impedit. Ad hæc, si naturaliter sentire sanitatis opus sit: insensibilitas, & difficilis sensus, & stupor, & dolor ægritudines erūt. Rursus, si ordinatè respirare sanitas est: vtiq; spirādi defectus, vel difficultas, morbus est. Atqui si hi morbi sunt, dubiū nō est particularum affectus ex quibus hæc edūtur, morborum esse causas nec oportere aut phlegmonē, aut scirrhū, aut erysipelas, aut abscessum, aut vlcus, aut œdema morbos dicere. Quod si hæ ægritudines sunt, manifestum est nullū illorū esse morbū. Quippe duo rerū genera sunt nusquā inter se similiū, sed omnifariā dissidētiū, & tota natura differētiū, alterū horū generū corpus vocant, alterū actionē. Ergo oculus & lingua, & auris, & crus, atq; id genus singula,

la, corpora ſunt certo modo affecta, viſus, auditus, ſermo, inceſſus, actiones prædictorũ ſunt corporum. Si itaque in certo quodã corporum habitu ægritudo cõſtituitur, certè in certo quodam actionum habitu nõ ſtatuetur. Quãdo ſi in hoc morbus cõſiſtat, planum rurſus eſt in corporum affectu nõ eſſe. Verùm quòd affectus ipſe cauſa ſit, actio verò id quod ab affectu corporis efficitur, id verò eſt quod omniũ maximè & fatẽdũ medico ſit, & tenendũ. Adeò quiſquis hoc ignorat, is in re labitur, quæ planè eſt ex neceſſarijs. At qui vel actionis læſionem, vel corporis affectum, morbum, [vel quoquo nomine] appellat: quãquã parũ cõuenienter nominat: poteſt tamẽ de rebus ipſis rectã habere ſentẽtiã. Cõtingit autẽ non ex nominũ, ſed rerũ recta opinione, recta morborũ curatio. Iã hoc ipſum multos medicorũ ignorãtes inueni, eos, putãtéſq; in rebus diſsidere eos, qui corporũ affectus morbos eſſe cenſent, ab ijs qui in actionis vitio, eoſdem conſtituunt. Atq; horũ omnium errorũ (quod & ſæpe iam dictũ eſt, & poſt dicetur) vnica cauſa eſt, quòd qui inuenire quiduis Logicè ſunt aggreſsi, non fuêre in Logica methodo exercitati: ſed ſimul veluti ratione cogitationéque exercitati fuiſſent, ab experientia deſciuerunt: ſimul, cum in illis inexercitati eſſent, magnopere ſunt lapſi. ſiquidem millies eos de nominibus tanquam de rebus litigantes inuenio. Rurſum vbi rem

Logica Graeci: ſana medio.

quampiam maximam ignorarint: nomen se ignorare putãtes, veluti in eo quod nũc est propositum, discernere nequeunt †corporis quidem statum causæ rationem sustinere, actionem eius quod ab eo perficitur: sed nec quod sanatur, id esse corporis affectũ, quippe comitatur necessariò hunc naturaliter se habentem naturalis actio. Cõtrà, si à natura recesserit, actio statim præter naturam se habeat, necesse est. Porrò in hoc totũ vertitur, estq; hoc principium, ac veluti primũ quoddã elementum omnis methodi, quæ de medendo instituitur. Ceterũ an hoc ipsum appellare morbũ oporteat, an actionis vitium, id est de nomine dubitare. Dicemus autẽ aliquid & de nominũ vsu, sicut in alijs priùs iam fecimus. Verùm nũc de ipsis nondum distinguo, quò videlicet hoc ipsum, rerum fide magis comprobem, ostendãq; quódnam sit huius de medẽdo methodi principium & radix. In quo cùm alij multi ex ijs qui rationales se dogmaticósque appellãt, tum verò probi isti methodici sunt falsi: atque illud quidem ijs qui prudentes sunt, iam quodammodo apparet nihil esse aliud quod à medicis curetur, quàm corporum affectum, veluti proximo libro monstrabitur.

*In antiq. ὀργάνων.

CAPVT VIII.

Nvnc illud nobis propositũ erat, vt ignorantiam eorũ corrigeremus, qui quot in vniversum res sint, quæ in præsenti disputatione

pro

proximæ inter se habeantur, ignorant. Videtur enim vnum harũ genus esse ipsorum corporum, alterũ actionum. Ac corporum quidem genus præcedere actiones, eásq; gignere: has verò sequi; idq; si corpora naturaliter se habeãt, inculpabiles ac naturales: sin præter naturã sint affecta, aut nullas prorsus, aut omnino certè impeditas. Tertiũ præter hæc genus est caussarum, quæ hos affectus creãt. nam quã rationẽ habet affe-
10 ctus ad actionẽ, hanc alterũ quippiã ad ipsum affectum omnino habeat oportet, illo duntaxat euariãs, quòd affectus cũ actione vnà consistit, nec potest vsquã aut proba actio esse sine corporis naturali affectu: aut vitiosa, nisi cùm corpus sit vitio affectũ. Eius autem affectus qui actionem impedit, causæ possunt quidem non etiam esse: possunt autẽ & adhuc nunc manere. Ergo diuersæ omnino ab affectibus causæ sunt. Ac tertiũ hoc iam inuctũ genus diuersum est, & ab
20 actione, & eo qui hanc gignit affectu. Ab hoc quartũ aliud genus est affectus eorũ quæ quum corporibus & naturaliter, & præter naturam se habẽtibus insint, actioni nec commodant, nec incommodant, sicut, exẽpli causa, color corporis ex diuturna in Sole mora niger ex candido factus, aut cẽtrà, vbi versatus in vmbra quis sit, ex nigro candidus: [aut ruber lauantibus: aut pallidus timentibus.] Quippe hæc nec actiones sunt, nec corporis affectus, qui sint actiõis causæ:

[In Græco vẽteri codice hæc non habentur.]

multóq; minus ipsæ causæ quæ affectus, qui præter naturam sunt, creant: sed sunt symptomata, quæ diuersas corporũ alterationes necessariò sequuntur, siue hæ secũdùm naturam, siue præter naturam se habeãt. Ergo cùm quatuor definita genera iam sint, ex quibus vel noscẽdis, vel non noscendis, probè secúsve incipiendam esse medẽdi artẽ mõstrabimus, liceat decætero cuiuis, prout volet, ijs nomina imponere, veluti affectũ corporum præter naturam se habẽtem, cùm actionem aliquam vitiat, morbũ, si placet, appellato. Ipsum verò functionis vitiũ, insigne quoddam morbi symptoma. Quæ alia ratione accidũt, ceu colores: ea quoque, si volet, appellato symptomata, cæterùm ea distinguat à functionum vitio, & si illa insignia, morbi symptomata vocet, hæc familiaria propriáq; nominet. Quædã etiã præter hæc, si volet, nec familiaria, nec propria, sed fortè quædam incidentia. Quartum verò ab ijs genus statuito, quod sit insalubrium, siue (vt ita dicam) morbificarum causarum. Atq; harum quæ quidem in ipso animalis corpore cõsistunt, internas nominet: quæ extrinsecus, externas, [nisi malit (vt nũc vulgus medicorũ insueuit) illas antecedẽtes, has primitiuas vocare.] positis autem pro arbitrio vel hoc vel alio modo nominibus, dummodo clarè, & ex vsu legẽtium, nec mutet postea, nec trãsponat eorũ vsum: sed perpetuò per omnẽ disputationem obseruet, quò & quæ

quæ dicat facilè intelligamus, & refutationes redargutionésq; omnes ad aliquid clarũ distin ctúmq; referamus. Qualiter (inquis) & ad quẽ modum? Nam idipsum quoq; indicandũ adhuc arbitror propter stupidos istos methodicos, nẽpe esto dicat aliquis, phlegmonẽ affectum esse præter naturã: ipsam verò læsam phlegmone laborãtis particulæ functionẽ morbi insigne symptoma, veluti pedũ quidẽ [læsum] ingressum, oculorũ visum, aurium auditum: ruborem autem, tensionem, & renixum, & tumorem qui præter nãturam sit, ac phlegmonis succedat, diuersum quoddam genus siue symptomatum, siue accidẽtium, siue quo alio nomine appellare malit: illud modò sciat, claréq; definiat, non esse idem genus cum vitio actionis. rursus sanguinis redundantiã (si fortè hæc fuit) internã phlegmones causam: externam verò & quæ hãc præcessit ciborum abundantiã. Ergo sicuti ipse exempla sermonis habendi clara posui, & quatuor genera distinxi, ac † notiones eorũ dixi: ita & Thessalo arbitror faciendum fuit, præsertim post tot & tantos viros, quos se vicisse prædicauit, nouam sectam condituro. Nunc verò nec ipse apertum quicquam attulit, nec sectatorũ eius quisquam.

† Est in im press. τὰς αἰτίας, id est causas: sed ἐννοίας, in antiq.

CAPVT IX.

OLympicus enim cũ ausus sit definire quid pathos sit, non eius, sed symptomatis retulit notionem. In summa igitur nec quid pathos

ſit, nec quatenus à morbo diſſerat, intelligunt. Verùm hoc nos in ſequẽtibus docebimus. ſimul enim omnia dici non poſſunt. Verùm cõceſſo ijs idem eſſe morbũ ac pathos, inſpiciamus ea quæ dicit Olympicus. Pathos (inquit) eſt conuerſio corporis à naturali habitu in eũ qui præter naturã eſt, permanens. Poſt paululum progreſſus, Sciẽdum, ait, eſt differre à ſymptomate pathos: quòd pathos, vt paulò antè dixi, affectus corporis eſt præter naturã permanẽs: ſymptoma quod huic accidit, quódq; in ijs quæ præter naturam ſunt, ſpecialẽm ac magis etiam particularem figurationem habet. Hæc eſt egregia interpretatio ſapientis Olympici, qui pathos ac ſymptoma finire eſt auſus. Quæ ſanè tot vitijs ſcatet, vt mihi in mentem veniat illud ſtulti ad cribrum, negantis inuenire ſe quid eius obturet, aut non obturet. Quid enim primum ex ipſis dicas, aut quid omittas? quippe omnia refutare, quæ perperã ſunt dicta, longum ſit. Num omnis mutatio ab eo quod ſecũdum naturam ſe habet, ad id quod præter naturã eſt, morbũ cenſetis, ſi modò permanentia illi adſit? At vos tum coloris vitium, tum atrophiã, id eſt affectũ, in quo corpus nõ nutritur ſymptomatis, nequaquã morbis adnumeratis. Quid aũt cacochymia, id eſt vitioſus ſuccus? quid cachexia, id eſt malus corporis habitus? qui ſucci defect⁹? quid verò ipſa redũdãtia? nónne præter naturã ſunt? Si ergo permanẽtia

his

his accedat, inter morbos numerabuntur. Atqui nec ipsi id vultis, et meritò sanè. Etenim supra id quod præter naturã sit affectus, adijci oportet etiã aliquã ab eo lædi actionẽ. nã quoad illæsæ hæ omnes seruantur, etiã si millies corpus sit alteratũ mutatumq́; , nullus tamẽ eorũ affectuũ adhuc morbus est. Quod enim curationem desyderat, aliud planè nõ est quàm affectus, qui vitiat actionem. Siquidem quod primũ maximeq́; omniũ desyderamus, id naturalis est actio: propter hãc, & naturalem siue affectũ, siue constitutionem nominare velis. Videre nanque, & audire, & loqui, & ingredi indigemus, nõ autem oculis, auribus, lingua aut cruribus. nam si videre alia particula liceret, quis oculorũ esset vsus? Et si alio quouis instrumento audire liceret, quæ auriũ esset vtilitas? Pari modo & lingua, & cruribus minimè profectò esset opus, si loqui atq; ingredi sine his possemus. Ac videre quidem, nostra ipsorũ causa indigemus: oculis non nostra, sed ideò vt videamus. Iam linguã, aures, crura, nõ propterea requirimus, vt † instrumẽtis & multis affluamus partibus, sed loquelæ gratia, & auditus, & incessus. quippe demortua quauis particula, quæ abscindi potest, veluti digito, pede, aut summa manu, non patimur hanc ociosam gestare, ac veluti pondus alienum circunferre: illud clarè hoc ipso declarantes, haudquaquam nos particulis illis, sed

† In antiq. codi. ἀργὰ, id est ociosis.

funct

functionibus egere. Veluti igitur totam particulam actionis causa requirimus, eodẽ (arbitror) modo naturalem quoq; eius cõstitutionẽ actionis gratia desyderamus. Sicuti enim supra diximus, causæ vicem ad actionẽ cõstitutio præstat. Quæ vero constitutionem vnde actio nascitur, necessariò sequũtur, sanis quidem nobis accidentia, ægrotantibus symptomata nuncupantur. Atq; hæc quatuor genera sunt omniũ, quæ in corpore nostro habentur, seu secũdùm naturam nos, seu præter naturã habeamus, actio, cõstitutio, quæ has precedũt, quæ sequuntur. his dehinc nomina qui volet, imponito, singulis seorsum: & si Dionem, aut Theonem appellare velit eorum quodlibet, mea nihil refert, illud modò intelligat seruétq; vbique, quatuor in vniuersum res esse, quæ sitæ inter se proximè sint. Et quoniam huc sermonis veni, videor mihi hoc iustè exigere, vt sicuti nos illis permittimus quæ velint nomina indere, ita illi inuicẽ nos vsitatis & antiquis vti sinant. Alioqui sanè graue atq; adeò iniurium sit, si illis solœcismum committere tyrannorum ritu licebit, nobis vel Græcè, [vel Latinè] loqui non concedetur. Vocanto si placet sanitatẽ, ipsarum functionum constantiam. Quãquam ostensum à nobis est affectum constitutionémq; partium, cuius ope functiones secundùm naturam edimus, ὑγίαν, id est sanitatẽ ab omnibus Græcis appellari. Atque id cùm statuerint sanitat

Quid intelligat nomine sanitatis

10

20

nitatem, morbum tamen cẽſento nõ actionis vitium, ſed qui præter naturã ſit affectũ. Tanquã ergo nos illos nec Græcè [Latinéve] nec Dialecticè nominãtes, nõ impedimus: ita illi nobis permittãt, & Græcè [Latinéve] & Dialecticè nõ omnẽ qui præter naturã ſit affectũ, ſed qui actioni incõmodat morbũ nominare: qui præter naturam ſit, nec tamen actionẽ obturbet, nõ morbum, ſed morbi ſymptoma. Rurſus, ſicut illi permanentiã adijciũt, nec indicãt quot horas eiuſmodi affectus moratus, morbus ſit cẽſendus: ita illi nobis concedãt illud permanẽtiæ nomen ſubtrahere. Nã ſi quis ſiue trib⁹ horis, ſiue quatuor, ſiue horæ tantũ dimidio, toto corpore vehemẽter ſit arreptus, ſic vt neq; ſentiat, neq; moueatur, hũc nos apoplectõ ſiue attonitũ dicim⁹. Aequè ſi quis conuulſus toto corpore ſit, hunc etiã comitiali morbo laborare, nulla nec horarũ, nec dierũ ratione habita: quippe nomina id genus, naturæ rei, nõ tẽporis modi ſunt indicia: nõ aliter quàm albũ & nigrũ, & calidũ, & frigidũ. alioqui mirũ mehercule ſit, ſi aqua calida, calida nõ ſit, niſi perpetuũ diſ talis perduret. aut qui ſex horis febricitauit, non febricitauerit: oportuiſſe enim, vt febricitauerit, duraſſe malũ. quanquã quod tẽpus id ſit quod duratione illã iuſtáne fuerit an ſecus, determinet, nemo eorũ tradidit: vtrũmne dierũ aliquis numerus ſit, an mẽſiũ, an horarũ: aut cur durabilẽ dicãt, cũ licuerit diuturnũ di-

cere, aut cur hoc quidem mutãtes nonnulli eorũ difficilè solubilem dicãt. At certè hoc nõ generaliter morbi, sed lõgi morbi propriũ est, perinde ac facilè solubile, breuis. Verùm existimare referre, ægrè solubilẽ, an durabilẽ, an diutinum dixeris, nonne extremæ est ruditatis? Iam illud profectò magis mirum, quòd ipsi veluti à graui somno experrecti, distinguere pathos à symptomate aggrediuntur: cùm autor stupiditatis eorum in secundo de methodo, sic scribat: Eadem 10 nãq; cùm præcedũt, pathe dicũtur, cùm succedũt " symptomata. Quãuis etiam lõgè mirabilius hoc " ipsum sit, quàm ea quæ ab illis dicuntur, vtique iocinoris phlegmonẽ, si primo statim die irruat, pathos esse concedere: sin alteri cuipiam secũdo, aut tertio die succedat, abire in symptoma, quãquã quid diẽ secũdã memoro? cũ melius sit horã secundã à morbi inuasione dicere. An enim in secũdo die phlegmone iocinoris in symptoma migrabit, in secunda ab initio hora non migrabit, 10 nec symptoma erit? Cùm illud saltem quod est, alicui quod præcessit, superuenire illi omnino cõpetet. At quod tam celeriter, inquiũt, superuenit, ab eo quod vnà irruit, non distat. Rursum igitur dictũ ab illo clarè oportuit, quot horis determinet, distinguatq; quod superuenit, ab eo quod vnà inuadit. Ac Thessalus quidem eiusmodi est. Olympicus verò, ceu in arcẽ ipsam sapientiæ euectus, nõ ita pathos à symptomate discernit:

scernit: sed pathos id esse quod dictũ est, sympto ma verò quod huic accidit. mirificè videlicet ac dilucidè essentiã eius interpretatus. quippe quid ipsum symptoma quod pathos comitatur, sit adijcere (vt arbitror) ac definire oportuit, nũ corporis aliquis affectus, nũ læsio quæpiã actionis, num pariter vtrũq; esset. At ille quidẽ minimè id dicit, sed nobis videlicet diuinare est opus. Illud verò quod definitioni apposuit, nẽpe specialem atq; etiã magis particularẽ in ijs quæ præter naturã sunt, figurationẽ habens: quã nõ excellẽtiam claritatis habet, atq; etiam nominum Græcam perlepidamq; interpretationẽ? Si magis specialem quãdam figurationem, in ijs quæ præter naturã sunt, symptoma habet: quid ergo est quod magis generalem notam habet? Non enim dixit, an sine collatione ad generale, magis speciale liceat inuenire, sin ad nihil omnino referẽs, magis speciale pronũtiat, oppidò, quàm diligenter clareq; interpretatur: quãquam & paucis, & dilucidis verbis dicere ei licebat, omnia quæ circa corpus animalis præter naturã sunt, vel morbũ esse, vel causam, vel symptoma. Quibus omnibus cùm illud præter naturam sit cõmune, morbus actioni officit, causa ipsum præcedit, symptoma eum sequitur. ipsum videlicet natura duplex, alterum actionis læsio, alterum affectio quædam morbum sequens. Verùm (vt dixi) si quis omnes eorũ errores excutere velit, finem

finem dicendi nō inueniat. ipſéq;, mi Hiero, optimè ſcis eorum nos ne milleſimā quidē ipſorum partem refutare conatos. Ergo ſi illud tantùm adiecero, primū hunc librum hoc loco claudam: nempe quòd in ipſo methodi principio nō pauci medicorū fallūtur, vtiq; qui Theſſali ac Themiſonis ſunt æmuli, quíq; methodicos ſe appellant, inſignibus ac maximis erroribus. Cum his verò non pauci eorū qui ſe analogiſticos, dogmaticos ac logicos nominãt. Siquidē niſi quis omnes affe 10 ctus à quibus actio læditur, inuenerit, numerū ipſum morborū, quãtus qualíſq; ſit ad vnguem definire non poteſt. Id cùm quidam eorū facere nunquam vel tentauerint, tyrannorū more quæ ipſis vidētur, citra demonſtrationē pronūtiant. Alij nō modò ipſi nō demōſtrant, ſed nec à demōſtrantibus diſcūt. Ac plurima (vt ſcis) medicorū pars qui nūc ſunt in pretio, eiuſmodi eſt, nec id fortaſſe mirum. Nā vbi Philoſophorum pleriq; citra demonſtrationem credendum ſibi 20 poſtulãt, quid de medicis mirere, quibus nec vacat veritatis inquiſitioni vacare? vt qui manè in ſalutationibus (ita enim appellãt) ſint occupati, veſperi cibo diſtēti, ac ebrij. Verū ego veteris tibicinis exēplo, mi Hiero, vel cū muſis ipſis certauero. cū alioqui turpe putē, tibicinem, qui præſertim haud magnā rem proſperè moliebatur, adeò repertū fuiſſe laudis cupidū: me autē, qui medēdi methodū ab antiquis inquiſitā, non tamen

tamen hactenus exactè proditam, inuestigare absoluereq; valeã, propter eam quæ hac tempestate regnat ignauiã, grauari atq; cunctari ac differre. Quare cõtrà nũc affectus, quàm antè, mihi videor. Non enim proprium vobis, qui me ad medendi artem totam ordine perscribendam hortati estis, hoc munus dedico. Ac primus liber hic mihi finiatur: totius quod sequitur operis secũdus ad hunc modũ deinceps incipitor.

GALENI METHODI MEDENDI, VEL DE morbis curandis, Thoma Linacro Anglo interprete.

LIBER II.

Quæ in secundo Methodi medendi libro habentur.

partium,vel informatione quę à naturali recedat,vel in quantitate partium quæ in eis ſunt, vel in magnitudine vnius cuiusq; ipſorum,vel in poſitione conſiſtunt.

Continui ſolutionem inſtrumentariis & conſimilibus partibus communem eſſe.

Quod per ſolam experientiam & ſi non perfectè, ſaltem commodè,quis curare poſsit.

Quod artem medicam per experientiam addiſcere pręſtet iis,qui neque in rationalibus diſciplinis ſunt exercitati,neque ſtudium adhibent vt methodos diſcant quibus iuueniuntur quę ad rationalem viam curandi neceſſaria ſunt.

CAPVT I.

QVAE corporibus noſtris à naturæ ſuæ modo egreſsis, Hiero dulciſsime, accidunt,eorũ quatuor traditæ differentiæ ſunt, vna ipſius functionis vitiatæ,altera eius qui hanc peperit affectus, tertia cauſarũ quæ ipſum præceſſerunt, affectum, quarta ſymptomatũ quæ hunc neceſſariò cõſequuntur. Quòd itaque vel cuncta hæc eſſe morbum oportcat,vel horũ quædã, vel certè ex his vnum,id promptũ colligere cuiuis eſt.cùm enim ægrotantibus præter hæc nihil inſit, vtiq; præter hæc morbus nõ fuerit. Quod ergo reliquum eſt,aut omnia hæc collecta morbus erit:aut horum quædã,aut vnũ ſaltem omnino.ſed enim omniũ eſſe collectionẽ,præter id quod neminẽ vſquã habuit autorẽ, etiã dici nõ poteſt.nã quæ,quæſo,morbi cauſa,aut quod morbi ſymptoma erit, 20

ſi

si omnium pariter colectio morbus censebitur? Neutrum profectò erit. Ergo duo præter morbos genera relinqui necessum est. Alterũ causarum, quæ hos creant: alterum eorum quæ necessariò sequuntur: non tamen homini officiunt. Verùm si hæc abstuleris, reliquum est vt in altero duorum statuatur morbus, aut ipsis functionibus afflictis, aut qui has edũt affectib. Fuitq; & antiqua sanè de hoc controuersia, & hodie
10 dissident inter se omnes, non modò medici, sed etiam philosophi: alij ipsius actionis vitia, alij affectus: vnde actio prodit, morbos nominantes. Et dissidere viros in rebus tã obscuris minimè est mirum: non intelligere tamen eos quòd de nomine contendant, sanè taxatione est dignum. quippe si inter omnes conuenit, ad affectũ qui functioni obest, curationis consilia dirigi: quid ad artis officia cõferat definisse affectúsne, an læsa functio morbus sit appellandus? Vtrouis
20 enim modo appellantibus æger sanitati restituetur, modò quis affectui cõmodis præsidiis occurrat. Hic nanq; est quem alterare mutaréq; & prorsus summouere oportet, nõ vitium functionis. Nemo enim ipsam claudicationẽ sanat (id enim esset ridiculũ) sed affectũ qui hãc efficit, veluti phlegmonẽ si huius vitio claudicatur, atq; hãc & perfundit, et cataplasma superimponit, & scarificat, et per halitũ digerit, et omni ratione discutere tẽtat: vtpote cũ hac abolita, redda-

tur rectus inceſſus: nec hac ſummota claudicatione corrigere prorſus ſit opus: cùm nec remaneat quicquã prauæ functiõis, ſi qui huic obfuit, prorſus ſit amotus affectus. Quoad verò huius quicquã relinquitur, neceſſum eſt ad proportionem eius, actionẽ vitioſè edi. Hũc itaq; affectũ, ſeu morbũ appellaſſe, ſeu pathos, vitiúmve, ſeu morbi cauſam, ſeu pathus vitiive cauſam quis velit: id nihil ad curationẽ nec proſit, nec obſit. Sed neq; ſi Theonẽ aut Dionẽ hunc vocet quis, modò ritè ſanet, ne hic quidẽ ægrotanti officiat. Quinimo ſi quis prorſus innominato eo, tamen quæ ex vſu ægrotantis ſunt adhibeat remedia: nõ ſolùm hic nihil offendet: ſed etiã belliſsimè curabit. Verùm qui alterũ docere volet, quæ ipſe tenet: huic prorſus nominibus propter res vti eſt opus. in quorũ vſu claritas quaſi meta ſpectãda erit. nam qui ſic nominare quæq; ſtudet, vt qui diſcit, clariſsimè intelligat, is optimus præceptor fuerit. Quoniã igitur & nos iã docendi munus ingredimur, neceſſe eſt alicubi rebus nomina imponamus, an verò dilucidè, id vos æſtimetis licet. Ergo affectus qui actionem vitiat, morbus appellatur. hũc ſi quid ſequitur, ſymptoma. quod illum excitat cauſa.

CAPVT II.

His ita diſtinctis, inſpicienda diligenter eſt nominum diuerſitas, quæ ægritudinibus impoſuerũt ipſorũ primi autores. Subinde enim

à la:

à læsa particula sunt indita, vt Græcis πλευρῖτις, id est, laterũ compũctio. περιπνευμονία, id est, pulmonũ phlegmone. ἰσχιὰς, id est, coxendicum morbus. ποδάγρα: id est, pedũ vitiũ. νεφρῖτις, id est, renũ vitiũ. ἀρθρῖτις, id est, articulorũ vitiũ. ὀφθαλμία, id est, oculorũ phlegmone. & κεφαλαλγία, id est, capitis dolor. & δυσεντερία, id est, intestinorum tormina. Subinde ab ipso symptomate, vt εἰλεὸς, id est, tenuioris intestini morbus. τεινεσμὸς, id est, desidendi aßidua cupiditas. σπασμὸς, id est, cõuulsio. παλμὸς, id est, palpitatio. & τρόμος, id est, tremor. παράλυσις, id est, neruorũ resolutio. & ἀπεψία, id est, cruditas. δύσπνοια, id est, difficultas spirãdi, vel inordinata spiratio. ἄπνοια, id est, defectus spirandi. & ἀγρυπνία, id est, vigilia. & παραφροσύνη, id est, delyrium. & κῶμα, id est, sopor. Sæpe ab ambobus simul: vt κεφαλαλγία, & ὠταλγία, id est, aurium dolor. & καρδιαλγία, id est, cordis dolor. ὀδονταλγία, id est, dentiũ dolor. ὑστεραλγία, id est, vteri dolor. Sæpenumero à causa putata, vt μελαγχολία, ab omnibus: χολέραι, ijs qui sunt à Cnido medicis. Hinc etiã fortaßis & λευκοφλεγματίας ὕδρωψ, quæ aquæ intercutis est species, nomẽ accepit. Nõnunquã à similitudine ad aliquid extra positũ, vt elephas, siue elephãtiasis, Cãcer, Polypus. σταφυλὴ, id est, vua. λεύκη, id est vitiligo alba. μυρμηκία, id est, formica, siue sesiles verrucæ. ἀθέρωμα, id est, tuber, cui pulticu

læ ſimile quid ineſt, quam Græci ἀθέραν dicũt. στεάτωμα, quod ſeuo ſimile quid cõtinet. σταφύλωμα, id eſt, oculi morbus [cum in ſumma tunica quiddã acino ſimile eminet.] μελικηρὶς ἄνθραξ, id eſt, carbo. ἀλωπεκία, id eſt, areæ in capite. ὀφίασις, id eſt, vitiũ ſerpẽtis formã repræſentãs. σύκωσις, id eſt, ficus. σατυριασμοὶ, & πριαπισμοὶ, pudendi præter naturã erectiones, ipſorum verò morborũ, quæ nec locũ affectũ nomine repræſentent, nec cauſam quæ eos effecit, perpauca ſunt 10
nomina. Phlegmone, Gãgræna, σκίῤῥος, id eſt, durities vix ſentiẽs. Eryſipelas, ἀπόστημα, id eſt abſceſſus. οἴδημα, qui tumor eſt laxus citra dolorem. ἐμπύημα, id eſt, collectũ in thorace pus. Vlcus. ἐξάρθρημα, id eſt, luxatio. κάταγμα, id eſt, oſsis fractura. σπάσμα, id eſt cõuulſum. ῥῆγμα, id eſt, ruptũ. κολόβωμα, id eſt, mutilũ ſiue curtũ. δοθιὴν, id eſt, furũculus. ἴονθος, id eſt, varus. φῦμα, laxarũ partiũ phlegmone. Quanquã horũ quoq; nõnulla partim locũ corporis ſiue particu- 20
lã afflictã ſubindicare videntur, partim à prægrauante ſymptomate nominari. Quòd ſi quid citra huiuſmodi inſinuationẽ eſt nominatũ, at certè differẽtias ſuas multiformes habet, veluti vlcus tametſi ipſo nomine vnitatis ſolutionẽ in carnoſa parte nõ indicet atq; ita afflictã partẽ vnà inſinuet. At particulares eius differẽtiæ variè ſunt nominatæ, Chironiũ, Telephiũ, Cãcer, Herpes, Phagedæna, ſimilia id genus, partim ab ijs

qui

qui primùm ea sanarũt, vt Chironium: partim ab ipsis qui iisdẽ sunt affecti, vt Telephiũ. Cãcer autẽ à similitudine ad animantẽ. Phagedæna à symptomate, similiter Herpes. Verùm Phagedæna vlcus omnino est, idq; depascẽs, siue exedẽs siue quomodocũque appellasse libet. Herpes non semper vlcus est, quotiesq; cũ exulceratione est, non vtiq; seruata veteri sede, vicinas partes depascit: sed sicuti nomẽ ipsum indicat, ritu serpen

10 *tis bestiæ relicto priore loco trãsit ad alterũ. Cauũ verò vlcus, & sordidũ, & purũ & æquale, & quod* ὑπερσαρκοῦν. *Græcè dicitur, id est cuius supercrescit caro: hæc magis proprias sortita sunt appellationes, nõ tamẽ similiter omnes, sed æquabile à propria nimirũ differẽtia, sicuti & cauũ, & supercrescẽs. At cruentũ, & purũ, et sordidũ, nõ à propriis differẽtiis, sed ab externis symptomatis sunt appellata. Ergo cũ tã impar nominũ impositio veteribus fuerit, multoq; etiã*

20 *magis cũ Epinyctida, & Acrochordona, id est, pensilẽ verrucã, & Nyctilopa dicãt (primũ quod noctu est enatũ, alterũ quod summã occupat cutem, tertium quod noctu visum aufert) aliáq; eiusmodi multa faciãt. Ergo si omnia numerẽ (quod ipse fugere iussi) * superuacua per se qui videar: id omni modo agendũ est ei, quẽ veritatis studiũ tenet, vt ab ea quã nomina imaginationẽ faciunt recedens, ad ipsam rerũ substãtiam se cõferat, atque hanc inspiciat. tùm quot*

* In antiq. τὸ πάρεργον, sed in Græco. impres. deest sicut etiam ἴσως.

in vniuersum sint, & morbi, & symptomata, & proximæ siue internæ horũ causæ, requirat. Nos igitur id aliis cõmentariis fecimus, quorũ, vnus de ægritudinũ numero est: inscriptus autẽ est de morborũ differẽtia, alter de symptomatũ est differẽtia. Adeò verò in eo opere causas ho rũ vtriusq; seorsum explorare studuimus (dico tũ morbi, tũ symptomatis cuiusq;) vt ad præsen tem disputationẽ nihil amplius desideretur, sed præparata omnia iã sint. Itaq; ne legẽda qui- dem quæ hîc dicemus, vlli suaserim, priusquã in illis sit exercitatus. Quippe si quis illis tã nũerosis theorematis neglectis, huc se cõtulerit, nec ipse fructũ percipiet: et quæ rectè sunt tradita, temerè incusabit. ac in illis quidẽ particulatim oĩa, tũ morbos, tũ symptomata, tum causas inquiro.

CAPVT III.

HIc duobus adhuc additis, quæ necessaria erunt iis qui medendi artem exercebunt, tunc me ad vsum inuentorũ prodendum conferam. Quænã sunt, inquies, duo illa quæ dicere paro? Certè vnum: quid inter morbũ, & quod Græci πάθος vocãt, intersit, indicabit. Alterũ quòd sine corporis elemẽtis, ex quibus primũ cõsistit, noscendis, non possint morbi inueniri, ostendet. Hæc igitur nos accuratissimè tradere studebimus. Qui ea legẽt, oro ne prius ad ipsam methodum medendi se conferant, quàm & ipsi quot in totum morbi sint, per se inquisierint, &

quæ

quæ prodita à nobis sunt, curiosè inspexerint. Ergo ceu hæc fecerint, incipiam quæ promisi. Treis esse in corpore affectus præter naturã, ostẽsum iam est. Causas, morbos, symptomata. Causas, veluti redundantiã vel corruptelã. Morbos, vt phlegmonẽ, vlcus. Symptomata, vt malũ colorem, & gracilitatẽ. Diuersa ab his sunt quæ immodicè à corpore excernũtur, aut quæ præter naturã retinẽtur, & functionũ vitia: omnia scilicet cõmuni nomine symptomata dicta, cæterùm nõ vni generi subiecta. Quippe affectus quidã corporis est vitiosus color: quod excernitur aut retinetur, affectus nõ est, sed affectũ sequitur. Similiter actio vel læsa, vel integra, affectus sanè non est: particulæ autem vnde editur, affectum necessariò comitatur. Ac œdema quidẽ et phlegmone ex iis sunt, quæ absolutè esse dicũtur. Eodem modo & redũdantia si ea sit, sanguinis & corporis pallor. Actio verò ex eorũ numero nõ est, quæ esse absolutè dicũtur, aut certè nõ similiter sicut iam cõprehensa. siquidem nullo temporis spatio manent eius partes, sicuti profectò nec sermonis, nec etiam motus vllius: sed horũ quilibet in ipso fieri (vt sic dicam) esse suum obtinet. Cùm verò duplex sit motus genus, vnũ in loco, aliud in qualitate, prius delatio, secundũ alteratio dicitur. Ac omnis quidẽ actio, motus est actiuus. Oĩs alteratio, eius quod alteratur, motus est paßiuus. Patitur nãq; quod alteratur.

Ergo affectus dũ alterantur, mouẽtur. Cùm à motu cessauerint, iam alterati sunt: non autem amplius alterãtur. Quicquid enim quocũq; modo se habet, aliquo omnino affectu est præditũ. Quod autẽ in cõstanti ægréq; auferibili affectu est, id habitu iam quodã affectũ est. Sanè alteratur is qui nigresit: alteratus est qui iam obnigruit, siue (vt sic dicã) nigrefactus est. Itaq; alteratio generatio est qualitatis, aut affectus, aut quomodocũq; appellare velis, nec si alterationem esse depositionẽ, vel mutationem eius quod priùs fuit, dicas, id pugnet cũ eo quod dixi alterationem generationem esse qualitatis, cùm ambo in idẽ recidãt, nam & quæ prior in corpore qualitas fuit mutatur, & nũc noua gignitur. Quippe eius qui in sole versatur, candor mutatur: nigritia gignitur. [Rursus eius qui igni se calefacit,] frigus mutatur: calor fit. Quoties verò cuiuspiã quod substãtia nõ sit, generationẽ esse dicimus, nõ idem eo sermone significamus, sicut cũ absolutè generationẽ proferimus. Nã quæ absolutè generatio nominatur, via est in substãtiam. Quæ verò huius, vel illius generatio dicitur, via est in illius (vt sic loquar) entiam, siue subsistentiã. Verũ hoc veluti extra rem sit dictũ. Quod verò ꝓpositũ nobis in disputatiõe maximè fuit, fermè iam definitũ est, nempe aliqua in generatione, & mutatione, & alteratiõe, & vt semel dicã, in motu ipsam essentiam habere: aliquã in ipsi

ipſius ſubſtantiæ cõſtantia. Ac ſanitas quidẽ, & morbus, & quæcũq; ſymptomatũ cauſarũq; affectus, vel habitus ſunt: ex permanentiũ conſtantiũq; numero ſunt. Actiones omnes alterationesq; in quacũq; re fuerint, in ipſo fieri eſſentiam ſuã poſſident. Et corpus ſecundũ quodcũq; mouetur, ſecundũ idem patitur: motusq; eius pathos, ſiue paſsio eſt. Sanè priſci motus omnes, etiã qui naturaliter ſe habent, niſi actiui ſint, πάθη, Græcè, id eſt, paſsiones nominãt: ſicuti etiam ipſos actiuos motus actiones. Eo pacto & Plato ſenſuũ alterationes, pathe ſiue paſsiones appellat: cùm iunioribus aliter (neſcio quomodo) ſit viſum, vt videlicet de ſolo eo qui præter naturam ſit motu, id nomẽ vſurpẽt. Ac à veteribus quidem pathos priuatim de omni extrinſecus motu dicebatur: nũc per abuſum etiã affectus, qui ex paſsione iam prouenere, nec amplius in motu ſunt, pathe ſiue paſsiões appellẽt, nõ tamẽ diuturniores, aut ægrius auferibiles. Sed eiuſmodi nomẽclaturæ à iunioribus ſunt inuectæ. Diximus autẽ alibi diffuſius de medicinaliũ nominũ vſu. Nec illud nobis ad conſideratione propoſitũ nũc eſt: ſed tantùm quemadmodũ ipſi vtemur, claritatis gratia, diſtinguere neceſſariũ eſt viſum. Nã contrariũ ſanitati affectũ, quo lædi actionẽ dicimus, morbũ tãtùm appellamus, ſiue diutinus hic, ſiue breuis ſit, ſiue momento duret. Ex reliquis affectibus, qui præter naturã ſunt, eos

qui

qui hũc praecedũt, causae quae rationẽ obtinẽt, causas tãtũ dicimus, nõ pathe. Qui illũ sequũtur, si actionũ offensae sunt: & symptomata, & pathe. Eodẽ modo & immodicas, vel inanitiones, vel retẽtiones. Qui vero affectus sunt, veluti vitiosus color, supra passionis & symptomatis appellationẽ, etiã affectus, vel affectiones vocamus, ita nimirũ vt sunt. Omniũ igitur horũ cõmune id est, quod praeter naturam sunt, & causae, & morbi, & symptomatis. Propriũ autem morbi quidẽ est, actioni incõmodare, symptomatis hunc sequi, causae praecedere. Ergo nec is qui morbum esse motũ praeter naturam dixit, intellexit quid diceret, quẽadmodũ in proximo libro docuimus methodicorum nonnullos definiuisse, adiecta ex superabundãti cõstatia. Nec si quis mutationẽ esse ab eo quod secũdùm naturam, ad id quod praeter naturam, voluit: quippe quae non magis morbi quàm causae, & symptomatis definitio est: quando omnia ea affectus sunt praeter naturam. Verùm si breuis spacij sunt, constat acuta esse: sin aegrè auelluntur, diuturna. νόσον autem, an νόσημα dicas, nihil interest, atqui πάθος, id est passionis appellationem de morbo dixisse veteres quemadmodum & ἀῤῥωστίαν id est, infirfirmitatem, & ἀσθένειαν, id est, imbecillitatem, ostensum nobis est in ijs quae de medicinalibus vocabulis scripsimus. In quibus illud quoque traditum est, nihil referre dicere valetudinẽ in-

fir

firmā,an infirmitatē valetudinis. Nā & ipsos qui ægrotāt,appellāt non solū νοσοῦντας, sed etiā ἀῤῥωστοῦντας,id est,ægrè habētes,& ἀδυνατοῦντας, id est,parū valētes,& κάμνοντας,id est,laborātes. Reliquū nūc fuerit, vt cuius causa hæc omnia diximus,in mediū adducto,ad aliquid eorū quæ proximè tractanda sunt,deinceps transeamus. Id quid sit,rogas? Certè nō aliud quā quod sæpius iā antedictū est. Primum ac maximè id medicos studere,idque ferè propriū eorū munus esse,vt morbos adimāt. Quippe simul cū hoc nō modo actionis vitium statim euanescit: sed etiā reliqua omnia symptomata tolluntur. Siquidē primùm ac maximè actionis ipsius quæ secundum naturam edatur, omnes egemus: propter illam verò & sanitatis. Sed & functionis incōmodum amoliri omnes cupimus,ob id verò etiā morbum ipsum. Cæterùm,non functionis vitio, sed morbo ipsi, id est affectui præter naturam qui actioni incommodat, applicamus remedia. Quisquis igitur ex ijs quæ particulis naturaliter insunt, & quæ temerè accidunt, & quæ actionis sunt causæ distinguere non potest: hunc sanè credibile non est affectum ex quo primùm actio læditur,inuenire posse. Nam quæ temerè corporibus accidunt,etiā si millies sint alterata, nocere profectò actioni non possunt,quandiu à quibus fiebat,omnia naturā suā tuentur. Horū verò si vel vnūquodlibet sit alteratū, actionem

nem quoque ipsam statim lædi intantum est necesse, inquãtum ab eo, cùm secundùm naturam se haberet, est adiuta.

CAPVT IIII.

AC mihi quidẽ res tota explicata iam est, claréq; ostensum, ijs præsertim qui intelligere vera possunt, fieri non posse vt omnium morborũ numerũ methodo quis comprehendat, nisi idem omniũ causarum actionis numerum corpore secundũ naturã se habente, norit. Nihil tamen ex iam dictis intelligere adhuc possunt, quicũq; vel rudiores sunt, & ingenio crassiores, vel methodicæ sectæ nugis innutriti. Denuò igitur quod nunc generatim dictum intelligentibus est, illis quoque speciatim exponamus, vnũ aliquod atque alterum veluti exemplum sermoni proponentes. Cur lingua sapores percipit, nec vlla pars alia? Num propter colorem, aut situm, aut magnitudinem, aut figuram? Quippe ea affecta, nec commodè sapores sentiente, aut colorem eius ad naturam suam reducemus, si videlicet huic actionem debet: aut iam dictorũ quoduis, si ab illo agendi vim accipit. Quòd si propter aliud ab ijs quippiam, constat si illo tãtùm tenus ad naturalem habitum sit restituta, nullo etiam reliquorum fore opus. Nam esto, exempli gratia, densitas certa pororum causa sit, cur succi saporem dijudicet. Nunquid horum symmetriam quæ in sanitate visitur, tuebimur,

mur, rursúsq; ametriã, id est à iusto modo recessum, quoties laborat, corrigemus? Esto, si placet, mediocris calor causa sit, cur saporem intelligat. Num hîc quoque manifestum est, cæteris neglectis, vnam adhibendã curam, vt illud seruemus à quo agendi facultatem accepit? iam si propterea quòd ita in sicco humidóque attemperata sit, idcirco sentiat: quis non reliquis posthabitis, huc tantùm intendat, vt neq; iusto siccior
10 sit, nec etiam humidior? Quis rursus, si hoc verum est, non facilè promptéq; colligat duos esse vniuersos linguæ morbos, alterum siccũ, alterũ humidũ? Veluti rursum si per moderatum calorẽ, & frigus habet quod sentiat, quis non hîc quoque duos esse morbos eius intelligat, caloris frigorísq; à modo recessum? Nõ aliter quoque si propter tenuium meatuum competentiam sensum est nacta, promptum profectò hîc quoque colligere est, omnino eã ex horũ *contrario habi- *ametria.
20 tu esse vitiandam, dupléxq; vitiũ fore densitudinem eiusmodi meatuum, & raritudinẽ. Sed num etiam plura dicam, quò stupidos istos inducam, vt si nihil aliud, illud saltem intelligãt, non posse quenquam, nec inuenire, nec demonstratione asserere morborum numerum, qui, nõ ex ijs quæ particulis insunt, tũ quæ causæ actionis sint, tum quæ temerè accidant, norit? Num etiam alterum adhuc tertiúmq; exẽplum adijciam? Sæpe nãque multitudine exemplorũ stupidor

pidorũ animi veluti à somno excitantur. Agè igitur ita homines interrogemus: Idcircóne corpus calida, frigida, dura, mollia, lenia, & aspera, omnia denique tãgibilia sentit, quòd cãdidũ colore est, aut nigrũ, aut rufum, aut vno verbo, quòd talis coloris est? An propter horum nihil, sed aliud quippiã? Neminem enim arbitror latere, quin si quid probè sentiẽdi munere vtetur, id tantùm illi tuendum custodiendúmq; sit, ex quo vno probè sentiendi facultatẽ accepit. Nã si ex eo quòd cãdidum fuit, id dotis obtinuit: eius nimirum tuendi maxima erat habenda cura, sicut nigri fugiẽdi. Sin contrà ex eo quòd nigrũ fuit, sentiẽdi vim habuit: omnes (arbitror) alios colores fugere formidaréq; oportebat. ad eũdẽ modũ & si inde adeò sentit, quòd flauum, vel rufum est, fugiendi (arbitror) alij colores sunt, ceu sensum, vel penitus abolentes, vel vitiantes. Præterea, si eo quòd durum sit, sensu est præditũ: molle fiat, deterius sentiet. æquè vt si eo quod dẽsũm sit, si ad raritudinẽ mutetur. Iam si tenuiũ meatuum symmetriæ acceptã sentiẽdi vim refert, vbi ab hac recesserit, vitiabitur. Et generaliter, vt sentiat, id tãtũ ipsum adsit oportet, vnde sensum obtinuit: atque id tantũ corrigatur, vnde sensus est læsus, cũm à natura recessit. Num igitur tertio exemplo est opus? an hæc abundè satisfaciant? Sanè prudentibus vel hæc superuacua puto, vt qui vniuersale intelligere

10

20

sine

*sine exemplis poßint: rudibus autem, & *auer-* *σκαιοῖς.
sis, & cõtentiosis, ne si tertium quidem addam
exẽplum, quicquã fortasse profecero. Veruntamẽ quando duo iam dicta sunt, & inaniter tẽpus nostrũ semper terũt: nõ fuerit alienum, vnũ etiãnũ ijs exemplũ adijcere. Proponatur itaque iam quemadmodũ ventriculus male concoquẽs nobis sit corrigendus. Verba autẽ faciemus, non solũ contra methodicos, sed etiam contra eos rationalium qui nõ cognita ipsius actionis prima causa, quam continentem etiam nominare sunt soliti, methodo quadã ac ratione constitui posse artem putant. Esto igitur quispiã dicat (ab ijs enim quæ obuiam prõptámq; absurditatem exhibẽt: cœpisse præstat, quò eos, si fieri potest, ad ea quæ confusa magis sunt: intelligenda sensim perducamus). Esto inquam, aliquis dicat hunc quẽpiam, qui nunc cruditate laborat, quòd multos deinceps dies solo lacte est altus, ventris colorem mutasse, albúmq; ex rubro reddidisse, idcircóq; ventris sui functionẽ vitiasse. Fortasse iam rides, & iure profectò rides. Verũ si scias quàm sit simile, & huic de coloribus citra vllam demonstrationem adhibitã quiduis prõnuntiare, & tibi de exiguorum meatuum (verbi gratia) symmetria, aut alio quolibet affectu, non arbitror iure ridebis. Nã aut in tete risum vertes, aut nõ in hũc. Nã esto impudens sit, qui causam minus probè cõcoquendi colori imputet, dicátq;

f

quòd quoniã ex naturali colore vẽtriculus ruber est, nũc verò redditus est planè albus, idcirco cruditate laboret est necesse. Libẽs sanè audiã, quid tu cõtra hũc obijcias. Ego enim aliã rationẽ nõ inuenio, quã vt iubeã qui ita dicet, prius ostẽdat an omnino propter colorẽ, iustã ac naturalẽ actionẽ vẽtricul⁹ edat. Tu siquã aliã habes, libẽs audiã. Sed nec habes, nec habere aliã cõtradicẽdi rationẽ potes contra eũ, qui colorẽ cruditatis vẽtriculi causam esse dicit, quàm exigere vt doceat quomodo ex naturali colore consecutus, vt cõcoqueret vẽtricul⁹, sit. An igitur huic qui colori cruditatis causam imputat, fides nõ adhibebitur antequã doceat etiã hoc nomine agere vẽtriculũ: tu cũ vel tenuiũ meatuũ symmetriæ vitio, vel alij cuipiã hãc ascribas, credi tibi postulabis, priusquã doceas quo pacto ex symmetria in illo genere agat? At nõ hoc aio, inquit, nec aliud quicquã esse cõcoctionis cõtinentẽ causam: sed prorsus id ignorare me fateor. Atqui si ei qui colori actionis causam tribuit, necesse est etiã eidẽ læsionẽ actionis imputet, qui verò teniũ meatuũ symmetriã actionis causam dicit etiã horũ ipsorum à iusto modo recessum, eandem vitiare fateatur: tum qui temperamento quatuor qualitatum, caloris, frigoris, humoris, & siccitatis, actionis causam assignat, etiam eorundem ipsorum intemperiei offensam eius ascribat, vtique & tibi necesse erit, eo quod secundum naturam

est

est prius præsumpto, ita quod præter naturã est, inquirere. aut si ipsum quod secũdũ naturã est, nõ nosti, nec quod egressum à natura est, nosti. Etenim vos etiam ipsos audio cõtra Empiricos dicere, fieri nõ posse vt qui id quod secũdũ naturã sit nõ norit, dignoscere id quod præter natura sit, posit. At nosco, inquit, quod secũdũ naturã se habet. Quæro, totúmne, an partẽ eius aliquã? Atq; pars ipsa quã nosti, éstne actionis

10 *ipsius causa, an vẽtriculo inest ociosè? Nã quid demũ eius nosti? situ videlicet, & magnitudinẽ & cõtextũ, & figurã? At nihil horũ actionis, est causa. Sed nec Empiricos horũ quicquã latet, quippe qui & se partiũ dissectione, cũ occasio hãc offert, vti fatẽtur: & ex illa se hæc intelligere, non tamẽ actiones vsúsq; particularũ. At noui, inquit, & actionẽ. Est enim circumplexus & attritio. At nisi causam eius noueris, nec morbũ intellexeris. Nã si quatuor qualitatũ me-*

20 *diocris tẽperies, actionis sit causa: earum intemperies, omnino vitij causa erit. Tu verò veris phlegmonẽ, & scirrhũ, & œdema, & abscessum aliáq; quæ oculis vsurpari possunt; solos esse vẽtriculi morbos, quamuis ne hæc ipsa quidem veluti Empirici solis oculis, manibus, & reliquis sensibus apprehẽdas: sed ad ipsam essentiã eorũ tentas ascendere, atq; hanc diligẽter disquirere; videlicet non contentus ijs symptomatis, quæ sensui apparent, quæ tamen symptomata Em-*

*piricis definiũt, ac circũscribũt, suã syndromen. Sic enim ipsi appellãdũ cẽsent symptomatũ cõgeriẽ, quæ in affecto sunt loco. Sed nec curationis indicationẽ ex apparẽtibus symptomatis accipis. Nõ enim an tumor præter naturã, nec an renitẽs, nec an cũ dolore, nec an ruber: sed an sit in finibus arteriarũ impactio ex coincidẽtia, cõsyderas ac curationẽ (vt ipse fateris) ad hoc referens, exploras. An nõ ea est Erasist. docẽdi ratio, vbi de febribus agit? sicuti rursus alio Dioclis, alia Praxagoræ, alia Asclepiadis. Itaque nõ à symptomatis quæ in phlegmones apparent loco, indicatio præsidij his sumitur: sed ab ipsa substãtia. Neq; enim an tumor à natura egressus, neq; an renitẽtia, neq; an dolor pulsatilis: sed an & coincidẽtia, & impactio in finibus *pulsatiliũ, aut obstructio in exitu venarũ, aut putredo aliqua succorũ, aut corpusculorũ ratione cõtemplabiliũ, in laxitatibus æquè ratione speculabilibus, * intẽtio sit, æstimãt. Quare hi omnes ab affectu phlegmone laborãtis partis, nõ à symptomatis quæ hãc sequuntur, præsidiorũ indicationẽ sumũt: Ad eundẽ arbitror modũ, & si quis calidũ, frigidũ, humidũ, & siccũ, causatur. Verùm hic etiã si ventriculus citra phlegmonẽ, aut vlcus, aut abscessum, aut alia id genus eò tãtũ quòd frigidus sit, nõ rectè cõcoquat: tamen remedijs non destituitur. At qui phlegmonas, scirrhos, aliáque quæ oculis videre licet,*

* arteriarum.

* ἔνϛασις.

cet, tãtùm esse morbos putãt, ridiculè planè cruditates, quæ sine ijs fiunt, ex imbecillitate vẽtriculi incidere dicũt: ceu affectũ aliquẽ priuatum seiũctũq; imbecillitatẽ esse velint, nõ autẽ velut in suppurãtib⁹, aut scirrho grauatis, aut phlegmone affectis, aut alia quauis ratiõe laborãtib⁹ inesse. Quippe omnia hæc vitia, siue ĩ vẽtriculo, siue in iocinore, siue in pectore, siue in alio quouis accidant, illico partẽ in qua sunt, ad propriã functionẽ edendã imbecilliorẽ reddũt. Sed id nõ satis illis erat ad indicãda remedia: alioqui frustra inquirũt affectus, frustraq; ad ipsã morbi essentiã subeũt, tanquã non aliter detur idonei cõpotes esse remedij. Nõ igitur (qui imbecillitatẽ vitiũ esse dicũt, vbi nullo ex ijs q̃ ipsi morbos definiũt, affecto vẽtriculo, animal cruditate laborat) ij dum à nobis refellantur, expectant, sed ipsi seipsos redarguũt. cùm nõ propriũ aliquod, sed cõmune omniũ dicãt, quodq; nec illis ipsis indicibus, remediorũ inuentionem indicare facilè possit. quippe illud roborare imbecillitatẽ, nomẽ nudũ, ac veluti meta potiùs est [quò curans dirigit] nõ curatio. Nã quid faciẽdo ijs qui inualidi ad actionẽ sunt, robur vĩdices, nõ dicũt. At in hoc curatio cõsistebat, & nisi ventriculi affectu inuento, vt remediõrũ sis cõpos, fieri non potest. quippe si refrixit, calfaciẽdus est: si humẽtior est effectus, siccandus est: pari modo si immodicè incaluit, refrigerandus est: si siccatus, hume-

[Non est in Græco.

*ctãdus est. Atq; hæ quatuor simplices curationis rationes sunt. Alteræ quatuor cõpositæ sũt. Si frigidiore ac sicciore tẽperamẽto redditus vẽtriculus est, calfaciẽdus simul humectãdúsq; est. Sin humidior & calidior iusto euasit, siccãdus ac refrigerãdus est. Pari modo si calidior ac siccior est effectus, tũ refrigerãdus, tũ humectãdus est. Sin humidior ac frigidior, quàm pro natura est: siccãdus ac calfaciendus est. Quare octo tũ vẽtriculi ipsius affectus sunt, quas illi * imbecillitates dicunt: tum octo medendi rationes.*

*ὡς ἐκεῖνοι λέγουσιν, ἀτονίας αἰτίαι, id est, vt illi dicunt imbecillitatis causæ.

CAPVT V.

NEc sicut Empiricis, sic vlli dogmatizãtiũ dicere licet sint hæc, an non sint, nihil esse opus intelligere. Funditus nanq; logicam sectã subuertent, si ignorato affectu, curationis tamẽ facultatẽ abũdè sibi superesse dicãt. Etenim ab vsu ipso omnes quomodo curãdũ sit, intelligẽt, si ab ipsius rei natura indicationẽ non sument. Ac Empirici quidẽ & quod inuenire posse nõ putẽt quicquam eorum quæ abstrusa sunt, & quòd id etiam si inuentum sit, non desyderent, (quippe obseruatas à se esse curationes in apparentibus concursibus) meritò nec scire se an octo affectus sint quibus ventriculus imbecillus sit, aiunt: & citra eiusmodi superuacuã morositatem remedijs se abundare. Qui verò & rationẽ se habere profitentur, cuius ope etiã abstrusa inquirant, & ipsorum inuentionem præsidiorum

rum

rum præstare indicationem dicũt: hos quomodo non pudeat dicere, aut non nosse se, an octo affectus sint, aut eos ad medendum parũ se requirere? Neq; enim id tantùm dicere satis est: nõ nosse se: sed refellere par est eos, qui se scire affirmãt, ceu parum vera professos. Quoad verò nec ipsi id faciunt, alijq; non pauci demonstrationis fide confirmãt, omne corpus pro certo quatuor qualitatum tẽperamento opus suum edere, rationa-
10 bilius est illis accedere: nisi fortè qui nuda afferũt verba, plus sibi credi postulabũt, quàm qui cum demonstrationũ fide loquũtur. Atqui illi si non aliud, saltẽ suadere ac docere auditorem student, non cogere iubereq;. Hi totũ contra tyrannorũ ritu iubent, ne quæramus actionis causam. Verùm nos hoc nomine Dionysiũ, Phalarim, cæterosq; tyrannos odio prosequimur, quòd iubent imperantq;, non suadent, ac docent, sicut Solõ, Draco, & Lycurgus. At, inquit, ego in-
20 tra limites artis maneo: vos & ab ijs exceditis, & ad naturalis philosophiæ principia nos reducere conamini. An igitur homo lepidißime, ne hoc quidem ipsum demonstrabis, quínam videlicet medicinæ artis, sint limites, quæq; nouisse expediat ei qui ratione remediorum inuẽtionẽ molietur, sed terrifico vultu tuo nos reddere attonitos putas? Audio quidẽ & te illud dicere, nõ oportere actionis inquiri causam. Audio & Empiricos dicere, nec actiones ipsas esse

cõſyderãdas. Audio nõ minus illũ qui dicit nõ tantũ has eſſe æſtimãdas, ſed etiã cauſas vnde naſcantur quærẽdas. Num igitur ex eo eſſe me iniquorũ iudicũ numero iubes, qui priuſquã oẽs qui inter ſe diſsideant, audierint, vni ſtatim ferunt ſuffragiũ? An primũ quæ veſtrũ quiſq; dicat, ſeorſum audire vis, dein cõferre, atq; perpẽdere quis tũ ſibi, tũ apparẽtib⁹ cõſentiat, quis rurſus nec ſecũ, nec cũ ijs quæ apparent? Atqui ſi ita faciã, Empiricos audiã, etſi quæ dicũt, ſtabiliter nõ demonſtrent, ſaltẽ ea lenire conãtes. Vos ne id quidẽ facitis. Nã ſanè libẽter audierim quis veſtrũ, vel lenimẽ aliquod, vel demonſtrationẽ aliquã afferre ſit conatus, cur actionis cauſam inquiri nõ expediat. Quæ enim à me methodus ſuprà eſt poſita, inquirendã eſſe demõſtrauit. Vos quòd inquirẽda nõ ſit, nec demonſtrationẽ vllã, nec rationẽ vllã probabilem afferre conamini: ſed tãtùm elato ſupercilio tetricè nos obiurgatis, abſcedere à ſumma phyſiologia iubẽtes, nec ſic quærere hominis naturam intelligere: vt philoſophi faciunt, qui ad prima vſq; elemẽta ratione aſcẽdũt. Illud quoq; vobis, vel dixiſſe tãtùm ſatis videtur, nẽpe arteriam, & venã, & neruũ, principia continẽtia, & veluti elemẽta eius phyſiologiæ quæ de homine inſtituitur, ponẽda eſſe. In quo quidã. Herophilũ laudauit, quòd ita ad verbũ dixerit: Eſto hæc " prima eſſe, tametſi prima non ſint. Sed qui ad " demon

demonstrationẽ prouocat, ac hypotheses istorũ qui sic opinantur, pugnare secum ostendit, hunc auersamini ac fugitis, prorsusq; non auditis, & cõtemnere simulatis, ibiq; rationẽ fastiditis, ijdẽ scilicet qui cõtra Empiricos rationẽ demõstrationemq; extollitis. Nam quòd secũ dissideãt rationes omniũ, qui vel ex dimidio dogmatizant, etiam ijs qui tenuiter in demõstrandi methodo sunt exercitati facilè perspicere licẽt. Cùm enim
10 *phlegmone ventriculus laborat, atq; inde adeò cõcoquere nõ valet, quænam phlegmones causa sit, quærendum censent, atq; inde præsidiorum copiã coniectant, spreta Empiricorũ inuẽtione. Cùm verò citra phlegmonem, aliúdve id genus vitium, solius intemperantiæ culpa concoquere non valet, hîc rursus auxiliorum facultatẽ ab experientia petunt. Atqui hæc secũ non cõueniunt, cùm Empiricorũ opinio sibi cõstet, præterea demonstret efficiatq; quod volunt, ex ijs*
20 *quæ vos ipsi non inficiamini, lemmatis. Quippe si fieri vllo modo potest, vt ex ijs quæ apparent symptomatis curandi ratio coniectetur ignorato affectu: vtiq; non hîc possibile, in alio fuerit parum possibile: sed æquè in omnibus possibile erit. Ergo ne hoc quidẽ loco rationẽ vllam afferre poteritis, quò minus vbi affectũ explorare nequitis, experientia ipsa satis sit ad remediorũ inuentionẽ. Omnia igitur tyrãnorum ritu imperatis. Vti verò demonstratione nec ipsi vultis:*

(præstat enim ita fortasse dicere, quàm nõ posse vos) nec iis qui vti tum volunt, tum possunt, acceditis. Itaque quid aliud sunt disceptationes vestræ, quàm lites, & contentio, & prouocatio ad cõuitia, & pugnas? cuiusmodi præceptorum vestrorũ quidam perpetuò exercuit: aut irridẽs si quis calidi, vel frigidi mẽtionem faceret, tanquam balneatoribus magis quàm medicis ea nomina cõuenirent, aut vehemẽter increpãs quasi longissimè à medẽdi arte digressum, aut Erasistrati grauẽ illam autoritatem obiiciẽs. Verùm hæc vt primò auditu oblectabãt, ita cùm secundò & tertiò audiui, molesta sanè fuerunt, ceu scurris, quàm medicis magis cõgrua. Si enim semel autoritas eorum qui vltrà nõ esse procedendum iubent, legitimus testis esse ad demonstrationem putabitur, omnia iam meræ nugæ erũt, nec finis in disputatione vllus, nisi qui nũc visitur, inimicitia, pugna, conuitium. Quippe qui à logicis demõstrationibus digressi, credi quippiã cẽsent, propterea quòd Herophilus, aut Erasistratus ita iussit, hos necesse est omnis generis cõuitia pugnasq; sequi, admiranda scilicet disputationũ quæ nũc habentur præmia. Fingamus enim alius dicat, huic qui cõmodè non cõcoquat ventriculum frigidam & siccam intemperiem contraxisse, proindeq; humectandum, ac calfaciendum esse, alius, quòd naturalis eius habitus mutatus ad frigidius, & humidius sit, calidum

siccum

ficcumq́; victum adhibendum suadeat, tertius autem quispiam accedens, quòd quæ cõprehensa sunt, nõ rectè sint dicta, id ne tentet quidẽ ostendere, sed tãtùm eos qui dixerint, obiurget, quasi superflua scrutentur, & testes adhibeat Erasistratũ, vel Herophilum: nónne (vt dixi) dissidij hinc mutuiq́; conuitij initiũ excitabitur? quippe illos cõtrà necesse est Atheneũ, & Mnesitheũ, & Dioclem, & Plistonicum, & Hippocratẽ, & Philistionẽ, & sexcẽtos alios tales opponere testes. Si enim testibus decidenda lis erit, non modico hi vincent. Nam quod tũ insalubris intemperamẽti plures sint species, tum cuiusq́; earũ diuersa curatio, vbi non Hippocratis modò, & plurimorũ aliorũ medicorũ, sed etiã Platonis, Aristotelis, Theophrasti, Zenonis, Chrysippi, & omniũ illustrium Philosophorũ testimonio comprobarint: vtiq; & quòd citra naturam corporis exactè inuentam fieri nequeat, vt vel de morborum differẽtia quicquã inuenias, vel auxiliorum cõuenientium copiæ sis compos, ijsdẽ ipsis tum Philosophis, tũ medicis confirmabunt: hisq́; non tyrannorũ ritu, sicut isti, iubẽtibus, sed euidenti ratione probãtibus. Cõtra hæc igitur, qui calidũ, & frigidũ, balneatorum, non medicorũ dicunt esse vocabula, dicterijs videlicet vtentur, & risus mouebunt, moriones, phrygas, aut scholasticos narrãtes. Quippe cõscij sibi sũt nõ modò nihil demõstratiõe cõfirmatũ scire,

sed nec

ſed nec quid demũ demonſtratio ſit intelligere. Ergo ex his dicterÿs neceſſe eſt oriatur diſsidÿ initium. Vt enim primũ omniũ memorẽ quæ nugantes ſine demonſtratione dicere nõ dubitant, cõſydera quo pacto neceſſe ſit ex eo pugnã ſubſequi. Nã vbi cõtradicta eorũ nuda, & demonſtrationis expertia, ac cõtra teſtes ipſos quibus credendũ cẽſent alÿ tũ celebriores, tum lõgè plures teſtes opponũt, neceſſe eſt, vel cedere, vinciq́; vtroq; nomine, & quòd demõſtrare recuſarũt, 10 & quòd numero teſtiũ ſint impares: vel perfricta frõte Eraſiſtratũ omnibus illis teſtibus dicere maioris eſſe fidei. Siquidẽ hîc neceſſũ eſt alterũ negare eſſe maioris fidei, aut Hippocrate, et Mneſitheo medicis, aut Ariſtotele, et Platone philoſophis: alterũ eſſe maioris fidei inſtare: deinde variè vltro citro tã immodeſta, cõtẽtioſaq́; cõtradictione iactata, alterũ eorũ impelli, vt dicat nõ eſſe, alterũ bene ſanè, ſi tu Eraſiſtratũ in ordinẽ redigas. Hæc enim quotidie fieri ĩ medicorũ diſputationibus, ô Hiero, vides. Ea verò 20 ſemel data porta, omnia iã mulierculariũ verba ingerũtur: & quũ mutuis ſe maledictis aſperſerint, inutiliter amiſſo tempore diſcedũt. Atq; hãc turpitudinẽ nõ eſt quòd dicat aliquis nõ eſſe ab ÿs qui demõſtrationẽ fugiũt, inceptã. Fugiũt autẽ multifariã, vt ſcis: alÿ cũ grauitate tantũ increpantes: alÿ ſcurrile aliquid cõmenti: alÿ in riſum ſannaſq; diſceptatione abrepta. Quòd ſi

quis

quis sermoni stare, demõstrationesq́; audire audet, primũ quidem omnino non intelligit, neque enim potest qui demõstratiuæ methodi sit imperitus, eos qui ipsa vtũtur intelligere. quòd si aliquatenus intelligit, at quòd dogma suũ in quo est innutritus, propugnare omnino decreuit, contrà tendere aggressus, deinde prehẽsus, quæ nec ritè claudant, nec colligant, sed vana nugaciaq́; sint dicere irascitur, et deuouet Dialecticos, ceu
10 malorũ autores, quòd videlicet pituitam à naribus ipsorum detergẽt, ipsisq́; mederi conantur adhibitis scilicet nõ melle, & placẽtis, sed alliis, & cæpis, quæ etiam pituita tẽtatos gallinaceos sanare solẽt. Quippe millies affuisti iis, cũ à diuersè cludentibus argumẽtis nõ aliter quàm ab ipso allio, & cæpis cogerentur lachrymari. Nec te profectò latet, multos sæpe nobis priuatim fassos, sentire iam se suã sectã, quàm sit absurda, nec tamen hãc posse publicè mutare, cũ alioqui
20 nec alia nossẽt, vnde haberẽtur in precio, & iã vulgo propter hæc, & noti, & in precio forent. Itaque ob hæc ipse quoq; distuli commentarios de medendi methodo scribere, pro cõpérto planè habẽs paucissimos huius tẽpestatis ab iis adiutũ iri. Etenim nisi magna quæpiã miraq́; mutatio humanarum rerum fiat, actum de bonis studiis est, vtpote cõfusis ac corruptis, nemine veritatẽ ipsam, sed tantùm scientiæ famã quærente. Optimè enim profectò sis, ne quinq; quidem

vsquam

vsquam inueniſſe nos, qui eſſe potius quàm videri docti cuperent. Atqui niſi quis ſapiētiam ipſam propter ſeipſam expetat, ne tēpus quidem vllum inueniet, quo ſe in Logica methodo exerceat: imò diuitijs, & famæ, & potētiæ ciuili inhians, in horum ambitu vitam omnem cōſumet.

CAPVT VI.

Ergo dimiſsis his, rurſus ad propoſitum redeamus. Eſt autem ab initio propoſitū illud, qui omnem morborū numerū methodo non inuenerit, hunc maximè in ipſis medendi methodi foribus lapſurū, cùm cōſtet totidem eſſe medendi rationes, quot ſint morborum ideæ. Ergo ſic in enumerandis morbis egiſſe, vt neq; priuatis proprietatibus attentus infinitos ſtatuat, nec in primis ſtatim generibus ſubſiſtat, id in promptu cuiq; non eſt, ſed ei tantùm, ſicut antea dictū eſt, qui in diuidēdi methodis ſit exercitatiſsimus. Principium verò diuiſionis eorum eſt, vt etiam alibi diximus, vt eſſentiæ ratio rei diuidendæ, conſtituatur. Igitur illud monſtratū nobis eſt, morbum omnino vnū ex ijs eſſe, quæ præter naturam ſint. Hæc autē quatuor cùm ſint, actio offenſa, affectus vnde actio prouenit, affectus ipſius cauſa, & quæ hūc ſubſequuntur ſymptomata, ſiue functionem ipſam vitiatā, ſiue vnde hæc prouenit affectū, morbum nominare velis: nihil id medendi methodū immutare oſtenſum eſt, modò vnū illud intelligatur, primam ipſam

cura-

curationem, quam etiam nonnulli continentem appellãt, affectus esse qui actioni incommodat. Porro ostensum à nobis diximus, rationabilius hunc morbũ appellari, nõ tamẽ vetare nos quin si cui id cordi sit, actionis noxam morbũ nominet, affectũ qui hanc creet, morbi causam. Præsumpto igitur quòd morbus vocetur affectus is præter naturã, qui functioni officiat, inquisiuimus deinceps quot in vniuersum morbi essent.
10 Vbi clarum obiter fecimus, si quis via ordineq; processurus sit, nec (sicut vulgus medicorũ facit) tyrãni ritu imperaturus, huic primùm inueniẽdum esse affectũ illum qui functionis effectrix sit causa. Hũc sanè nos ἐυκρασίαν diximus esse calidi, frigidi, humidi, ac sicci. Proindeq; primũ morbũ in similiaribus esse, ex horũ intemperie ostẽdim⁹. Alius quisquã corpusculorũ, et meatuũ symmetriã statuet, eoq; ex indebito meatuũ ipsorum modo ægrotare animãtes. Cæterùm, si
20 quis nec ipse actionis causam, in quónam entiũ sit genere, audebit statuere, nec ijs qui statuunt cõtradicet, ac nihilo secius tamẽ ratione methodoq; se procedere arbitrabitur, hũc egregiè improbum esse diximus: vt qui nec tutũ se ab Empiricorũ accusatione facere poßit, & secũ planè pugnet, quippe eiusmodi homines ex dimidio logicos esse, qui qua ratione phlegmone, scirrhus, œdema, & alia id genus fiant, multo labore disquirũt: lædi autẽ etiam citra hæc omnia ex sola

intemp

intemperie actionẽ,non intelligunt:sed empiricè talia curãt. Quisquis igitur quantũ hi aberrẽt scire volet,tum quot morbos trãsiliant, quãtoq; plures ignorẽt,quàm norint,librum de morborum differẽtijs perlegat. Intelliget enim Hippocratẽ primũ omniũ recta institiße via. Quæ cùm à posteris absoluẽda fuerat,nõ modò nemo eorum absoluit,sed pleriq; etiã quæ probè fuere inuenta,corruperunt. Proximè autem vt viam quæ inchoata est ab eo,perficerent absoluerẽtq;, Aristoteles, & Theophrastus accesserũt: & si fateri verũ oportet,potestate absoluerũt.cùm cõstituerint aliud esse in corporib⁹ similaribus morbi genus,aliud in ijs quæ instrumẽtalia dicãtur. Quippe à similaribus functiones edi,eoq; esse cuiusq; instrumenti vnam tantùm similarem. Reliquas verò quæ cũ hac quoduis instrumentũ perficiũt,eas, vsus alicuius gratia, illius quæ prima erat actionis causa factas esse. Sed & horũ tamẽ rursus cuiusq; esse per se actionẽ, veluti in oculis.Satius enim fortaßis sit,quæ in alijs diffusè ostẽdimus,strictim hîc cõmemoremus.Ipsum visus instrumentũ est crystallinus humor:reliquæ oculi partes, eius causas sunt factæ. Quarũ omniũ vsus narrauimus in decimo operis de partiũ vtilitate libro. Cæterùm,quãquam crystallini maximè causa omnes sunt factæ,singulæ tamen earũ aliquã seorsum actionem sunt nactæ, ac vena quidem,& arteria,

&

& neruus, toti animanti cõmunem. Membranulæ oculi omnes cùm sint nutrimenti participes, omnino naturalibus facultatibus sunt præditæ, ac perinde etiã functiõibus quæ ab his proficiscũtur. Quoties igitur crystallinus humor ex intemperie laborat, omnino læditur oculorũ functio. Cæterùm, nõ est eorũ, vt organa sunt, morbus. At quod hypochyma vocãt, nullius similariũ est morbus, sed oculi totius, vt instrumẽti.
10 Ad eundẽ modum, si in finibus venarum, quæ in cauo iocinoris habentur, obstructio ex lentis, aut crassis succis subhæsit, digestio quidẽ in corpus per has morabitur, ægritudo tamen totius iocinoris, ceu instrumentis censebitur, nulla similarium eius partium ægrotante. Quòd si intemperies venas eius infestauerit, ipsarũ quidẽ illarum morbus primùm erit, ex accidẽte verò etiã iocinoris.. Ac Erasistratus quidẽ in phlegmones substãtia tradẽda est lapsus. cùm nec in par-
20 ticulis quæ phlegmone laborãt in finibus* pulsa tiliũ, impactio necessariò cernatur, nec arteriæ spiritũ tantũ, cùm in naturali habitu sint, contineant: veluti in tractatione de his ostẽdimus. Si igitur phlegmone eius generis morbus sit, cuius autumat, & scirrhus eius generis, cuius ille opinatur, & reliquorũ singuli, sicut ipse obscurè, et multi sequaces eius clarius explicare conãtur: vtiq; solidas ipsas partes liberas propemodum à morbis relinquit, nisi quatenus vlcerari, collidi,

* arteriarum.

incidiq; valeāt, atque id genus aliud quippiam pati. Laborare verò eas se totis, eiusmodi morbis, quales nos octo intēperantias ostendimus, id nusquā dicit. Atqui corpora vniuersa etiā quæ difficillimè afficiūtur, veluti æs, lapis, ferrum, saltē calfieri, frigefieri, siccari, humescereq; cernuntur: vt vtiq; mirū sit, si tantùm arteria, & vena, & neruus, nihil eiusmodi sentient. Atq; hoc etiā magis mirū, si patiētur quidē, functionem tamē legitimā edent, veluti (si ita fors tulit) in corde facultas quædā est (vt ipse quoque Erasistratus cōfirmat) qua laxatur, & cōtrahitur. Hanc autē lædi profectò oportet, si viuenti animali cor sit exēptū, quemadmodū sæpe factū in sacrificiis videmus. Quippe si nō læditur, perpetuò mouebitur, nec tantū ad tempus aliquod, vt nunc cernitur. Manifestum est igitur læsam esse: proindéq; mouere desinere. Illud igitur consideratu non inutile erat, cùm potest saltē facultas ea lædi, etiā antequā cor sit exemptū, quænam sit eius læsio, quænam alia, præter intemperiem. Nā neq; figura eius mutata apparet, nec cauitas, nec ligamentū, nec osculū, nec alia vlla pars perdita, sed tantū naturalis temperies mutata. Ergo omnes hi similarium partiū morbi omnino, vt dictū est, ab illo sunt omissi. Siquidem vbi sanguis in finibus arteriarū impactus actionē vitiat, id arterias ipsas quatenus instrumēta sunt, malè habet. Vt verò similares particulæ

10

20

culæ sunt octo, quidem secundũ nudas qualitates intẽperies habẽt, octoq; rursus cũ fluxione. Oportet igitur, quisquis horũ cũ certa sciẽtia demõstrationes, cœpisse velit, à libro de elemẽtis incipiat, post deinde reliquos sigillatim (vt dictum est) legât. Sũt verò proximi huic cõmentarij de temperamẽtis. Ab his proximus est, qui de inæquali intẽperie inscribitur. Mox, qui de naturalibus facultatibus. Aliiq; qui de animæ affectibus sunt proditi: idq; de vnoquoq; deinceps, & seorsum. Hos excipiũt qui de particularum vsu sunt inscripti. Quos sequũtur qui de morborum, symptomatũq; differẽtiis titulũ habẽt. Pleriq; verò medicorũ, nec tantũ experiẽtiæ applicãtes animũ (cùm tamẽ liceret ex Empiricorũ institutiõe bonis esse medicis) & perfectioris rationis cupidi, cũ aut iis quæ citra demonstrationem sunt enũtiata, credant, aut vitiosis demonstrationibus fallantur, nõ solùm nihil excogitãt boni, sed etiam quæ per experientiam sunt cognita, corrũpunt. Siquidem ratio non leue momentum obtinet ad experientiam, vel ornandam, vel corrũpendam: sed quantùm recta ratio ornando adiicit, tantùm, vel etiam amplius, vitiosa detrahit. Atque hæc me sæpe medicorum vulgo prædicantem audis, qui priusquàm in methodis Logicis se exercuerint, vel cùm demonstrare aliquid tentant, seipsos fallunt, vel cùm diuidere quiduis in species, ac differentias,

ordo lib. Gal.

*hic quoq; imperitorum coquorum ritu non per *mẽbra incidunt, sed conterunt, collidunt, ac dilaniant, veluti in eo quod nunc est propositum. Cõsulo igitur (vt scis) talibus omnibus experientiæ animũ intẽdant. cùm nõ leue instet periculũ iis, qui supra vires aliquid moliũtur, ne et id nõ cõsequantur: & quæ intelligere aliàs possent, omnino amittãt. Ergo cũ iis qui tum recto sunt ingenio, tũ discere parati, ipsi rursus sermonem cõferamus, illud tantũ ex iis quæ inter initia diximus, cõmonentes, non esse committendum, vt vtraq; simul cõfundantur, misceãturq;, & quæ per experientiã sunt inuenta, & quæ sola ratione sunt inuestigata: sed cùm vtrunq; seorsum sit tractatum, pòst ambo coniungantur. Ergo cùm ipsi de experimẽtali *inuentione alibi egerimus, de Logica in his cõmentariis disserere proposuimus. At mihi videor iis præsertim qui cõmentarios nostros de morborũ symptomatũq; differẽtiis plegerũt: cũ quibus scilicet mihi deĩceps sermo erit, iam clarè ostẽdisse maximè in ipsis statim foribus lapsum Thessalũ esse. Lapsus enim non leui lapsu & Asclepiades erat, vbi inter initia de elemẽtis corporis malè sensit. Cæterùm, multò & maiore & grauiore Thessalus lapsus est, quippe qui omnes in victus ratione morbos in duos similiter illi cõtulit affectus, multos verò medicinalium scoporum ademit, quibus ille est vsus. Pessimum autem grauissimũq; illud admisit*

* ἄρθρα, id est, articulos.

* αἱρέσεως habetur in antiq. id est secta.

misit, quòd nec ipsas actionũ noxas, nec affectus qui earũ causæ sunt, morbos censet: sed solis vacuationibus, vel statis, vel præcipitatis intentos esse vult, quũ ne quid sit plus iusto sisti præcipitarive vacuationẽ, clarè nos doceat. Quippe vel ad vires, vel ad causam, vel ad affectũ, vel ad id quod per sanitatem semper est obseruatũ, referri iudiciũ oportet. Ex quo factũ arbitror, vt pugna inter eius sequaces non parua sit orta, vt
10 qui tũ de reliquis omnibus inter se dißideãt, tum de eorũ quæ pathe vocãt, et notione, & subsistentia. Verũ si nunc de pugna eorũ historiam moueam, deflectam ad inutilia sermonem. Omnem igitur deinceps sermonem faciam, ceu cum illis agam, qui commentarios de morborum ac symptomatum differentiis, præterea de causis eorũ legerint. ad hæc, qui ea omnia quorũ paulò antè memini, reuoluerint. atq; hinc ordiar. Quoniã actiones omnes à similaribus corporibus profi-
20 cisci ostẽdimus, reliquas verò omnes singulorum instrumentorũ particulas, vsum quempiã ipsis præbere duplex sanè morborũ genus erit: alterum in partibus similaribus, alterũ in totis organis. In similaribus intemperantiæ, in totis organis vnum in figura spectatur, aliud in particularum numero, aliud in cuiusq; quãtitate obseruatur, quartum in positura. Vtrarunq; verò partium, id est similarium instrumentaliumq;, communis est ipsa vnitatis diuisio. Ergo sex in

vniuersum morborũ sunt genera. Vnum ipsorum similarium proprium: nempe intemperies. quatuor, vt modo dictum est, instrumentorum cuiusq;, & cum his sextum, quod tum similaribus, tum instrumentalibus est commune, ipsius vnitatis solutio. Horum cuiusq; differentiæ ad vltimas vsque species in libro de morborũ differentia sunt traditæ.

CAPVT VII.

*His sic se habẽtibus, iam de medendi indicationibus est dicendum: sed hoc ipso indicationis vocabulo prius exposito. Quippe ipsam *sequẽtis, siue agẽdi insinuationẽ, indicationem dicimus. Nam inuenitur quidẽ, & ab ipsa experientia id quod cõsequens faciendúmve sit: cæterùm, non ita quasi in præcedenti aliquo designatum, proindéq; nemo Empiricorum dicit id isto indicari: quanquã certè hoc sequi illud dicũt, & hoc præcedere illud, & cõsistere hoc cum illo. Deniq; omnẽ artem horũ obseruationẽ memoriam quæ esse dicũt, nempe quid cum quo, & quid à quo, et quid pòst quid identidẽ sit visum. Ergo ex ipsa rei natura ordiri, atque ab ipsa quod sequẽs sit, citra experientiã inuenire, id est indicatione inuenire. Definito iam hoc quoq;, ac rursus quod antè diximus, ad memoriã reuocato, omnẽ medendi methodũ seiunctã ab experiẽtia procedere, nec rectè facere eos quis ambas doctrinas Empiricã, Logicãq; in vnũ cogũt, atq;*

* οἷον ἔμφασιν τῆς ἀκολουθίας.

Quid indicatio. [handwritten margin note, partly illegible]

10 ... 20

coa

*confundũt quæ reliqua sunt, prosequamur. Fuerit autem omniũ quæ reliqua sunt, ordine primũ, quod & proposita iam proximè sequitur. Sequitur autẽ primùm ac proximè illud, quòd omnis medendi methodus, per indicationem fit. Quippe quicquid ab experientia seiunctum est, id totum indicatio nominatur. Quare quisquis condere medendi methodũ ad vnguẽ parat, huic à primis est indicationibus auspicandum: atque hinc ad eas quæ deinceps sunt transeundũ: rursusq; ab his ad proximas. Itaque pergenti, non prius desistendum, quàm ipsius compos sit finis. Porrò, finis propositæ nũc nobis tractationis est, inuenire cuiusq; morbi remedia. Quodnam igitur viæ quæ huc perducit, statuetur principiũ? Nẽpe morbi ipsius cognitio, qualis scilicet is natura sit, vt prius est ostensum. Quippe si id quod curatur is est, ratio profectò est ab ipso quoq; indicationes esse incipiendas. Ergo primùm quæ generalis cõmunisq; morborum omnium indicatio sit, inuestigandum est: ab hac deinde ad alias speciatim descendendum. Quippe necesse est omnes morbos vnius eiusdemq; participatione morbos appellari: veluti arbitror, & hominem, & bouem, & canem, & reliquorum singula. Vnum nanq; idemq; in omnibus hominibus habetur, *cuius gratia omnes eandem appellationem hominis sortimur. Pari modo canibus vnum idemq; omnibus inest, cui cogitatione inni-*

* Additur in antiq. τὸ νοεῖν, καὶ ἐπιστήμης δεκτικόν. id est intellectionis, & scientiæ capax.

timur, cùm canem intelligere volumus. Similiterq́; in omnibus equis vnum idemq́; inest, propter quod omnes equi dicuntur. In homonymis autem hoc clarius perspicere licet. Nam omnibus quadrupedibus animalibus, quæ latrãt, vnũ ideq́; inest, vtiq; quòd & quadrupedia sunt, et latrabilia. At marinis illis et rapacibus belluis quas ipsas quoq; canes appellamus, vnũ rursus, ideq́; inest, quod terrestribus nõ est: ita vt his cum illis in canum natura nulla sit, nisi tantum nominis conuenientia. At hominis cũ homine, veluti Socratis cũ Alcibiade, nõ nominis modò, verũetiam eorum quæ iis insunt, societas est. Nam & animalia, & bipedes, & pedestres, & rationales, & mortales sunt. In plenumq́; nihil vlli singularium hominum qua homo est inesse deprehẽdas, quod non & reliquis hominibus insit. Cæterùm terrestribus canibus, ab iis qui sunt marini, multa insunt diuersa: seu corporis speces formam, seu animi mores. Quippe ille cicur est, hominisq́; amãs: hic insidiatur, & ferus. Ille terrestris, hic marinus. Ille quadrupes, hic non. Rursus, ille latrabilis: hic ad latrandũ minimè habilis: at non terrestriũ canũ hic latrabilis est, ille non: nec rursus hic quadrupes, alter nõ quadrupes: sed omnibus ipsis vna forma inest, qua canes nominãtur. Nec verò substantiis modò id inesse videtur: verũetiam ipsis accidẽtibus, vel vt affectus sunt, vel vt actiões, vel vt passiones.

Verbi

Verbi gratia, homo inambulãs ab homine inambulãte nihil differt secũdùm ipsam inambulationẽ: sed nec vstus ab vsto, nec cæsus à cæso, nec albus ab albo, nec niger à nigro. Verũ in maioris minorisq; ratione: singuli horũ non paruam obtinent differẽtiam, veluti magis minúsve albus. Verùm quatenus albus, vnum idẽq; cũ altero albo poßidet: ita nimirũ, vt qua homo est, vnum idemq; cum alio quolibet homine. Et in singulis deniq; significatorum, vnũ idẽ omnibus inest. Ita igitur & ipsum ægrotare, & valere se habẽt. Illud enim ægrotãtibus omnibus inest, hoc valentibus: vtiq; vnum idemq; vtrunq;. Et veluti nomine hominis vnum, ita etiam nomine sanitatis vnum significatur. Declarat autẽ & quotidianus inter nos sermo, quòd in quibus homonymia non est, in his vnum est quod significatur. Si enim dicat quispiã vulneratum sibi esse lapide caput, nemini qui audiat, sermo est obscurus, aut ambiguus, sicut est cùm dicitur deuoratũ esse à cane Coriscũ. Siquidẽ à quo cane, statim rogabit auditor: propterea videlicet quòd duo sunt canũ genera: terrestre alterũ: alterum marinũ. At nõ quo lapide, aut quod caput, rogabit: cũ & omnis lapidis qua lapis est, vna species sit, & oĩs capitis qua caput. Canis verò, vt canis, sanè nõ vna: sicut nec linguæ qua lingua, quãdo & tibiæ, et calceamẽti, & animãtis pars lingua est. ac si quẽ audias ministro iubentẽ, vt

linguã afferat, incertũ est quam linguã dicat. Sin ventrẽ, aut vesicã, aut iecur afferre iubeat, nõ itẽ. Ergo singulis significatis vna certa subiecta res est: nõ tamen cuiq; voci vna res subiicitur. Interdum enim tantũmodo significatur per vocẽ, nec quicquã subiicitur. Verùm de his quæ ita dicũtur differere, præsentis propositi non est. Quibus autẽ non tantùm significatur aliquid, sed etiã res aliqua subiecta est, his quotquot significata fuerint, totidẽ sunt, & rerũ ideæ. Ac 10 *vocis quidẽ vnũ significantis, vna necessariò erit, & rei species, numero tamen plures has esse licet: sicuti α. Eóq; septẽ esse vocales dicimus: elemẽta Græcorũ idiomate quatuor et viginti: ad cõmunem videlicet omniũ speciem, quæ vna est, referẽtes, nõ ad particulares, quæ chartis, lignis, mẽbranis, & lapidibus sunt scriptæ: quarũ maximus numerus est, nec potis numerari, penéq; in infinitũ extensus, nã possunt in toto temporis spatio infinita scribi, tum α, tum β, tum γ. Eodẽ* 20 *modo & reliquarum literarũ singulæ. Verùm ea in vniuersum quatuor esse & viginti numero dicimus, nõ particulares intelligẽtes, sed tantùm species, quibus (vt arbitror) ipsa nõia indimus. Quippe nõ hoc quod in charta scribitur, α dicitur: illud quod in ligno pingitur, non α dicitur: imò tum hoc, tum illud. Idq; siue describas in terra, siue in lapide: siue scalpas, siue coloribus pingas. Sed nec pueros docet quispiam multa α,*

& β, & γ. & reliquorum singula: imò quodque horũ vnũ, simul autem omnia vigintiquatuor. Simili genere, si equum vnũ puero indices, aut camelũ: vbi alium rursus equum, aut camelum aspexit, non rogat quod animal id sit, sed illum equũ, hanc camelum nominat: atq; illum quem prius, cũ hoc quẽ nunc cernit, eundem esse dicit, quãuis fortaßis alter mortuus iam sit, alter (hic videlicet quẽ cernit) superſit. Iã vinum homines
10 *heri hodiéq; idem bibiſſe ſe dicunt: nempe ſpecie idẽ. Interim tria ſe vina hodie bibiſſe narrant: aut etiã vnũ, ad ſpeciem vbiq; reſpicientes. Præterea quindenas fores vno ſigillo obſignatas, ad ſpeciẽ ſcilicet in omnibus his ſermonem referentes. Adeóq; eſt euidens, ac omnibus natura inſitum, tum hominibus, tum brutis, vt aliud quid ceu in ſubſtãtia ſubiectũ, aliud ceu ſpecie vnum intelligãt: vt vel aſinorum (qui tamen omnium brutorũ ſtupidißimi videntur) aliud eſſe ſpecie*
20 *vnũ, aliud numero, notitiã nõ fugiat. Cõſpecta nanque camelo, aſinus ſe retrahit, & fugit, ac timet, ſi nunquam antè camelum conſpexit, ſin autẽ videre iã aſſueuit, quamuis aliã aliámque illi demonſtres, tamen propter conſuetudinem nõ amplius timet: ſed veluti vnam ſpeciem intuetur, & illam cui inſueuit, & hanc quæ nunc primũ apparet. Ad eundem modum, nec homines timet, propter conſuetudinem: ſed hos quoq; velut vnã ſpeciem videt. Verùm, ſi curatorem*

inſpexit,nõ ſolũ vt hominem, ſed etiam vt hunc hominẽ agnoſcit,& micat auribus,& caudam quatit,& rudit,& laſciuit, cum eum aſpexit, vtiq; indicãs ſe familiarẽ agnoſcere. Hũc itaq; tũ vt hominẽ,tũ vt familiarem noſcit. Eum autẽ quẽ primũ iam videt,vt hominẽ ſimiliter,vt familiarem non ſimiliter. Quare non nos modò,verũ aſini quoq; iam aliud,vt numero idem, tũ vidẽt,tũ etiã noſcũt,ac meminerũt:aliud vt ſpecie. Ac Dionẽ curatorẽ(eſto enim ita vocetur)aliter vt hominẽ, aliter planè, vt curatorẽ ſuũ agnoſcũt,vernaculi aſini,vtique cõmunem eius cũ alijs hominibus ſpeciem, vt hominis capiẽtes:priuatam verò ac ſecretã,vt Dionis tãtũ. Ergo tantùm abeſt, vt veteres philoſophos laudẽ tãquam amplũ aliquid magnæq; ſubtilitatis inuenerint,quòd idem ac diuerſum, vnũ ac nõ vnum,non ſolùm numero,ſed etiam ſpecie ſit inaudiendum: vt etiam ipſis aſinis hoc ineſſe natura dicã. Sanè adijciunt veteres philoſophi nõ tantùm numero,ac ſpecie aliquid idem dici, verũ etiã genere. Verùm id iam ad rem propoſitã non deſydero. Mihi enim vnicum illud ſatisfaciat,quòd ipſis aſinis ſtupidiores oſtẽdi qui nõ concedunt aliud ſpecie vnum, aliud numero dici:magíſq; his etiã,qui vnũ eſſe phreniticum, & vnũ Empiricũ dicunt,vnum tamẽ eſſe hominẽ non concedunt:aut qui nõ intelligunt ſpecie quidẽ vnũ eſſe hominem,numero nõ vnum,

10

20

nec

nec Socratē vnū esse, tū specie, tū numero: Phreniticū autē specie esse vnū, multitudine nō vnū: cū fieri nō poßit vt Diō, Socrates, Theō, & Coriscus, pariter si ita fors tulit, phreniti laborantes, cū quatuor sint, vnus multitudine sint, sed specie vnus, multitudine nō vnus. Absurdius autē multò est quod Empirici dicūt, cū vnū esse Empiricū dicūt, deinde rogati quomodo vnū dicāt eū qui viuit, cū eo qui mortuus est, & eū qui
10 est in Græcia, cū eo qui est in Aegypto, mirificū respōsum afferūt: Quatenus (inquiūt) Empiricus est, hactenus etiam vnus est. Hoc enim extremæ stupiditatis est, si adiectis illis quatenus & hactenus, nec quæ ipsimet, loquūtur, intelligūt. Si enim hactenus Serapiō, & Menodotus vnus sūnt, qua Emperici sunt: profectò in alijs vnus nō erunt: quādo si omnifariā vnus essent, superuacuè arbitror, ac frustra addita essent illa, quatenus & hactenus, cū prōptū esset simpliciter dicere vnū esse Serapionē & Menodotū:
20 ita nimirū, vt si de ipso tātū Menodoto loquēs, adiectione nō egeres, sed absoluto sermone diceres, Menodotus est vnus. Ergo si vnus absoluto sermone est Menodotus, Serapiō autē & Menodotus non absoluto sermone vnus, sed quatenus Empirici: omnino profectò ipsis alia quæpiam inerunt quibus duo sunt, & non vnus ambo. Efficitúrq; hoc illud quod antiqui Philosophi dixerunt, aliud numero, & idem & vnum esse, aliud

aliud specie: nec esse mirũ si Menodotus Serapio ni in aliquo idẽ sit atq; vnus, in aliquo non idẽ, neq; vnus: quatenus enim Empiricus idẽ: quatenus autẽ hic resimus, ille naso aduco, aut cãdidus aut niger, aut magnus, aut paruus, nõ idẽ. Nũquid igitur sic est vterq; eorũ homo, vt vel naso est aducco, vel resimus, an sic vt Empiricus est? An hoc quoq; puer intelligat, quòd qua homo, vnus sunt: qua hic resimus, ille grypus, nõ vnus? Nũ igitur extremi stuporis est, aut pertinaciæ, aut nescio quo nomine meritò appellẽ, fateri vnũ esse phreniticũ qua phreniticus, simili modo lethargicũ, & pleuriticũ: hominẽ verò, qua homo est, nõ vnũ? Præterea Empiricũ vnũ dicere quà est Empiricus: equũ verò, vt equus est, nõ vnũ? Cũ audire liceat Aristotelẽ, & Theophrastũ affirmãtes, specie quidẽ posse alterũ alteri idẽ esse, numero verò non idem. Atque etiam ante hos, illũ qui ipsos huiusmodi significatorũ distinctionẽ docuit, audire dicẽtem nihil esse miri vnũ esse multa, & multa vnum: Quippe adeò dilucidè omnem hanc disceptationem Plato in principio Philebi absoluit, vt mihi vel ipsis stupidis videatur esse dilucidus. Asini nanque norunt, tum hominem, tum camelũ, tum bouem: præterea hunc hominẽ quendam, hãc camelum, hunc bouẽ. Eodẽ modo viã norunt, nõ tantùm absolutè vt viã: sed etiã vt hanc aliquã viã. Nam in ingressu viæ quã non nouit, asinũ statue, attendéq;

déq; vt illã perambulet, ac totã peragat, in neutrã partem declinãs, nisi sicubi in diuersa scinditur, vtique declarãs se speciem ipsam viæ meminisse, & clarè agnoscere. Quippe inambulat eã, quæ trita est. quatenus autẽ ignorat, fallitur. Neq; enim ex recordatione eius, quæ insectilis, vnáq; numero est, hanc quã non nouit, peragere potest. Manifestũ verò est eum hanc viam, qua nũc primũ insistit, quatenus via est, vt speciē no
10 scẽtem inambulare, quatenus verò numero vna est, eatenus ignorare, propterea quòd & nusquã ad nõ tritã diuertat, & qua in duas scinditur, nesciat vtra sit eũdũ. Quod tamen omnino non ignoraret, si secũdo, aut tertio, nunc per hãc ingrederetur. Nã quoniã alterum nouit, alterum nõ nouit, propterea videlicet quòd communem viæ speciem cognoscit, propriã autem huius, vel illius ignorat: vtiq; quatenus nouit: nõ fallitur, quippe qui tritæ insistit, quatenus ignorat, fal-
20 litur subinde in triuijs, nesciens quam eligat. Duplicẽ ergo cognitionẽ habẽt & asini: cõmuniũ specierũ alterã, priuatarũ alterã. In summa, siue vnã speciẽ appellare cõmune illud velis, siue genus, siue cõmunitatẽ, si illius hanc quã ipse nunc interpretor notionẽ custodias, de nominibus cõtendes, rẽ tamen mutare non poteris. Et de nominũ quidẽ impositione, alius fortasse quispiam tecũ cõtendet, vtiq; qui æquè in rerũ cõtẽplatione, vt tu parum est exercitatus. Cæterũ, nos

salt

salte͂ no͂ co͂te͂demus: illud poti⁹ te monebimus meminisse, quod Plato ait: Multa enim vnu͂ esse, & vnu͂ multa. Mirificu͂ sanè dictum, nec facile est co͂te͂dere cu͂ eo, qui in horu͂ vtru͂libet statuat. Etenim si hoc obserues, no͂ erit quòd co͂te͂das, vt nu͂c co͂te͂dis, partim ignora͂tia partim adductus pertinacia. Sed siue quis vnu͂ esse phreniticu͂ dicat, vnu͂ esse co͂senties: siue multa, ita quoq; co͂senties. Simili modo & empiricu͂, & dogmaticu͂, & methodicu͂. No͂ aliter sanè & medicu͂ vnu͂ esse, ac multos dices, vnu͂ quide͂ qua medicu͂, no͂ vnu͂ verò particulari multitudine. No͂ enim de Empirico loque͂s, illud quatenus adhibebis, de medico loque͂s id tolles. Neq; rursus de medico loque͂s adijcies, de homine loque͂s auferes. Nec phreniticu͂ vnu͂ esse dices qua phreniticus, ægrota͂te͂ verò no͂ vnu͂. Siquide͂ hic quoq; qua ægrotans est, vnus est. Dedisce igitur ta͂de͂ nugas illas, quibus in alijs libris captiosè vte͂s, ce͂ses oste͂di tibi ipsum homine͂ solu͂, & seorsum à particularibus hominibus: tanquam ipse ostendere poßis Empiricum citra Menodotum, & Serapionem, & alios particulares Empiricos: aut etiam phreniticum seorsum à particularibus phreniticis. Vbi igitur est error, vndéque hæc mutatio vt asinis adeò ipsis sint stolidiores? Nempe vnde in alijs quoque infinitis falluntur. Quippe vbi à notionibus ad reru͂ substantias transire te͂tant: deinde per Logicæ contemplationis imperitiam fal 10 20

lunt

liùtur, vtiq; subuertentes cū rerū addubitatione etiā ipsas notiones. Siquidē excipit eos hîc quæstio de generibus, & speciebus: quæ nō modò homines qui in Logicis methodis nō sunt exercitati, sed etiā nisi acriter intēdāt, aliquos ex ijs qui exercitati potest fallere. Cæterū nō oportet propterea quòd de rerū substātia dubitāt, à manifestis recedere notionibus: nec putare cōsultū aliquid inuenisse vtrósvis, vel Empiricos si vnum
10 dicāt, nō adiecto quo significato vnū sit, vel methodicos si pro genere vel specie, vel cōmuni, communitatē vsurpēt. Mihi enim melius visum est notione ipsa clarè iā definita (nēpe qua phrenitici sunt, hac esse omnes vnum: qua verò hic iuuenis, ille senex, aut gracilis, aut obesus, aut vir, aut mulier, hac multos) veteri elocutione de cæterò vti, ac cum Aristotele, Theophrasto, & Platone loquēdo periclitari, qui omnia id genus specie esse vnū dicunt, multitudine verò non
20 vnum, non phreniticum modò, aut lethargicum, aut Empiricum, sed etiam dogmaticum, & methodicum, & hominem, & equum, & virū, & mulierem, & reliquorum singula, quòd si ad particularia descenderis, veluti hāc mulierem, quæ indicari digito potest, hanc sanè non possis specie quidē vnā dicere, multitudine verò multas. Quippe hæc mulier, quæ indicari digito potest, vna est vtroq; modo, & specie, & multitudine, quod etiam aliter numero dicere solemus.

Hi verò ita nō faciūt, sed alij cōmunitates nominăt, ceu verò nō magis dubitari de ijs, quā generibus, & speciebus poßit. Alij quatenus hoc quippiā est, vnū esse dicūt. quatenus autē non vnū, nequaquā explicāt. Etenim par erat hos quoq; quēadmodum ostēdūt, quòd Menodotus, & Serapio, & Theodas, & Glaucias, & Apollonius, & Calicles, & Diodorus, & Heraclides, & Lycus, vnus omnes sunt qua Empirici, ita rursus quēadmodū nō vnus omnes, sed multi sunt, exponere. Siquidē in his exponēdis alicubi planè deprehēdissent idē, tū vnū, tū multa, nō modò esse, sed etiā dici posse. Menodotus nāq; & Serapio, qua Empirici sunt: vnus sunt: imò verò & qua medici, & qua homines. Quid verò qua animalia? Nā id quæri ab his operæpretiū est. Nū hactenus quoq; Menodotus & Serapio vnus sunt? Nā si id negēt, nec nos cōcedemus quatenus Empirici sunt, eatenus duos homines esse vnū. Sin cōcedāt hac quoq; duos esse vnū, nē pe quatenus ambo sunt animalia, protinus illud subijciemus: Rectè igitur ab antiquis philosophis dictū est, aliud numero, aliud specie, aliud genere esse quod tum idem, tum vnum est. Dehinc rursus interrogabimus, Phreniticus Menodotus, phreniticus Serapio: idémne est, an diuersus? Si respondent eatenus vnum phreniticum esse vnúmq; & eundem ambos qua phrenitici, rursus percontabimur: Quid autē qua ægrotā-*

*Sequutus est veterum codicum lectionem.

10

20

tes

tes? nũ hæc quoq; ambo vnus sunt? Si negẽt: neq; nos illis cõcedemus qua phrenitici. Sin annuẽt, vtiq; rẽ aliquã ponemus, cuius vna sit species, de qua omnes homines morbi nomẽ enũtiãt. Nõ enim phrenitis res aliqua fuerit, cui vna sit idea, atq; eatenus omnes qui ea sunt affecti, vnũ efficiẽs. Morbus autem similiter vnũ nõ faciet eos, quos occupauerit. At nulla est, inquit, ita distincta species, aut animalis, aut morbi, sicut hominis, & phrenitidis. Quid ais improbe? An nihil tibi significare vidẽtur hæ voces, animal, & morb⁹, sed similiter efferri, vt blityri, & scinda psus? An significãt quidẽ, verũ nulla res substat, quæ vocibus respõdeat, veluti in Scylla, & Cẽtaurus? an etiã significãt, atq; id quod significatur, vnũ est? Quippe si nulla sit res, quæ ijs vocibus animal, & morbus indicetur, nõ rectè dicis hominẽ esse animal, aut phrenitim morbũ. Sin est res aliqua, & verè dicis, tũ hunc qui aduenit, animal esse, tum hunc qui decũbit, ægrotare: est vtiq; omnino aliquid eorum, quæ ipsis insunt, de quo vocem vtranq; enuntias. Verùm ad hæc intelligẽda, parũ es exercitatus, tametsi eã ex primis sint, quæ in Logicis institutionibus tradantur. Cæterũ, quid hoc ad ipsam veritatẽ? Non enim profectò ex ijs quæ tu non intelligis, iudicãda veritas est: sed ex ijs quæ quispiã intelligit, qui & natura prudẽs sit, & ea didicerit, ac exercuerit, nec idem cõtentiosus sit: sed

veritatem amet: quorũ nullũ in te est, quanquã medius fidius haud scio, an ista, natura prudẽtem desyderent. Quis enim nescit non idem significare Socratem, ac resimum: sed Socratem totius esse subiectæ substãtiæ nomen, reliquorũ autẽ nominum nullum de tota corporis substantia dici: nõ simum, non ventrosum, non caluum: sed horũ aliud figuræ nasi esse nomen, aliud defectus capillorum in capite, aliud magnitudinis esse ventris? Atq; hæc sunt quæ respectu partiũ dicũtur: At si candidũ aut nigrum Socratẽ dicã, de omnibus arbitror corporis partibus nomina pronũtiẽ: cæterùm non totam substantiam, sed vnum ex ijs quæ illi accidũt, indicem: nempe colorem. Quinetiam si obesum dicam aut gracilẽ, durum aut mollem, hirtum aut glabrũ, aut cætera id genus, quæ Socrati accidũt, ne sic quidem de omni eius substantia appellationes affero: sed vnum aliquid eorum, quæ ipsi accidunt, ostendo. ad eundẽ modum & sedere ipsum, & inãbulare, & moueri, & dormire, & vigilare, & singula id genus nomina, de nulla profectò substãtia dicimus: sed aliquid eorũ, quæ Socrati insunt, his significamus. Quæ nimirum in superioribus vel actiones esse, vel passiones, vel affectus quosdã diximus. Satius ergo fuerit, nunc quoq; sub hac te formula exerceam, quẽadmodũ etiam in superioribus ostendimus, non à nominibus, sed à rebus orsum. Incipe verò à teipso

pri

primũ, æstimáq; simpléxne res sis, an cõposita. Vtrúmne pes sis, an nasus, an oculus, an caput. Constat enim nullum te horum esse, sed nec sine his. Verũ & ex his & ex reliquis partibus vniuersis, quarũ singulæ debitam habeant positurã, totus es compositus. Esto igitur nomẽ Themiso. At cũ Themisona claudũ esse aio, eò quòd dico claudũ, pedũ, affectum significo. Themiso verò totius est nomẽ. Quinetiam simus cæcúsq; à parte dicitur Themiso. Rufus verò & crassus nõ à parte, sed ab affectibus qui toti insunt, nõ aliter quàm inambulãs, sedens, disputans, & viuens. Num igitur intelligis non esse hæc totius substãtiæ tuæ signa: sed alia à parte quapiam esse nominata, alia ab vno affectu? Cùm verò bonũ te iniustúmve quispiam dicit, num etiam prospicis hæc esse affectuũ* nomina, qui in animo tuo cõsistunt? Atqui si noris quòd hæc ad portionẽ se habẽt cum albo & nigro (quippe sicuti ista corporis, ita illa animi affectionum sunt nomina) intelliges (arbitror) & artificẽ & inertem [vel si quod nomẽ artifici est cõtrarium] ab animi affectibus esse imposita. Iam si artifex vnde nomẽ accepit scias, scies (arbitror) medicus quoq; vnde sit appellatus. Ad hũc si vnde dictus sit cognoris, nõ est quod magnopere labores, vt inuenias cui demũ inditum sit nomen empirici. Sanè ipsum quòd à vobis exigo, nec adeò difficile, nec magnum est. Quippe ipsa prædicamenta diui-

*In antiq. γνώρισμα, id est indicia.

[Ista non sunt i Græco codice.

dere, Logicæ speculationis est initiũ. Cuius esse vos omnino expertes, facilè declarãt ea quæ temerè nugamini. Vel nũc igitur respiciẽtes, post hac incipite quæ corpori accidunt nominare, veluti quòd hic albus est & niger, aut certè vehementer calidus, adeò vt ægrè ferre calorẽ possit. Deinde calorẽ ipsum qui adeò auctus sit, vt occasione eius corpus laboret, nec probè perfungi actione possit, permittite volẽti appellare febrẽ. Siquidẽ omnes homines eum qui ita sit calidus febricitare dicũt. Nec sanè rem magnam facietis nomen mutantes, nisi quòd tempus vestrum perdetis. Illud potius vir bone facito: Cùm Themisonẽ febricitare dices, & Dionẽ febricitare, & multos deinceps ad eũ modũ febricitãtes nominabis, perpẽde diligenter nũquid in ijs omnibus vnũ idemq; sit ipsum (vt sic dicã) febricitare, an diuersum. Inuenies enim vnũ esse idemq; specie: multitudine autem quòd etiã numero dicimus, non vnum, cùm aliter tibi nec vt respondeas fas sit, nec intelligas. Ergo qui febricitat, is qua febricitat, vnus planè est: quando & qui delirat, quatenus delirat, etiam est vnus: quid verò & qui simul febricitat & delirat? nũquid & is vnus est, qua simul & febricitat & delirat? Sanè id neminẽ latere arbitror. Ponatur igitur ambob⁹ ijs vnũ nomẽ, febricitãti dico ac delirãti, voceturq; phreniticus, qui ita laborat. Quòd si nõ intelligis quẽadmodũ ambobus vnũ

nomen

nomen sit positũ, admonebo te fortaßis nominũ quæ ipse vsurpas. Quippe equũ aliquid appellas, nẽpe animal (vt ita dicã) hinnibile, siue quod ad hinnitũ sit habile. An igitur interesse censes, equũ dicas, an animal quod ad hinniẽdũ sit habile? Ego sanè nõ cẽseo. Atqui si id ita est, ambobus illis nominibus, & animali, & hinnibili, quo vtiq; breuior esset sermo, equum indidisti. Ad hunc etiã modũ si quod pedestre & bipes animal sit, pro trib⁹ nominibus vno interpretari velis, hominẽ vocabis. Et sanè solutio cuiusq; nominis in suã orationẽ, ad eũ modũ absoluitur. Quinetiam vt coniicias cõponasq; orationẽ in vnũ nomen, nõ aliter quàm iam dicto fit modo: cùm videlicet & simpliciũ cuiusq; notionẽ secundum ipsius nomẽ tenes, & simul ex duobus simplicibus rursus alterã notionẽ efficere cõpositã potes: mox illi nomẽ imponere: subinde rursus ipsi cõpositæ alio simplici adiecto, vbi ex tribus iam simplicibus vnã notionem feceris, huic quoq; nomẽ aliquod ĩponere. Quomodo, inquies, & qua ratione id? Siquidem nõ grauabor exercẽdo eos, qui resipiscere à diuturna ista ignorãtia nõ recusant, longius progredi. Calor, simplicis rei nomen est, præterea actionis læsio simplex quædam res est. At tãtus calor quantus iam actioni officiat, nõ etiam simplex res est. Quòd si etiã totũ vexet corpus, multò profectò minus iam simplex est. Ergo quò minus multis vtãtur

*homines, ad compẽdium alioqui natura procliues, eiusmodi calorem febrẽ vocãt. Quippe expeditius dictu est febricitare Dionẽ, quàm tantũ in toto corpore calorũ habere, vt multas functiones corrumpat. Ergo cùm affectũ ipsum significare volunt, febrim: cùm verò eũ qui affectu laborat, ab affectu ipso nomen declinãt, vocantq; febricitãtem, ad eum modum quo à candore candidum, & à nigrore nigrum. Itaq; cõpositæ rei nomen febris est, atq; hoc etiam magis febricitãs. Simplex autem est delirium. Verùm si simplex hoc cum composito copules, homo ipse phreniticus, affectus phrenitis nominatur, quẽadmodum & homo ipse, ne animal rationale mortale dicamus, breuitatis causa homo est nominatus, ipso hominis vocabulo orationis vim quãdam comprehendente. Atq; id est quod veteres Philosophi * orationẽ nominis dicere appellant. Cæterùm non ducunt in infinitum, sed vsq; ad simplicia subeũt. Nam cùm hominẽ in animal & rationale & mortale solueris, postea ipsum animal solues in substantiã sensilẽ. At nõ ipsam substantiã amplius soluere poteris, nec etiam sensile. Quippe simplex primumq; est horum vtrunq;. Quò fit, vt mihi mirari subeat de ijs qui phreniticum & hominem esse concedũt: morbum verò & animal esse non concedunt. Quippe quod perinde est ac si cõposita esse des, de simplicibus dubites: quasi non priora compositis*

* τὸ λόγον definitionem fortè vertendum erat.

sitis natura simplicia sint. At nō vidi(inquit) ipsum per se animal. Sed nec hominē insulsè vidisti: & tamen teipsum ais hominem esse. An illud fateberis, animal autē esse te nō fateberis? Nusquam(inquit) vidi per se morbum. Sed nec phrenitim vnquā solam vidisti, sed in Theone, aut Dione, aut alio quopiā homine. Quare hoc planè puerile est, eo quòd nusquā morbū ipsum per se solum videris, idcirco putare morbū non esse. Quippe ita nec febrim, nec phrenitim, nec aliud quippiā id genus esse dabis, vt quorū nullum vsquam ipsum per se solū videris. Sanè expediebat potius non ita, sed vt dictum supra est, à rebus ipsis cœpisse, cogitationeq; ipsa spectasse quot essent in totum simplicia: mox proprio nomine cuiq; imposito, ex ipsis iam cōposita nectere. Ergo subiecto corpori vnū hoc primū insit, quòd sentit. Num cui id inest, animal nō appellabis? Nō, inquies. Atqui de nomine hoc pacto hæsitabis. Sed nec sensile corpus esse concedes? Et ita de rebus ipsis falsò opinaberis. At si & corpus aliquid sensile esse, & nomē hoc animal de eiusmodi corpore dici cōcedes: audebis postea dicere animal nihil esse? Ergo nec album aliquid erit, nec inambulās, nec currēs, quippe ab ijs quæ ipsi accidunt, dicitur corpus albū, inambulans, & currēs. Ipsorum verò accidentiū hoc albedo, illud inambulatio, tertiū rursus dicitur. Eodem modo sensus vnū quid est ex ijs quæ corporibus

accidunt: sentiẽs verò ipsum est corpus: hoc verò etiam animal nominatur. Quis igitur vbi sentiẽs corpus aspexit: omisso hoc nomine, animal, aliud quærat, quod de eo dicat (Nũ corpus duntaxat intelligitur, tanquam Centaurus? an res quoq; aliqua huic appellationi est subiecta? Patet proculdubio esse subiectã aliquã. Age quid sensus? intelligitúrne tãtùm, an aliquid est eorũ quæ corpori insunt? Mihi verò etiã id clarum esse videtur: nempe sensum vnũ esse ex ijs quæ 10 corpori insunt. Atqui si neq; corpus tantũmodo intelligitur, sed etiã subsistit: nec etiam sensus, imò is quoq; subsistit: quî fiet, vt ambo coniuncta cõpositum efficiant non ens? Nã id iam perridiculum sit, corpus quidem esse ac sensum, nihil tamen esse sentiens corpus. Sicut illud magis ridiculum: sentiens quidem corpus esse, animal autem nihil esse: ceu aliud quidam animal sit, & nõ hoc, aut quicquã intersit, oratione, an nomine indicare aliquid velis. Aequè absurdũ 20 sit & morbũ negare aliquid esse. Quippe si affectus nihil sit, morbus quoq; nihil erit. Sin affectus aliquid esse dctur, vtiq; & morbus aliquid fuerit. Quicũq; enim affectus functioni officit, is est morbus. At non potes (inquiunt) ostẽdere mihi ipsum per se morbũ. Imò nec phrenitim vir bone nec febrim, quæ tamẽ & ipsa esse fateris, sicuti multa alia. Nam micrologiam nominum, quam philosophi quidã scitè sunt cõmenti, sed

ti, sed quæ omnem in vita loquendi consuetudinem subuertit, sic vt ne ipsi quidem in suis ipsorum operibus ea vti poßint, impræsentiarum omitto, vt qui & alibi de ipsis diffusius egerim, & in opere de elementis quæcunq; sunt necessaria dixerim. Intelligo autem micrologiam qua diuidunt in genera, Græca illa τὸ ὂν τὸ ὑπάρχον, & τὸ ὑφεστώς: Latinè ens, & subsistens, siue substãs dixeris. Quippe quæ * *translatitiè nobis tum hîc, tum in sequentibus Latinè ponentur. Vt autem omnes in omnibus refutem, fieri omnino non potest. Sed enim quòd nõ modò propria morbi notio sit, sed etiam res aliqua subiecta quæ hanc appellationem sit sortita, satisfaciãt ad præsens quæ hactenus sunt dicta. Clarius autẽ idem ipsum in progressu sermonis intelligetur, vbi de primis indicationibus absoluta disputatio erit. Quæcunque verò nunc dicta de morbo sunt, ea mihi & de symptomate, & paßione esse dicta censeo: præterea sanitate, & paritate, & robore, & potentia, omnibusq; alijs quorum nomina & notiones de rebus quibusdam subiectis sunt dicta. Omnia nanque hæc corporibus insunt, partim vt affectus, partim vt actiones, partim vt paßiones. Præterea quædam ceu naturaliter insint, quædam ceu præter naturam. Indicatio quoque ex singulis eorum seorsum præbetur, à plurimis tamen medicorum prætermissa.*

* ἀδιαφόρως, id eſt nullo diſcrimine.

GAL

GALENI METHODI MEDENDI, VEL DE morbis curandis, Thoma Linacro Anglo interprete.

LIBER III.

Quæ in tertio Methodi medendi libro habentur.

CAPVT I.

Quid faciat indicatio. vide cap. 7. lib. 2.

SI IGITVR *Hiero, indicatio quæ ab ipsa rei natura primùm oritur, quod agẽdũ sit inuenit, necesse est remediorũ inueniẽdorũ initiũ ex morborũ ipsorũ natura sumi. Siquidẽ absurdũ sit, aliud esse quod curãdi rationẽ præscribat, aliud quod curetur. Etenim indicare de se quiq; magis potest, quàm de alio. Hoc autem clarius fiet in sequẽtibus. Verũ quoniã omnibus in confessa*

est primas indicationes ex affectibus esse sumẽdas, certè laborandũ pluribus frustra nõ est, vt hinc esse incipiendũ doceã. Illud potius monstra retentemus, neq; totũ hoc esse, nec prorsus magnã aliquã partẽ, veluti Methodici putant, sed minimã, & tantũ initiũ. Igitur ĳdẽ ipsi aiunt calculũ qui in vesica sit, propterea quòd toto genere præter naturam sit, ablationẽ sui indicare. Ad eundẽ modũ *verrucas, & myrmecias, et atheromata, & steatomata, & meliceridas & alia id genus. Ad intestinũ quod iam in scrotũ decidit, omniaq; quæ luxata sunt, quòd videlicet loco ipso præter naturã se habent, reponẽda se in suũ locũ docẽt. Atqui tãtũ abest, vt horũ quippiam artificĳ cuiusquã sit, vt etiã priuatorum cuiq; patere poßit. quippe qui membrũ quod luxatum sentiũt, reduci in artus iubent: præterea verrucam tolli, & vlcus ad cicatricem duci, & aluũ fluẽtem sisti. Verũ quibus hæc rationibus fiant, id sanè nesciunt: atq; id est quod adĳci à medico debet. Itaq; indicatio quæ à morbis sumitur, principiũ tãtum est, & (vt sic dicam) carcer vnde medendi ratio promouet, nulla prorsus ipsius medicinæ artis adhuc portio, aut certè nec magna nec propria, sed quæ etiã plebi sit cõmunis. Ergo cui facultas est illa inueniẽdi, ex quibus perfici poßit quod à prima indicatione suggeritur, is meritò morborũ est curator, qui si per experientiam inuenit, obseruator & empiricus est nomi-

* ἀκροχορδόνας, i. verrucas pensiles.

minandus: sin ratione quadã & methodo, logicus, & methodicus, & dogmaticus. Ergo plebeius quidẽ (altius enim idẽ repetẽdũ est) medicũ ad id reponi sibi mẽbrũ iubens, aut os quod fortè fractũ est, formari atq; componi, aut melicerida sibi tolli. Verùm quo pacto horum quodq; peragetur, id sanè inuenire medicæ artis est munus. Ac Empirici quidẽ per experientiã inueniri omnia contendũt. Nos partim experiẽtia, partim ratiõe: cùm neq; illa inuenire omnia queat, neq; sola ratio. Veruntamẽ cõfusam, mistamq; tradẽdam esse doctrinã nõ cẽsemus, sed seorsum empiricã, & seorsum logicam, quò facilè appareat quã habeat vtraq; vim. Nũc verò de ea q̃ ratione paritur, inuẽtione dicere statuimus. Nũ igitur est nobis methodus aliqua, qua vsis inuenire prædictorũ singula liceat? dico quod superuacaneũ genere sit, adimere: & quod motũ loco sit, id proprio loco reddere: & quod vnitatis solutũ sit, vnire. An empiricẽ ad hæc requiremus? Ego sanè methodũ esse aliquã, qua quæsita inuenias, planè mihi persuasi: eiusq; principiũ esse id quod singuli morbi faciendũ dictãt. Vnitatis nanq; solutio vnitionẽ postulat. Ea in osse fractura dicitur. Græcè κάταγμα: in carnosa parte vlcus: sicuti etiã vulnus, & ruptio, quod ῥῆγμα: & conuulsio, quod σπᾶσμα dicitur. Vulnus quidẽ solutio quædã ex vulnerando in carnosa parte relicta. Ruptio & cõuulsio citra vulnera

tionem

tionem facta. Prior enim carnosæ partis diuisio est: posterior neruosæ. His omnibus vnitio molienda indicatur: quæ an præstari vbiq; posit, an in multis nõ posit, hoc vtiq; internoscere primum iam artificis est. Quippe nemo plebeius nouit nec neruosam trãsuersi septi partem, nec intestina tenuia nõ posse quẽ indicant finem recipere. Sed & de præputio, & de tenui buccarum parte, quod similiter se habet, idẽ ignorat. Praeterea, an caries in osse, quæ τερηδὼν Græcè dicitur, sanari queat, sicut erosio in carne, cõpertum nõ habet. Iã an coalescere fractura posit, veluti vulnus, præterea an callo adglutinari posit nõ intelligit. Pari modo in capitis pacturis vulg⁹ omnino nõ nouit, sítne expectãda calli generatio, an aliter curãdum. Porrò multò adhuc magis ignorat an corde vulnerato, aut pulmone, aut ventriculo, aut iocinore, fiducia sanationis sit. Nec in sũmma quicquã vltra primã indicationem vulgaris quisquã nouit. Itaq; hoc ipsum primũ artis est opus, vt intelligas, speraréne id quò tendis debeas, an secus. Eius rei duplex cognitio est, nec potest addi tertia. Altera per experiẽtiã, cui lõgo vsu est opus. Altera per ipsius rei naturã, siquidẽ hæc tũ cuiusq; particulæ substãtiã æstimabit, tũ actionẽ, tũ vsum, situmq;. A quibus procedẽs, nõ solũ quod sanari nõ potest, præuidebit: sed etiã quod recipere sanitatẽ potest: de inueniẽdis ei remedijs deliberabit.

CAP.

CAPVT II.

COnstat autem quòd à simplicissimis incipiet. Porrò nihil est simplicius vlcere quod in summa carnosa parte sit. Huius ergo, si quidem vlcus tantùm sit, curationis finis vnitio est. Sin etiã cum cauitate sit, duplex eius propositus est finis: sicuti etiã duplex est affectus, nempe vlcus quod est vnitatis solutio, & cauitas quæ ex amissa aliqua animalis propria substantia est contracta. In quo genere fieri sæpe nõ potest, vt 10 alterius propositarũ finium sis compos: veluti si non modò caro ipsa, sed etiã subditũ illi os perierit. Quippe impleri ad vnguem cauitas eiusmo di nõ potest, cicatrice induci certè potest: sed hæc vlceris sanatio est, cauitas autem insanabilis remanebit. Hoc igitur ipsum aut per experiẽtiã, aut rationis ope dignosci omnino oportebit. At Thessalus nec his vtitur, nec tertium quicquam adijcit: & tamẽ nugari nõ erubescit. Sed id mittamus. Illud potius doceat imitator Thessali 20 medicus, quo pacto cauũ in carnosa parte vlcus, nullo ex ijs quæ subsunt læso, sanabimus. Sarcotico (inquit) medicamẽto, id est, quod carne impleat, imposito. Bene sanè, magna facilitas, fortasse autẽ stupiditas potius erat dicendũ, si cùm sarcoticum dixit, satisfecisse se quæstioni putat. Quippe si sarcoticũ iam scimus, quid amplius requirimus? Dic nobis, quod illud sarcoticũ sit, quo es vsurus? Thus reor, inquies, aut irim, aut aristo

aristolochiã,aut erui farinã,aut panacem.nam
de siccis medicamentis principio mentionem fa-
ciam. Age igitur,hæc medicamẽta quo pacto
inuenisti? Experientia, inquis. Quid igitur est,
quod per te amplius est adiectũ? Siquidẽ quòd
cauũ implendũ sit,id quidẽ vel priuatus nouit.
at ex quibus id,et per quæ medicamẽta fiat,ex-
periẽtia docuit. Thessalus verò nec vt empiricus,
nec vt logicus,medicamentũ id nouit. Vt empiri
10 cus,quia videlicet nõ vult. Vt logicus, quia non
potest. Nam ego eum vt empiricũ id scire,planè
noui. Cùm enim duo sint omnis inuẽtionis instru
menta,(nempe experientia & ratio) qui quod
inuentũ est nouit,sed tamen rationẽ eius dicere
in promptu nõ habet,is prodit se per experientiã
id inuenisse. Vt igitur quãtum erret intelligat,
aurium nobis operam paulisper accõmodet. Vo-
lo enim paucis cũ solius experiẽtiæ professore a-
gere. Etenim hũc quoq; dicere par est, quo pa-
20 cto siccũ hoc quod carnẽ producat medicamen-
tum inuenerit:quod vtiq; Cephalicon nominãt.
Porrò cõponitur id ex iride & aristolochia,&
eruo & thure,& mãna,[id est, purgamẽto thu
ris.] Est aũt et aliud quod præter iam dicta cor
ticẽ panacis recipit:sicuti etiã aliud cui elota cad
mia admiscetur. Dicat itaq; mihi,hæc quomo-
do sint inuẽta. Et quid(inquit)attinet de inuen-
tione eorum quærere,ac nõ rectè potiùs inuentis
vti? Atq; hæc quidẽ initio statim respondent:

poſt verò interim ex ſomniis inucta eſſe potuiſſe talia dicunt: interim fortè quapiam aliud fuiſſe in aliud effuſum: mox aliquē uti miſto auſum. Cæterùm audaciæ eius ſpem nō dicunt. Hæc igitur manifeſtæ ſunt nugæ. Tertius his inueniendi modus planè eſt rationalis. Siquidē ſimplicium illorū priuatim quiſpiam vnūquodq; vt ſarcoticum expertus, mox carnem aliquādo nō facere cernens, ratione deprehendit nō omni naturæ eorum quodque competere. Si enim cui ariſtolochia vlcus carne non impleuit, huic thus contulit: cui autem thus non profuit, huic iris admota fuit vtilis: rationabile erat (arbitror) nō omnes ab omnibus ſimiliter affici. Hoc vbi ſemel in ratiocinationem venit, optimum factu eſt viſum quamplurima eiuſdem ſpeciei in idem miſcere, quo nulli corporis naturæ deeſſet quod cōueniat. 10

[Hæc in antiq. codicib. non habentur.

[Atqui amice in cōmiſtis ſpeciebus non ſeruatur actio ſuæ cuiuſque ſubſtantiæ, ſic vt in vnaquaque corporis ſpecie adſit, quod morbo curando conueniat.] Nam ſi aut corporis naturā inuenire poſſent, aut adhibiti medicamēti vim, nō eſſet fortaſſe iis tali varietate opus, vt quibus vnum illud medicamentū quod vni corpori conueniret, inuenire in promptu ſemper eſſet. Nūc cùm ignorāt vtrunque, parum rectè omnia miſcent: vnū ſcilicet quod omnibus naturis quadret, moliri medicamentū ſtudentes. Hanc ego componendorū mendicamentorum rationē primis 20

mis illis medicis excogitatam arbitror, atq; vt antiquum inuentum recipio. Caterùm tantum eã à vera medicinali methodo abesse reor, quanto certè rationabilior est transfusis in se mutuò cribris. Quippe nisi illud primum cogitet, solius se compositionis quæ ex similibus specie medicamentis conflatur, non eius quæ ex cõtrariis initur, methodũ dixisse: mox in eius miscellæ multitudine vnum fortasse esse medicamentũ quod laboranti sit vtile, fortasse verò nec vnum, contra septem oclóve quæ ex vsu nõ sint: ita vt pluribus numeris obsit eiusmodi medicamẽtũ quàm prosit: hæc inquã nisi reputet, plus eum ignorare de re ipsa quàm nouisse dixerim. Oleũ nanq; cauo vulneri infusum, aduersißimum omnium medicamentum est: cum si ita mederi velis, vsu ipso intelliges sordidum ac malè olens vlcus fieri. Quòd si tempus quoq; anni calidius sit, ac vitio mali succi homo laboret, aut fluxionibus obnoxius natura sit, aut etiã in victus ratione delinquat: timor est, ne illi pars ea cõputrescat, in qua vlcus est factum. Timor verò est et si cera, siue sola, siue in oleo soluta vtare. Atq; hæc quidem putrescere vlcus facient. At si æruginem ad leuorem tunsam insperges, ea quidem nullo modo putrefaciet: *dolorem tamen ac rosionem inferet non paruam. Præterea exedet, ac phlegmonem excitabit. Quòd si largius vtêre conuulsionem quoque accerset. Quoniam igitur

* δῆξιν. i. morsum.

neq; oleum,neq; ærugo,neque cera cauum vlcus implere carne potest:cõstat quòd ex iis qui experientiam profitẽtur,nemo vsquam ea miscebit. At ego sanè hæc miscebo, imò debita mensura nõ hæc modò,verùm etiam alia mille pharmaca ex iis quæ cauo vlceri sunt inimica. Quippe si nõ iisdẽ facultatibus lædunt,sed quodammodo contrariis:imparia quidem immodicáq; profectò fuerint,vt ad cauũ vlcus implendũ. Verùm quemadmodum ex duobus temperamẽtis immo 10 *dicis vnum efficiatur modicũ,id in medicamentorum cõponendorum rationibus docuimus.Nõ est igitur difficile,ex oleo,cera,& ærugine,medicamentum quod carnem producat,cõficere.Si enim noris eiusmodi vlcus mediocriter siccandũ esse,non siccare autem nec ceram,nec oleũ, vtiq; intelliges nec alterum seorsum,nec ambo simul cauum vlcus implere posse:imò verò nec ærugi nem solã,vt quæ immodicè siccet.Ergo si omnia miscueris,modicè siccũ efficere medicamentũ po* 20 *teris.Quis verò cuiusq; esse modus debeat,id mi hi in libris qui de medicamẽtorũ cõpositiõe sunt inscripti,iam traditũ est.Nunc quoq; si res postulet,indicabitur in sermonis progressu. Nam primũ omniũ abigendus mihi à sequentibus libris amethodus iste Thessalus est,sed indicato prius illi quantũ à recto aberret:Nã prudenti vel quæ nũc dicta sunt,satis ostenderint qualis esse debeat medendi methodus.Verùm nõ est cũ*

tali

talibus sermo. Itaq; etiam necesse est cum istis adhuc disputemus, hinc sumpto initio: Omnis quæ præter naturam est cauitas, impleri postulat: quare & quæ in carnosa etiã accidit parte. ipsa verò impletio, inueniendorum remediorum finis quò tenditur, est. Vt verò quæ impleãt inuenias, & multa ratione opus est, & multiplici particulatim indicatione, & methodo rationali exacta. Etenim sæpe vidisti difficilia sanatu
10 vlcera curare nequiuisse: nec eos qui experientiã profitentur (istos inquã qui remediis scatẽt) nec etiam eos qui rationẽ sibi vendicant omnes. quippe Thessalij isti quos methodicos nominãt, sunt autẽ reuera à methodo alieni tanquã asini ad lyrã, ne ad audiendã quidẽ eiusmodi speculationem sunt idonei: nedum quod rectũ est, ratione inueniãt. Vidisti autẽ subinde in eiusmodi vlceribus Empiricos quidẽ aliàs se ad aliud medicamentum transferre, cùm nulla profectò
20 ratio transitum ipsum mõstraret. Verùm quoniam multa sunt experti, quæ cauum vlcus impleant, ipsam verò vt iidem vocant: ἰδιοσυγκρασίαν, id est, corporum proprietatem, in qua singula eorum pollere sunt visa: nec dignoscere, nec meminisse possunt. ideo nunc quoque ad quod trãsferent non intelligentes, sed sperãtes in multis particularibus experiẽdis, obiter quod conueniat omnino inuentum iri, aliàs ad aliud transiliunt, fortunæ potius quàm rationi eius quod

conducat inuentione permissa. Similes his sunt. tametsi id nolunt, & qui ex dogmaticis ad naturalia corporum principia subire ratione nō valuerunt. Quippe hi (vt antè ostēdimus) ex dimidio Empirici sunt. * De istis verò amethodis Thessalis quid etiam loquare? Soli igitur ij qui vera methodo curāt, tum singulis id genus vlceribus idonea medicamēta & victū aptum inueniunt, tū liquidissimè rebus ipsis ostendunt quātopere conducat, quantumq; ad medendum lumen præstet ipsa de natura tractatio. Etenim prætermitti negligiq; aliquādo quod vtile sit, iis qui ab alio pharmaco ad aliud assiduè trāseūt, non semel tibi ostēdi, vno aliquo ex medicamentis, quibus illi fuerant vsi, eiusmodi vlceribus sanatis. Spreta verò eiusmodi medicamenti facultas ab iis meritò est, quòd videlicet & propter intempestiuū vsum nō solùm nō prodesse, sed etiā obesse est visum, & quòd in primo vsu nihil aliquādo quod esset euidens, effecit. Vidisti porrò non minus oculorum nos grauissimos dolores sanare aut balneo, aut vini potione, aut fomentis, aut sanguinis missione, aut purgatione, quibus nihil aliud adhibet medicorū vulgus, quàm medicamenta hæc quæ ex opio & mandragora & hyoscyamo fiunt, maximam planè oculorū perniciem, vtpote quæ nulla re alia sublati ad præsens doloris speciem præstant, quàm quod ipsum sensum enecant. Multosq; nosti ab eiusmodi medica*

* Dogmaticis, est in antiquo.
* qui ne prima quidē elementa potuerunt assequi.
Hæc in Græc. sunt exemplari: videntur tamen ab interprete consultò omissa, ne idem subinde repetatur.

dicamentorum vsu, cùm liberalius fuissent admota, nunquã postea naturalem statũ recepisse, sed ex his principio quidem obscurè atq; ægrè vidisse, tempore verò suffusione, quam ὑπόχυσιν vocant, vel pupillæ nimia dilatatione, quam μυδρίασιν appellant, vel tabe, vel corrugatione, quam ῥυτίδωσιν vocant, occupatos. Nosti profectò non minus & illud cùm ab ephebis vsque mecum sis versatus, nec sub vllo me vsquã præceptore vidisse eiusmodi opus, sed id per me ratione excogitasse, & quàm lõgo tempore aphorismum illũ: Dolores oculorũ meri potio, vel balneum, vel fomentum, vel vena incisa, vel purgatio tollit, considerauerim, quamq; ex reliqua Hippocratis diligentia sperarim ne in hoc quidem vel falsum quippiam, vel quod fieri nõ possit, præcipi, idq; fuisse quod me ad inquisitionem incitauit, quoad ipsa Hippocratis insistens via, inueni quo pacto discernerem, quando, quomodóq; dictorum quoq; sit vtendum. Qua ratione multis qui talia viderunt, manifestũ feci quanta medicinalis methodi vis sit, quãtíq; mali occasio fuerint qui nõ seruata veteri medicina, nouas sectas cõdiderint. Hæc sanè et vos præterea me quanquã à principio recusantẽ, orãdo tamẽ impulistis omne hoc opus tractandũ susciperem. Quod, Deos precor, aliis quoq; hominibus alicui sit vsu. Certè minimam spem habeo, propter eum qui nũc regnat bonarum artium contem-

ptum, diuitiarum verò existimationis, & ciuilis potentiæ admirationem. Ad quæ quisquis se cõuertit, is nulla in re veritatem inuenire poterit. Verùm hæc prout Deo placebit, ita finientur. At nos medẽdi methodum quæ veteribus quidẽ exculta est, nũc verò neglecta iacet, pro virili restituemus: repetita nimirũ quã de cauo vlcere inchoauimus, disputatione. Ac de prima quidẽ inuẽtione eorũ quæ eiusmodi vlcus carne impleãt, satisfaciant quæ paulò ante diximus, 10 cõcedamusq́; si libet Empiricis quæ dicunt oĩa. At de inuẽtorum vsu & sæpe tibi in ipsis rebus ostẽdi, & nunc nihilo minus ratione demonstrare conabor, quemadmodũ Empirici vbi solenne cuiq; medicamentũ nihil profecit, aptè ad aliud certáq; ratione transire nesciãt. Atq; id iure accidit. siquidẽ cùm causam improsperi successus prioris medicamẽti ignorẽt, nec quò eam in secũdo declinent habent. quippe cum causam ignorent, cur munere suo medicina fũgatur, nec 20 cur fallat intelligere valẽt. Hoc verò ignorato, neq; ad aliud transire rationabiliter possunt: quãdo nec in illo vitare eandẽ causam possunt.

CAPVT III.

A*Gedum igitur ipsi iam Hippocraticam veramq́; caui vlceris sanandi methodum tradamus. Porrò hanc ab ipsa rei substãtia ordiri oportet. Itaq; quoniam in cauo vlcere id nobis proponitur, vt caro quæ periit restituatur,*

scire

ſcire licet generādæ carnis materiā, ſanguinem bonum eſſe: opificem (vt ita dicā) autoremq́; naturam. Verùm nō ſatis eſt naturā ſimpliciter dixiſſe, niſi etiā quorum natura, ſit adiectum, & vbi. Cōſtat autē quod ſubiectorū corporū quibus ſuperinduci caro debet, natura ipſa gignendæ carnis opifex eſt. Porrò cuiuſq; corporis natura mōſtrata eſt ex calidi, frigidi, humidi, ac ſicci tēperatura cōſiſtere. Quare manifeſtū eſt iuſtum horū tēperamentū in ſubiectis particulis, quibus reſtituturi deficientē carnē ſumus, opificis habere rationē. Ac primū quidē in omni cauo vlcere duo illa cōſiderāda nobis ſunt, et quod ſubiectū eſt, iuſtáne temperie ſit, id eſt an ſecundū naturā ſe habeat: quippe monſtratum ſanitatē in ſimilaribus corporibus, ipſarū quatuor qualitatū eſſe iuſtā temperiē, & præterea ſanguis qui adfluit, bonúſne, ac mediocris ſit. Si igitur horū alterutrū vitioſum ſit, multi ſanè affectus præter naturā exiſtūt. Nobis tamē vna cauitas in carnoſa parte proponitur. Fingamus igitur et ſanā eſſe partē, et ſanguinis cōfluxum citra vllū vel in qualitate vel quantitate vitiū. Porrò his ita ſe habētibus, nihil eſt præterea quod obſtet quo minus prima carnis generatio pſperè cōtingat, idq́; nullius externi medicamenti ope. Quippe cauſis ambabus vnde naſcitur præſentibus, nullóq; extrinſecus quod impediat obſtante, nō poteſt prohiberi carnis generatio. Verū in

ipsa primæ carnis generatione duplex prouenire excrementũ necesse est, veluti etiam in cõmentariis de natura docuimus, quòd omnẽ qualitatis alimenti mutationẽ alterũ crassius, alterũ tenuius excrementũ sequitur. His excremẽtis etiã per vniuersum corpus semper prouenientibus, quod tenuius est, ipsa inuisibilis est perspiratio, quæ etiã subinde fit visibilis, quoties vel naturalis calor lãguet, vel nutrimẽto vtitur quã iustũ sit ampliore, vel motus quispiã vehemẽtior animali cõtingit, alterum est sordes, quæ in summo corpore nostro colligitur. Quinetiã in vlceribus tenuius excrementũ sanies, Græcè ἰχὼρ appellatur: quod crassum est, sordes. Ac ex tenui quidem excremẽto vlcus humidũ redditur, ex crasso sordidum, eoq; duplicibus medicamentis eget: vtiq; vt humidũ est, siccãtibus: vt sordidũ, quæ ipsum expurgent. Ergo cùm nullo vnquam tempore natura cesset, certè nec tempus vllum erit, in quo non ambo hæc in cauo vlcere colligentur. Quare nec tempus vllum erit, in quo non vtrũque medicamentorum genus desiderabit, vtiq; & quod siccet, & quod expurget. Ac cuiusmodi quidẽ genere esse medicamentũ debeat, inuẽtũ iam est. Verùm nõ est id satis. Siquidẽ specie aliqua inuenta est opus, quæ sit vlceri admouẽda. Hæc igitur quomodo & qua methodo inuenietur? Nẽpe ea, quæ in libris de simpliciũ medicamẽtorũ virib. est tradita. Ostẽdimus nãq; in his

quædã medicamẽta ſiccare, quædã humectare, quædã refrigerare, quædã calfacere: nõnulla per cõiugationẽ vel calfacere & ſiccare, vel frigefacere & humectare, vel calfacere & humectare vel refrigerare & ſiccare, eſſéq; in ſingulis eorũ maioris minoríſq; rationẽ, multitudine ſanè infinitã: cæterũ ad vſum medicinalẽ limitibus qui facilè cõprehẽdãtur, circũſcriptã, primo quodã in his, & ſecũdo, & tertio, & quarto ſtatuto ordine gradúve. Cuius igitur ordinis erit medicamẽtũ, quod carni producẽdæ ſit aptũ: quódq; modicè tũ ſiccare debere, tũ detergere propoſuimus? Certè primi ordinis. Quippe quòd ſuper hũc fuerit, ita vt non modò humoris qui influit redũdãtiã cõſumat, ſed etiã affluẽtẽ ſanguinem ipſum populetur: id refici, carnẽ ceu materiam eius abſumens, prohibebit. Porrò talia eſſe oſtenſum eſt thus & hordeaceam, & fabaceam, & erui farinã, & irim, & ariſtolochiam, & cadmiã, & panacẽ, & pompholygem. Omnia verò hæc tum maioris minoríſq; diſcrimine inter ſe diſsidere, tum alia eorũ ſimplices qualitates vincentes habere, alia compoſitas, monſtratum eſt. Siquidem ariſtolochia & panax tum cæteris plus ſiccãt, tum natura magis calent: hordeacea fabarũq; farina multò his minus ſiccant, * nec vllũ calorem obtinẽt. Thus verò moderatè calet, minus tamẽ illis ſiccat, adeò vt quaſdã corporũ naturas omnino non ſiccet. Erui farina, & iris, hor

* καὶ ἥκιστα θερμότητος μετέχει, id eſt minimum caloris obtinent.

horũ atq; aristolochiæ & panacis mediũ locum tenent. Verũ quod sermo noster vtiliter attigit, denuò repetamus. Quippe thus in humida corporis natura carnẽ producere potest, in sicca non potest. Scire nãq; licet duas esse primarũ indicationũ differẽtias: quod secundũ naturam se habet, custodiã sui indicãte, & propterea quæ similia sui sint postulãte: quod præter naturam est, sublationem sui, eóq; cõtraria requirente. Perit enim quidq; in contrariũ, & à cõtrario. Atq; vlcus quidem quò est humidius, eò sanè medicamẽto quod magis siccet, indiget. Corporis verò natura quãto est humidior, tãto quod minus siccet, medicamentũ postulat. Quare si qua sunt vlcera, quibus par est humiditas, quod in sicciore corporis tẽperamento cõsistit, vtiq; magis siccari postulat: quod in humidiore, hoc sanè minus, quo natura naturæ interest. Siquidẽ productã carnẽ ei, quæ antè erat, similem esse oportet. Vbi igitur pristina siccior fuit, nouellã quoq; sicciorem fieri conueniet: quare vberius hæc siccari, quãtóq; magis sicca fuerit, tãto quod admouetur medicamentũ, magis siccã facultatẽ habere debebit. At in humidiore natura tãto rursum iis quæ minus siccẽt medicamẽtis est opus, quanto caro ipsa minus est sicca. Thus igitur, vt ad humani corporis naturã eiusmodi obtinet temperamentum, vt temperatã & mediam naturam propemodum adæquet, humidiorẽ autem sensim

exic

exiccet, quẽadmodũ eâ, quæ ad summũ est sicca, paulò est humidius. Meritò itaq; thus in quibusdam tum vlceribus, tum naturis, pus quidem mouet, carnẽ non producit: in quibusdã etiã carnẽ producit. Itaq; si obseruaueris, rationi respõdere euẽta deprehendes. In humidiore nãq; natura producere carnẽ potest, in (sicciore) non potest. Præterea in modicè humidis vlceribus carnem efficere potest, in ijs quæ præhumida sunt, prorsus nõ potest. Vidésne igitur clarissimè, qui recta methodo curare vlcus velit, quot huic theorematis sit opus? Nã postquàm inuentũ est humorem omnino huic vitio inesse, vtique siccans parandũ medicamentũ indicauit. At quoniã ipsorũ siccantium quædam magis siccant, quædã minus, partim ex vlcerum diuersitate, partim ex ægri natura, quod expedit, est desumptũ. Itaq; non modò de corporis natura meditatus sit, oportet, quisquis cõmodè sanare vlcus debet: verũetiã diligenter speculationem omnẽ de medicamẽtis didicisse, tũ sicci humidíq; corporum tẽperamenti notas callere. Contemplare igitur quãta sit methodicorum istorum pronũtiandi temeritas, qui vnum id sibi ad cauum vlcus sanandũ satisfacere putant, si sciant quòd carne est implendũ. Non enim in hoc curãdi ratio cõsistit, imò in eo inueniẽdo quod carne sit impletu rũ. At quod implebit, iam (inquit) experiẽtia est inuẽtũ. Dic proinde & quod sanabit, inuẽtũ

exp

experiẽtia esse:nec frustra gloriare,nec methodũ extolle. Quãquã apud ipsos quoq; Empiricos experiẽtia, quæ sine certa limitatione fit, dãnatur. Scribũt nãq; in cõmentarÿs de medicamẽtis, adhũc modũ: Emplastrũ ad eos qui molli sunt corpore, & pueros, & mulieres. Norúntq; thus in naturis eiusmodi carnẽ in cauis vlceribus (modò aliud nullũ symptoma sit) producere, eadẽq; implere. Vtrũ tamẽ eiusmodi corpora humida sint, atq; idcirco modicè siccãtia desyderent, an alia 10 *evẽtus causa sit, sanè nõ norũt. Rursus enim ad senilia corpora aliud scriptũ medicamẽtũ inuenies, aliúdque ad ea vlcera quæ ægrè ad cicatricem veniunt, oráſque prætumidas habent, quæ ὀχθώδη Græci vocant, multásque alias discretiones in omnibus suis medendi commentarÿs scribunt, quibus quoad licet, ad curandæ naturæ proprietatem appositum pharmacum inueniunt. Quippe discretiones in quaque arte proprium à communi secernere conantur: quantóq;* 20 *plura quis discreuerit limitaueritq;, eò propius ad proprietatem accedit. Ipsum verò ad vnguẽ propriũ nec scribi omnino potest, nec dici. Eóq; tum Emperici ÿ qui in arte fuêre diligentissimi, tũ dogmatici ferè omnes fatentur nullam scribi posse curationẽ ad vnguem exactam. Sed id quod ad cõiecturã de laborãtis natura desyderatur, alÿ ex propria cuiusq; medentium vsu, alÿ ex artificiosè, ratiocinando adÿciẽdum esse affir*

affirmant. Nemo tamen eorum adeò fuit præceps, vt omni vlceri cauo vnam se habere medicinã, quæ carnem restituerit, profiteretur. Non enim apud vllum inuenies eiusmodi pharmacũ, quod omne vlcus cauũ sanet, imò pro modo humoris sordisque atq; ipso laborantis tẽperamẽto, immutãdum medicamẽtum esse. Missa ergo hîc methodicorũ impudẽtia, agè videamus quid Empirici dicãt, qui ex proprio cuiusq; vsu exer
10 *citationéq; adijciedum aliquid censent ad propria laborãti inuenienda remedia. Siquidẽ (vt sæpe diximus) nulla est in arte medica nec res nec medela, quæ specie dicibilis nõ sit. Sed quod nec dici, nec scribi, nec omnino præcipi potest, id quãtitas in quoq; est. Nã in vlceribus humor et sordes dici possunt, quãtitas in neutro dici potest: quãquã hîc quoque accedere propius ad indicãdã eam studemus, exiguã copiosámq; sordem dicẽtes, præterea tenuem, & crassam, & prorsus*
20 *multam & admodum paucam, & mediocrem, & cõpetentem, aliterq; ad hunc modum variè nominantes: quò videlicet quàm proximè licet, ad quãtitatem indicandam accedamus. Diligẽter igitur attẽdas nũc velim vt intelligas quãtum præstet methodo quiduis, quàm sola experiẽtia facere. Esto nãque notũ sit hoc vel illud pharmacũ ad cauum vlcus implendum facultatẽ habere in ijs qui, vt nos loquimur, humidiore sunt tẽperamẽto: vt autem obseruator &*

Emp

Empiricus ijs, qui molli sunt carne, ac mulieri bus & pueris: deinde nunc tali nihil profit. Nos igitur cuius causa nihil profuit, inuestigabimus, atq; hăc in duo æstimanda reducemus. Nã aut partius siccauit medicamẽtũ, aut nimiũ, horũq; notas habebimus sordẽ & saniẽ. Nã si pluscolũ sordis sit, totũq; vlcus humidius, intra modũ siccauit, sin purũ, & absq; humore cernitur, vltra. Statim igitur mẽsurã quoq; excessus defectúsq; ex ipso notarũ modo intelligemus: tãtóq; pharmacum quod deinceps applicabitur, vel siccius, vel nõ tale admouebimus. Empiricus autem si admotũ cuipiã medicamẽtũ carnẽ nõ restituit, id quidẽ videt: cæterũ ignarus parciúsne, an nimiũ siccãdo id euenerit, trãsire ad alterũ nõ potest. Ad eũdẽ planè modum & Erasistratus, Herophilúsq; ex dimidio (vt dictũ est) dogmatici, malè vlcus sanabũt, quippe qui ea tãtũ vitia curare ratione tẽtãt, quæ instrumẽtaliũ partium sunt propria. Vlcus (vt iam dictum est) commune similarium instrumentaliúmq; est. Ideóq; id quatenus in similaribus prouenit, eatenus empiricè curabunt. Quinetiã si ea curare tẽtẽt, quorũ substãtia omnino perijt, aut etiam manca curtáq; est: in his quoq; necesse est, à logice curandò multifariam aberrẽt. Si enim quod perijt substantia quæpiam similaris sit, necesse est eum qui regignendæ huic consulet, totius esse naturæ peritum. Ac de his quidem pòst dicetur.

10

20

cetur. Illud interim clarißimè ostēsum arbitror nō esse cuiusque probè vlcus curare, primámq; omniū indicationem, quæ vel plebeis patet, minimam esse curationis partē. Nam & calorem, frigus, humiditatem, ac siccitatem, actiuas qualitates esse, demonstratione accepisse necesse est: & deinde quæ nobis tū de tēperamentis seorsum dicato volumine sunt scripta, tum quæ huc pertinent in alijs voluminibus, omnia nouisse. At quæ hactenus quidē de vlcere cauo sermo est habitus, ipsam tantum cauitatem curantibus nobis. Siquidē quæ vlceris propria curatio sit, nondum traditum est. Perficitur autem ea quoque iuxta eandem methodū, quippe quæ tum à laborantis partis tēperamento, tum à medicamētorum facultate accipitur. Porrò ambo hæc à tractatione de elemētis pendent. Etenim nisi illud in methodo cōcessum sit, quatuor qualitates genituræ corruptelæq; causas esse, nec methodū inchoasse, nec prouexisse, nec absoluisse fas est. At verò vt illas agentes mutuò patientésque ostēdas, id ad speculationem de elementis pertinet. Quod igitur in præcedētibus ostendimus, id nūc præsenti sermone confirmatur, nempe nihil posse medicum de vlla similarium partium agitare, sine naturali, quam vocant, scientia. Verùm illic de similaribus duntaxat id est ostensum, hic iā sermo noster quodammodo insinuat ne in ipsis quidē instrumētalibus cuiquam in-

tegram inuenire curationem licere, qui illam non attigerit. Porrò idem in toto opere etiam euidentius monstrabitur.

CAPVT IIII.

VErùm ad ipſam vlceris quod ſolum conſiſtit, curationẽ tranſire nunc tempeſtiuum videtur. Fuerit autẽ ſolum, ſi nec affectus vllus ſimul adſit nec ſymptoma. Eſto igitur quæ exulcerata eſt particula, nec fluxione vexata, nec malo ſucco vitioſa, nec omnino extra naturalẽ tẽperiẽ: ſed nec vlla ei cauitas adſit, nec vlla cutis amiſſio. Nã id quoq; bona pars medicorum præterit, nõ intelligẽs poſtquã cauũ vlcus carne iã impletũ, ac planũ effectũ, nihilominus tamen hiat, duplicẽ adhuc particulæ affectũ ſupereſſe, alterũ ſubſtãtiæ cutis amiſſionẽ, alterũ cõtinui ſolutionẽ. Ergo quoties vnũ id habetur, nẽpe cõtinui ſolutio, ſiue ea ſummæ eſt cuticulæ, (quam ἐπιδερμίδα vocãt) ſiue cutis totius, ſiue etiã pariter ſubiectæ carnis, vitiũ quod vlcus dicitur, ita exiſtit, poſtulátq; tãtũ agglutinari. Quippe ſi cõmiſſæ ſimul ſint cutis oræ, nihil erit in medio cutis generis diuerſi, quẽadmodũ in eo quod iam repletum eſt, planúmque redditum. In hoc enim oræ vlceris ſe non contingunt, ſed totius vlceratæ partis cutis periit: quam vtique reſtituere oportet. At in eo quod acuto aliquo eſt diuiſum, vna agglutinatio requiritur, non etiam cutis generatio. Quoties ergo vlceris ſimplicis

pro

propositũ sit inuenire curationẽ, præsumendum in sermone est diuisam esse carnosam particulã citra vllius portionis amißionẽ. Nã latum quod cicatrice induci postulat, omnino cuticulã, quã ἐπιδερμίδα Græcè vocauimus, desyderat. Hãc igitur tũ gignere, tum sibi vnire oportet, duóque tibi hoc loco existũt, ad quæ sicuti in cauo vlcere cõsilium diriges, propterea quòd affectus ipse geminus in ambobus est. Quo igitur (ipsorũ inquiet fortè aliquis) planũ vlcus à cauo discernitur, si & geminus vtrobiq; est affectus, & geminus curãti propositus finis? Nẽpe multitudine amissarũ partiũ. Quippe in cauo vlcere non ipsa modò periit cuticula, verùm etiam reliqua cutis natura vniuersa, & subiectæ carnis portio aliquãdo non exigua. In repleto vlcere caro non deest, exterius tamen cooperimentum desyderatur. Ac quæ eius generis vlcerũ curatio sit, pòst dicemus. Nũc eius quod vlcus tãtũ sit, nec aliũ vllũ affectum adiunctum habet: quænam debita curatio sit, præcipiamus. Ergo quoniã hîc sola diuisio proponitur, diuisorum oras vnà cõiunctas esse oportet. An non id solũ, verumetiam cõiunctas manere? porrò bifariam simul manẽt quæ cõmissa sunt, cũ alia per se, alia ope aliorũ maneãt. Per se quidẽ, quæcunque secum concrescunt ac coalescunt. Aliorũ ope & quæ colligãtur, & quæ glutino aliquo tenẽtur. Ac quæ cõcrescãt, omnino mollia naturaliter sint oportet.

Talis sanè est tum caro ipsa, tum quæcunq; ex carne cõsistunt. Quæcunque verò dura, siccáq; sunt, eorũ diuisæ partes coire simul nequeũt: sed glutinũ aliquod vinculúmve, quo cõmissa maneant, requirunt. Et taliũ quidem corporũ sanatio in sequẽtibus præcipietur. Nũc de iis quæ vniri possunt, inceptum sermonem peragamus: hîc quoq; ipsam coitionis coalescentiæq; causam inuestigãtes. Est verò sicuti in cauis vlceribus vt caro producatur, ita in simplici vlcere vt ora 10 ipsæ secum coalescant, natura certè causa: adeò, vt si quæ dissidẽt, in idẽ adamussim componas, citra omnem reliquam extrinsecus molitionem coalescãt. Oritúrq; tibi iam alius attendendus finis, nẽpe orarum adductio: à quo orsus, quibus id efficias, inuestigabis: quippe aut vinculo ex duobus initiis circundato, aut sutura, aut fibulis (quas Græcè ἀγκτῆρας vocãt) impositis, aut horũ quibusdã, aut omnibus, quæ diducta sunt, in idẽ adduces. Expedit autẽ quod circunijcitur, 20 neque molle nimium sit, & algæ ritu fragile, (βρυώδες Græcè vocãt) quò videlicet tutò cõtineat: neq; rursus ita durũ, vt premẽdo offendat. Tũ verò ipsa circũductio nec ita laxa sit, vt nihil efficiat: nec ita vehemẽs, vt premẽdo dolorẽ excitet. Hæc si feceris, fueritq; vlcus solum citra vitiosum succum, aut fluxionem, aut intemperiẽ, aut phlegmonẽ, aut aliud quodlibet vitium, proculdubio coibit. At si vel præ eius magnitud

tudine fieri nequeat, vt disiũctæ ipsæ partes exactè ad imũ vsq; sibi cõiungãtur, videlicet nec sutura, nec fibulis, nec deligatura pertingere ad eas valente, vel etiã sanies iam illic sit collecta, vel dolor quispiã adiunctus: eiusmodi vlcus ex sola partiũ cõmißione agglutinari omnino non potest: quando quod dolet, plus aliquid affluere facit: atq; etiã si quod affluit, pro iusto naturæ modo se habeat: attamẽ vires ipsæ partium quæ tum propter dolorẽ, tum etiam ex vulnere sunt imbecillæ, ne quod iustũ est ferent, sed veluti ab iniusto grauabũtur. Atque hinc omnino super vacua sanies proueniet: mirũ etiã nisi & phlegmone. Iã verò si etiã citra dolorẽ sanies in medio adductorũ labrorũ vlceris interuenerit, aut etiã locus quisquã medius interfuerit, qui sanie quidẽ sit vacuus, sed aëre plenus: nõ potest eiusmodi vlcus sola dißidẽtiũ partium cõiunctione glutinari: quãdo & sanies iã vnionẽ dispescit, & quæ coniungendis interueniunt loca vacua, interiorũ laterum frõtes prohibẽt se contingere. Quare illæ saltẽ vlceris partes vt coëãt etiã carne prius impleri naturæ opera postulant. Porrò hæ adeò planè sunt exiguæ, si modò diuisæ vlceris partes ritè sint coniunctæ, vt vnius diei spatiũ desyderent, aut ad summum, bidui. Hoc igitur tẽpore medicamẽto opus est quod particulam siccet, vt & siqua sanies iam subsit, hanc cõsumat: & siqua in vacua loca influxura est,

hãc prohibeat. Nũc igitur medicamẽtũ q carnẽ producat, & mediocriter ſiccet, rurſus mihi ad memoriã reuocabis, vt intelligamus ſicciúſne eo eſſe glutinatoriũ debeat, an ſecus. Sanè quod carnẽ producit, ſi totum qui cõfluit ſanguinẽ cõſumeret, ipſam materiẽ creãdæ carnis ſic adimeret. At glutinatoriũ aut omnino carnis generatione nõ eget, aut planè exigua, quare plus ſiccet, oportet. quàm quod carnẽ producit. Ergo tũ hac ratione tenui quadã differẽtia inter ſe diſſidẽt, tum verò altera nõ parua, quatenus ſcilicet quod carnem producit, ſtatim etiam detergendi vim obtineat oportet, quo non modò redundantiam humoris ſiccet, ſed etiam ſordem auferat, glutinatoriũ verò nec detergeat, nec expurget, ſed contrà prorſus ſubſtantiã omnem in idem cogat, cuiuſmodi facultatẽ habẽt medicamenta ea, quæ auſtera & adſtringẽtia vocãtur. Hæc nãque in idẽ cogendi, ac ſtipandi, non detergendi, neq; purgandi facultatem habent. Quo fit, vt vbi carni producendæ ſtudemus, maximè cauẽdũ ſit à medicamento quod adſtringat, vtpote quod ſordẽ vlceribus arctius affigat, quàm vt facilè poſſit abſolui. Vinũ igitur, omnis vlceris, qua vlcus eſt, optimũ eſt medicamẽtum. Quòd ſi nec illud, qua vlcus, ſermoni ſit adiectũ, idẽ tamẽ arbitror intelliges. Quippe recordationis tãtùm cauſa eſt additum, (nequis obaudiat) non ſicut neceſſariũ aliquid definiẽs. Adeò ſi memorem te

te corũ omnium quæ in proximo libro ſunt tradita de rebus ſingulis tum nominãdis, tum verò ſubiectis,prætiteris,nihil eſt quod talia tibi decætero definiam.Illud tãtum abundè mihi erit, ſi per ſingula eorũ ſimplices affectus à compoſitis ſecernã. De quibus mihi nõnihil prius eſt dictum,ac nũc nihilominus eſt dicendum,nõ adeò mehercle rei ipſius cauſa, quã quòd pleriq; medicorum dictione ipſa decepti,cauũ & æquabile,* recens & inueteratum,ſordidum & purũ, liberum phlegmone,& phlegmone impeditũ,putant differẽtias eſſe vlcerum. Neceſſe igitur eſt diſtinguere quæ propriæ vlcerũ differẽtiæ ſint, & quæ aliorum affectuũ complexiones.Verùm hoc poſterius paulò.Sanè ſolennis veteribus doctrina(quæ vtinam nunc eſſet in vſu)maximè naturalis eſt. quippe ij ſimplicis cuiuſq; affectus propriã curationem dicunt,præcipueq; omnium Hippocrates. Medẽdi nanq; methodus ad hũc modum belliſsimè procedet,ſi de ſingulis ſimplicibus ſeorſum præceperimus:poſt deinde de cõpoſitis omnibus alteram aliquam methodum indicauerimus.Veluti enim ſi duo verè eſſent in victus ratione morbi,clauſum & fluẽs, id eſt qui in retentione & fluore ſpectarentur, cùm ſeorſum vtriuſq; curationem dixiſſemus, de cõiunctione amborũ eſſet agendũ,ſicut Theſſalus ipſe cenſet:eodẽ (arbitror) modo quoniam vlcerum qua vlcera ſunt, vna omnino eſt ſpecies, tum

*ἰνακμον.

phlegmonarũ qua phlegmonæ ſunt, altera item ſpecies vna eſt: oportet vbi ſeorſum vlceris, ſeorſum rurſus phlegmones curationem tradideris, poſt deinde ambas in idẽ coniungere. Id igitur ſi fecerimus, omne profectò vlcus tũ ſiccari debere, tum etiã adſtringi pro dicta iã methodo inueniemus, nõ tamen detergeri: cõtrà, cauitatem in carne ſiccari quidẽ poſtulare & abſtergeri, minimè autem adſtringi. Quinetiã ad eundem modum quem prius diximus in cauis vlceribus, nunc ad portionẽ naturã corporis æſtimabimus mollíſne ac laxa ſit, an dura, ſicca & cõpacta. Siquidẽ prior quanto eſt humidior, tãto medicamentis minus ſiccantibus eget. Poſterior quatenus eſt ſiccior, eatenus rurſum quæ vehemẽtius ſiccent, magiſq; adſtringãt, deſyderat. Empiricus enim (arbitror) hic quoq; pueros, & fœminas, & qui tenero ſunt corpore, memorabit, iuuenes agricolas et nautas his opponẽs. Cæterùm cùm nõ intelligit quòd in pueris et fœminis propter humiditatẽ tẽperamenti eiuſmodi medicamenta viſa ſunt cõducere, rurſus altera meſſoribus ac nautis propter ſiccitatẽ conuenire, nec cuiuſq; corporis curationem exactè conijciet, nec erroris cauſam deprehẽdet. Quo fit, vt nec intelligat quemadmodũ, ſed ad potius trãsferet, vbi parùm ceſſit ijs quæ per experientiam prius nouit. Hæc igitur ſummatim de glutinatorijs medicamentis diximus. Hinc verò altera quædam

meth

methodus succedit ad eorum præparationẽ com positionẽq; pertinẽs. Siquidem cauo vlceri quicquid volumus, statim applicamus: siue siccũ id, siue humidũ, medicamentũ sit. Licet enim omni parti vlceris ea tum inspergere, tũ illinire. At in vulneribus quorum maior est profunditas id non licet. Quippe vbi semel oras cõiunxeris, contingere quæ in alto sunt diuisa, non possis. Considerandum igitur est non modo, an siccans adstringensq; modicè medicamentũ sit, verũetiam an peruenire ad imum valeat. Nam & cerussa & lithargyrus siccant, adstringuntq; modicè: sed si ea cineris ritu circa vulnus inspergas, nihil proficies. Neq; enim ad fundum peruenit medicamenti vis, quod ita sit siccum: humiditatẽ igitur quandam desyderat, quò simile emplastici sit, vel etiam, humidioris cuiusquam medicaminis. Verùm hæc operis eius quod de medicamẽtorum cõpositione præcipit, propria speculatio est, non eius quod de medendi ratione instituitur. Quòd si quid ea ad rem propositam indigebimus id procedente opere attingemus.

CAPVT V.

Nunc ad vlcus quod cicatrice induci postulat, reuertar: de quo paulò ante dixi, eius quoq; primum quò tẽditur finem ex eodem esse genere, cuius est & caui. Quippe regignere aliquid opus est quod perijt, nõ tantùm vnire quæ dissident: cæterùm diuersa ratione hîc gignere

quod desit, quàm in cauo: quãdo hîc sanguis, illic caro pro materia sit. Siquidẽ quod cauũ est, impletur ex gignenda carne: quæ ex sanguine ortum habet. At ad cicatricẽ perducitur quod iam est impletũ, ex gignenda cute, quæ ex subiecta creatur carne. Cæterùm caro eadẽ specie cũ ea quæ periit gigni in cauo vlcere potest. Cutis talis omnino qualis erat quæ periit, prorsus restitui nõ potest: sed simile quiddam cuti, & quod eius officiũ suppleat, potest: nõ tamen planè cutis. 10
Ac causa quidẽ cur sicuti caro adepsq; regignuntur, ita cutis quæ prorsus perierit, regigni nequeat, ex naturalibus problematis est petẽda: queadmodum autẽ tum naturã, tum vsum cutis imitemur, hinc accipiendũ. Eiusq; rei methodũ iam tradamus. Quoniã tegere carnẽ naturali aliquo tegumẽto propositũ est: quippe id est ducere ad cicatricẽ vlcus, aut cutis nobis generanda est, aut summa caro cuti similis efficienda. Verũ vt cutis regeneretur, fieri omnino nequit: quod 20 *superest igitur, efficere est tẽtandũ. At quæ igitur huius efficiendi est ratio? Nempe alteratio. Quippe vt carnis pars quæpiã nõ amplius caro permaneat, sed veluti cutis euadat, postulamus. Quo pacto igitur (inquies) alterabitur? Profectò alicuius alterantiũ qualitatũ ope. Incidit enim rursus hoc loco, vel nolẽtibus nobis, de elemẽtis sermo: sine quo nec quod cicatricẽ inducat inuenire medicamentum licet, nedum quod*

carnis

carnis producendæ, aut agglutinãdi facultatem habeat. Ergo quoniã cutis carne ipsa tũ siccior est, tum etiã densior, si carnẽ siccabimus & adstringemus, cuti etiã persimilẽ reddemus. Habes medicamẽti quod cicatricẽ inducit, summã. Verũ ea non satisfacit. nã & glutinatoria tum siccabãt, tum etiã adstringebãt. Ergo quo hæc ab illis distẽt, id, si ipsam rerũ substantiã inspicias, inuenies. Nã quoniã in glutinatione vlcerũ siccãdum quod adfluit est, quò videlicet affecta pars supernacuis vacet, in cicatrice ducẽda non modò quod adfluit, verũetiã humor qui in ipsa carne continetur, est consumendus: multò profectò siccius quod cicatricem inducat, quàm quod agglutinet, esse conueniet: quando glutinaturo vnum id propositũ est, vt eius quod secundũ naturam est, redũdantiam consumat, qui cicatricem inducet, nõ hoc modo, verumetiã vt ei quod secundũ naturã se habet, aliquid deradat. Galla igitur immatura hoc loco, & malicoriũ, & ægyptiæ spinæ fructus, modicè siccãtia pharmaca sunt. Chalcitis, et æs vstũ, et æris squama, & misy, & fissum alumẽ, multò his sunt valẽtiora. Misy quidẽ & Chalcitis præcipuè, mitior autẽ æris squama, atq; etiam hoc mitius æs vstum. Quod etiã si lauabis, vtiq; minus mordẽs medicamentũ habebis. Porrò hoc quoq; ad speculationem de componendis medicamentis pertinet, quæ sanè medendi methodum ordine sequitur.

Nam

Nam medicamẽtorum facultates nosse, id quidem medendi methodum præcedit, tractatumq; de his alibi est. Cõpositio verò medicamẽtorum, medendi methodum sequitur. Quippe vbi hæc vniuersale præcepit, dico autem siccandum, aut humectandum, aut calfaciendũ, aut refrigerandum esse: tũ vel modicè id faciendũ esse, vel valenter, vel leuiter, intelleximusq; cuiusq; simplicium medicamentorũ facultatẽ, hãcq; per se & seorsum perpẽsam: tum profectò quo pacto quis ea cõmodè ad vsum miscuerit, consyderare conueniet. Existit igitur eo pacto duplex de medicamẽtis peritia, altera de eorum viribus, altera de cõpositione ac præparatione. Verùm ad id quod superest methodi de vlceribus, redeundum est.

CAPVT VI.

SVperest autem (vt arbitror) de supercrescente carne dicere, quam ὑπερσάρκωσιν Græcè vocat pleraq; medicorũ pars. Est porrò is quoq; morbus ex eo genere, quod in quãtitate magnitudinéve partiũ spectatur. Licet enim pro arbitrio voces. Ex eodem genere & cauitas erat, de qua iam egimus. Ergo veluti quod vlcus cauum vocant, non vnũ est vitium, sed pariter & cauitas & vlcus: ita vlcus quod supercrescẽtem carnẽ habet, nõ vnus est morbus, sed simul caro supercrescens, & vlcus. Indicat autem magnitudo quæ præter naturam est, primã indicationem, (quam etiam veluti metam inueniẽdorum

remed

remediorum diximus) ipsius scilicet exuperantis ablationem. At hæc sola medicamentorũ ope perficitur, non opera naturæ: videlicet contrà quàm in carne restituenda aut glutinatione se habuit. Hæc enim naturæ ipsius sũt opera, pharmacis tãtum quæ actioni eius obstant, summouentibus. At supercrescentis carnis detractio, nullum quidẽ naturæ opus est, sed medicamentis perficitur quæ vehementer siccent. Porrò proxi-
10 ma sunt eiusmodi medicamenta tum ijs quæ valenter detergent, tum ijs quæ cicatricẽ inducũt, sic vt non pauci interim per errorẽ medicamentum quod carnẽ minuit, vel pro eo quod sordem deterget, vel pro eo quod cicatricẽ inducit, accipiant: vt (ne ab exẽplo nostro recedamus,) misy & chalcitis si humidæ naturæ applicabis, potius carnẽ demere quàm cicatricem inducere deprehendes. Vnde si quãdo ijs vti ad cicatricem inducẽdã in aliorũ penuria cogimur, parcißimè ipsis
20 vtemur: summũ tãtũ specillũ in ea medicamẽta ad exactißimũ leuorẽ tunsa demittẽtes, ac post velut tenuißimum quendam pollinem partibus, quæ cicatrice induci postulãt, imponẽtes. Quòd si minuere quæ supercreuêre, studemus, liberalius imponemus. Sanè ærugo magis etiã quàm hæc minuere carnẽ potest, ita vt genus eorũ quæ cicatricẽ inducãt, omnino sit egressa. At si illa etiã aduras, vt minus acria, sic ad cicatricẽ inducendã reddes magis apta. Si verò etiã laues,

adhuc

adhuc fient nitiora. Meminiſti verò (arbitror) & tu eius qui celebri illo viridi, medicamento ſordidũ vlcus citra ratione͂ curabat, mel quide͂ ei admiſcens, multis autem deinceps diebus æquè ſordidũ reperie͂s, deinde inops conſilij, nec habe͂s quò ſe verteret. (Accidebat enim vt non modò non purgaretur ſordes, ſed etiam vt de ſubiecta quoq; carne nõnihil vnà detraheretur, & colliquaretur, propterea quòd medicamentũ valentius quàm pro laborãtis natura erat.) plus deinde (vt erat egregius medicus) mellis aſſiduè medicame͂to adijciebat, quò videlicet adhuc valentius purgaret; ceu nõ ſatis id medicamentum prius adhibitũ feciſſet. Eueniebat autem planè cõtrà. quippe quantũ ille inte͂debat medicame͂ti acrimoniã, tãtum caro ſubiecta colliquabatur. Quod verò in vlcere ex liquata carne ſordis apparuit, id medico, ceu medicamentũ nihil efficeret, impoſuit. Atq; huius quide͂ ignorãtia etiã in diſcerne͂di peritia erat, nõ ſolùm in medendi methodo. Etenim ſi quãmaximè ſimiliter ſordidũ ex vtroq; medicame͂to vlcus deprehenditur: at certè cauitas maior ex valenti, & quod colliquat medicame͂to efficitur. Quinetiã labijs prælaltis, rubrũq;, & phlegmone quodãmodo affectũ vlcus cernitur. Aliquando verò roſione͂ quoq; manifeſtã ex huiuſmodi medicamento æger ſentit. Quòd verò minus quàm par eſt ſiccat, nec mordet, nec quicquã efficit eorum

quæ

quæ retuli. Patere autē & in his arbitror Empiricum etiamsi experientia quàm maximè distincta discretaq; vtatur, trāsire tamē vbi quid non cessit ad id quod expedit artificiosè nō posse: imò vni illi id licere, qui vera methodo (quā ipse nunc instituo) medetur.

CAPVT VII.

Qvippe quam Thessalij isti Amethodi methodū profitētur, nomē dūtaxat esse nudum intelligis, omnis effectus vacuū. Qui cùm tāta, tamq; multiplex saltē methodus sit in vlcere sanādo, neq; Empiricorū discrimine ad inueniēda remedia sunt vsi, neq; sicut dogmatici ab ipsa rerū natura indicationē aliquā agendorū sumpserūt: sed solùm id, quod nec vulgares lateat, proponētes, nēpe cauū vlcus carne impleri postulare, plenū cicatrice induci, quod carne supercrescēte luxuriat minui, sordidū expurgari,* mūdū vel cicatrice induci, vel agglutinari: vlcerū curationis methodū quādā explicasse se putāt: tantùm scilicet absunt, vt intelligant humidioribus naturis minus siccātes medicinas cōducere, siccioribus q̄ magis siccēt. Ergo quod in tota disputatiōe nostra manifestè apparuit, id denuo resumendū est: vt & nos illi quā maximè simus attēti, & reliqui oēs qui veterē methodū corrūpunt, quantum aberrēt, clarius intelligāt. Incipiā verò ab eo vlcere quod carne impleri postulat, vnū id pro exēplo proponens: quando

* Ald. legit, mundum cicatrice induci, recēs agglutinari.

quãdo etiã proximè de eo sermonẽ feci. Ab hoc de omni simul in vniuersum curatione loquar. Ergo illud non ratione modò, verũetiam experiẽtia consyderãtibus apparuit non omnẽ naturam eadem medicamẽta requirere, sed infirmiores mollioresq́; mitiora, validiores siccioresq́; valentiora. Ita verò tum in ijs quibus cicatrix inducebatur, se habebat, tum etiã quæ glutinatione egebãt. Omnino enim nullum vehementium pharmacorũ ferunt molles naturæ. In eiusmodi verò sermonis nostri decursu perspicuum planè fit, tum ægri naturã esse consyderandũ, tum cuiusq; hominis propriam esse curationẽ, tum supra hæc illud tertiũ, nempe quoniam cuiusq; naturæ proprietas ineffabilis est, nec exactissima scientia cõprehensibilis, hunc esse optimũ cuiusq; particularis ægritudinis medicum, qui iam methodum quandam cõparauit: ex qua & dignoscere naturas possit, & coniectura cõsequi quæ sint cuiusq; propria remedia. Porrò, existimare cõmunem quandam esse omnium hominum curationem, sicuti stupidissimi methodici putant, extremæ est demẽtiæ. Atqui illi ob id stata esse putant omnia medicinæ artis theoremata, hoc est eiusmodi esse quæ sciẽtes homines faciãt, firmamq́; sui notitiam præstent, ipsorumq́; artem: notitiam quandam esse cõmunitatum, non proprietatũ, tanquam cõmunem & generalem hominẽ, non particulares curarent. Ergo sicuti in

aliis

aliis omnibus statim inter initia sunt lapsi, sic in hoc quoq;. Siquidē curatur nō homo cōmunis & generalis, sed nostrū quisq;, alius videlicet aliud temperamentū naturamq;, obtinens. Hi verò vnā esse omniū hominū curationē existimant. Ego cōtrà, si cuiusq; priuatim naturam explorare ad vnguē scirem, vtiq; qualem fuisse Aesculapiū mente concipio, talem me esse putarem. Sed quoniam id fieri non potest, certè vt quoad homini licet, quamproximè accedā, tum ipse me exercere decreui, tum alios vt idem faciant, adhortor. Ac conātur quidem quantum possunt & Empirici, vt à cōmunibus secedere, ita propius ad ea quæ propria sunt accedere. Verùm quantū hi quoq; ab eius rei perfectiōe absint, suprà est dictū. Nō enim hæc in pueris, vel mulieribus, vel senibus, vel mollem carnem albamq; habētibus, aliáq; id genus, pro certis discretionibus (sicuti illis placet) sunt ponēda, imò quemadmodū in humore & siccitate corpus se habeat. Ac empiricos quidē medicos, tū ob alia multa, tū ob id probare maximè conuenit, quòd accedere quantū licet ad ægri proprietatē conātur. Post enim reliquas discretiones omnes quas adhibent, etiā quæ à cōsuetudine sumitur, adiiciunt, tanquam hinc remediorum quæ ægro magis sint propria, cōpotes futuri. Dicetur autem à nobis in sequētibus de consuetudine fusius, vbi pro cognoscenda proprietate laborātis naturæ

etiam discrimen à consuetudine priscis inuētum esse probabimus. Hanc itaq; cum reliquis Empirici recipiūt, & præter hāc, ipsum etiā medicum qui sæpe ægrum inuisit, quàm eum qui nō viderit, cōmodius curaturū aiunt. Postea tamen cùm hæc omnia adiecerint, stabilem se atq; sciētificam habere notitiam propriæ curatiōis ægri adhuc nō dicūt. At verò impudētißimus Thessalus illud modò vnum intelligēs, quòd cauum vlcus sit implendum, cōstantia tamen & firma dicit esse medicinæ theoremata, quanquam hoc saltem omnes (vt antè iam dictum est) homines sciūt, non ij modò qui nūc sunt, postquam Thessalus iste alter videlicet Aesculapius, in lucem hominū venit, sed etiā, arbitror, qui ante Deucalionē, & Phoroneū fuerūt, si modò hi ratiōcales erāt. Imò verò præter hoc quòd carne esse implendū cauū vlcus nouerūt: etiā illud nō ignorarūt, qui medicamēta nosset, quæ tale vlcus carne implerēt, hunc medicum esse. Atq; hæc si per experientiā sunt inuenta, cōstat empiricè nobis esse curandum: sin ratione inuenta sunt, logicè. Non enim profectò aliud inuenit, alio aūt nunc cōmodè vtetur. Verùm de eo nobis cū Empiricis lis est. Quod autē dicere cœperā, vera ipsa medicina de laborātis natura coniecturā fecit. Nominat, arbitror, id vulgus medicorū Græcè ἰδιοσυγκρασίαν omnesq; id incōprehensibile fatētur, ideoq; ipsam verā medicinæ artē Aesculapio,

lapio, Apollíniq; cócedunt. Pendet porrò omnis hæc ratio ex duplici principio, Empiricis obseruatoribusq; ab iis quæ manifestè apparēt, Logicis autem, ab ipsis elementis. Nā quòd alij aliud medicamentū prosit, etiam pueri iam fermè sciunt, & ratio pariter quæ ab elementis ducitur, id cōfirmat. Si nāq; quindecim differētias in hominū temperamētis ex minoris in his maiorisq; ratione, idq; in humida tantùm natura statuas, 10 necesse profectò est medicamentorū etiā quibus sis vsurus, quindecim differētias noueris, quarū aliæ magis, aliæ minus siccēt, quò nimirū quod cuiq; naturæ cōgruat, inuènias. Quòd si etiā in sicciore natura aliis quindecim positis, ad has quoq; pari modo alia quindecim medicamenta requiras, habebis in totū triginta medicamēta, quæ triginta naturis cōuenient: quibus vti is demum solus cōmodè poterit, qui in corporū tempèramētis diligēter se exercuerit. Nūquid igitur si 20 totū corpus temperamento sit sicciore, ab iis quæ magis siccent medicinis iuuabitur: si verò pars quæpiā eius, cæteris partibus natura sit siccior, quæ minus siccent requiret? An liquidò patet hîc quoq;, quæ pars siccius temperamentum obtinuit, hanc etiā quæ magis siccent postulare? quæ humidius sit sortita, minus siccātia? Atq; hoc totum prætermittunt Methodi isti Thessalij, qui vnam omni particulæ congruere medicinam putant. Empirici autem quantū in hoc

Thessalios istos methodicos superant, tantũ à veris methodicis logicisq; superantur. Habẽt enim profectò illi quoq; , ab ipso scilicet vsu edocti, aliud medicamentum ad ea vlcera quæ in oculis accidũt, aliud ad ea quæ in auribus, aut articulis, aut carnibus, aut sola cute. Cæterùm quòd nec in iis se trãsferre ad aliud poßint, ex iis quæ suprà diximus, facilè patet.

CAPVT VIII.

QVoniam autẽ & de his satis iam dictum est, rursus ad disputationis initium reuertamur, misceamusq; vlceri omnes qui simul cũ ipso incidunt affectus, ab intemperie primùm orsi. Si enim exulcerata caro, vel prius etiã ex quauis occasione, vel ipso vlcerationis tẽpore insto calidior frigidiórve est effecta, vtique medelam exigit, quæ non modò moderatè siccet, sed etiam intantũ calfaciat refrigerétve, inquantum subiecta caro à naturali suo habitu recesßit, cùm fieri non poßit, vt in vlcere, vel carnis productio, vel sinus impletio, vel agglutinatio, vel cicatricis inductio, rectè vnquam cedat, nisi subiecta caro pro naturali modo se habeat. nec frustra dictum suprà est, hæc omnia naturæ esse opera: purgari tamen sordida, minuíq; supercrescentia, etiã carne naturalẽ statum nõ seruante possunt, propterea quòd tantũ hæc medicamentorũ sunt opera. Quocirca legitimi vlceratarũ partium tẽperamenti, quoties eas vel carne imple-

plere, vel glutinare, vel cicatrice inducere studes, maior tibi solicitudo erit. Seruari nãq; debẽt naturæ motus, quos comprehensorũ singula comitantur. At alias nõ seruabũtur, nisi prorsus se pro naturæ suæ ratione pars habeat. Veluti igitur si phlegmone cũ vlcere vna esset, priusquàm hæc discussa sit, nemo id vel carne implere, vel glutinare, vel cicatrice inducere tentarit: ad eundẽ (arbitror) modũ etiã si sine phlegmone sola subsit intẽperies, nulliũ horũ fore prius sperabimus, quàm illa sit sanata. Rursus igitur hinc indicatio quædam ad medicamentorũ, quæ superius cõprehensa sunt, inuentionem oritur. quippe omnia ea siccãtia erant: sed dissidebant inter se pro intẽtionis remissionisq; modo. Cæterùm, definitum antea non est, quatenus in calefaciendo frigefaciẽdóq; se haberẽt: sed methodus hoc quoq; inuestigare quodammodo cogit. Nõ enim tantũ an siccet, sed an etiam non valde calefaciat, aut refrigeret, expẽdi oportet. Ergo altercũ, & mãdragorã, & *meconiũ, ceu supra modũ refrigerantia fugies: tamen si siccant ea quoq; quantum sit vlceri ex vsu. Resina verò, & pix, & asphaltus quanquã modicè siccant, tamen immodicè sunt calida. Ideóq; eis nemo vtetur solis, nec aliter, nisi cùm leuiter refrigerãtibus admistis vnũ ex omnibus medicamentũ fecerit, quod sit temperatum. Si igitur hæc ita se habẽt, sicuti profectò habẽt, inspici etiã conueniet, & circun

* In Græco est, κώνειον, id est cicutam.

dantis nos aëris temperiẽ. Siquidem veluti medicamentũ quoddã, is quoq; corporibus nostris forinsecus incidens, vbi immodicus calore, vel frigore est, sanationẽ moratur. Dãda igitur opera est, vt medicamenta eius excessui occurrant. Ideóq; Hippocrates in calidioribus anni tẽporibus his quibus frigidior facultas sit, medicamẽtis vtitur, calidioribus aũt per frigidiora. Non ignoras profectò hîc quoq; ex stupidis methodicis quendã fateri, quo pacto in calore, & frigore se habeat, qui ægrũ cõtinet aërem se inspicere, non tamẽ anni tempora inspici permittere: quasi nomina ipsa tẽporũ anni prosint obsínt ve, nõ eorũ tẽperamenti ratio: aut non huius causa veteres medici ad ea respexerint. Verùm quòd qui certa methodo curare vlcus debet, huic necesse sit, tum ad prima elemẽta, vel maximè venire, tum anni tempora, & corporũ temperamẽta nõ in toto modò, verũetiam in singulis partibus cõsiderare, abũdè monstratũ reor. Rursus verò repetendũ hoc etiã loco est, quod prius diximus in indicatiõe, quæ à sicco humidoq; sumitur. Nã sicuti in illis humidior natura humidiora, siccior sicciora medicamẽta exigebat: ita nũc calidior calidiora, frigidior frigidiora requiret: cõtrariam scilicet iis quæ præter naturã, & iis quæ secundũ naturam sunt, indicationem præstãtibus. quippe quæ secũdum naturã sunt, similiũ sibi indicatiua sunt: quæ præter naturam, contrariorum si-

mo

modò illa seruari, hæc summoueri necesse est.

CAPVT IX.

AC quod tum corporũ tẽperies, tũ anni tempora, tum partiũ naturæ, consideranda ab eo sint qui probè vlcus sit sanaturus, clarè me docuisse existimo. ad hæc, quòd prima quidẽ medicationis indicatio à solo sumatur affectu, remedia tamẽ inde inueniri nõ posse, nisi priusad corporũ elementa sit ascensum, & ægri tẽperamentum perpẽsum, non corporis modò vniuersi, sed etiã afflictæ particulæ, cum hoc quoq; ambiẽtis tẽperie æstimata. quæ vtiq; cũ ad præsentes status, tum verò regiones extẽditur. Quod autem cõtrariæ subinde in vna curatione indicationes sint, atq; has quemadmodũ tractare conueniat, latius quidẽ dicetur in sequẽtibus, nõ tamẽ alienum sit nũc quoq; paucis de ipsis egisse. Etenim quòd ægri tẽperamentũ sit humidius, particula ipsa quæ laborat, siccior: aut cõtrà quòd hæc sit humidior totius tẽperamentũ siccius mirãdũ nõ arbitror. Pari modo in calore, & frigore, quòd cõtrario tẽperamento sit pars cũ toto. Veluti igitur si totũ corpus medio tẽperamẽto esset, (quod esse optimũ docuimus) nihil planè quantũ ad laborãtis naturã attineret, in medicamẽtis nouare mus: ita vbi vel siccius, vel hũidius, vel calidius, vel frigidius iusto cernit, eatenus intẽdere vires medicamẽtorũ oportet, quatenus corpus ad naturalẽ intẽperiẽ est versum. Nõ enim arbitror,

excidit nobis quæ naturalis intẽperies sit, et quæ præter naturã. Dictum enim de ipsis est in aliis ac præcipuè in libro qui de inæquali intemperamento est inscriptus. Pone igitur totum laborãtis corporis tẽperamentũ humidius esse, eóq; medicamenta desiderare, quæ minus siccent: ipsam verò ægrã particulã ex earum numero esse quæ sicciores sint (qualia esse diximus, quæ minus sunt carnosa, cuius generis sunt, quæ circa digitos, et articulos habẽtur: præterea, quæ circa aures, & nasum, et oculos, et dẽtes, sunt: ac vt semel dicã, vbi crebræ chartilagines, & mẽbranulæ, & ligamẽta, & ossa, & nerui sunt: adeps verò, & caro, vel omnino nulla est, vel perquàm exigua,) diuersa in his est ea quæ à patiente particula accipitur indicatio, ab ea quæ ex ægri sumitur natura. Quare si quãto ægri tẽperamentũ iusto est humidius, tãto particula iusto sit siccior: nec adiiciendũ, nec detrahendũ pharmaco quicquã est, sed tale adhibendũ, quale si vlcus in medij tẽperamenti particula corporis mediocriter tẽperati consisteret, adhiberemus. Sin siccior debito particula tanto fuerit, quãto corporis temperamentum iusto est humidius: vtiq; intantum intendi siccitatem medicamẽti conueniet, quantum particulæ temperamentum totius temperamentum excedit, veluti si quatuor numeris sit exulcerata pars medio tẽperamento siccior, ægri natura gradibus tribus humidior, manifestũ est

parti

particulam quæ nunc exulcerata est, siccius vno gradu desideraturam medicamentum, quã quæ pars sit tẽperata. Quòd autẽ hæc omnia cõiectu ra sint accipiẽda: tum quòd optimè coniicere poterit, qui in ratiocinando de his sit exercitatus, liquidò patet. Ac in talibus quidẽ omnibus cõtrariæ subinde indicatiões vno tẽpore fiũt. Neq; enim est quod de indicationibus quæ à calido et frigido sumuntur, etiámnum dicam, vtpote quæ ad portionem dictorum intelligi possunt. In aliis verò, etiam temporibus quibus perficiendæ sunt indicationes separantur, oportetq; in principio præsertim curationis alterã cessare, alterã officio fungi, sicut exẽpli causa, cùm vlcus cauũ simul sit, et admodũ sordidũ, quippe affectus præter naturã in hoc triplex est, vlcus, cauitas, & sordes. Ordo verò sanatiõis à sorde expurgãda ordietur, quòd videlicet, nec glutinari quicquam, nec carne impleri potest, priusquã purum fuerit. Secũdum locum exiget cauitatis sanatio. Si nanq; vel glutinabimus, vel cicatricẽ inducemus, vel (vt summatim dicã) curabimus vlcus, cauitatẽ implere nõ poterimus. Pone ergo nõ solùm tria hæc particulam obsidere, sed etiam phlegmonẽ, vel erysipelas, vel gangrænã, vel intemperiem aliquam simplicem compositámve. Num nã hîc manifestum est, quòd nisi quis illã prius sanauerit, implere carne cauũ vlcus nõ poterit? Quippe dictũ suprà est carnis generationẽ

ex ſana quæ ſubiecta ſit, ortũ habere. Ex ea verò quã phlegmone premit, & intemperata, & vno verbo ægrota, caro gigni noua nõ poteſt. Ergo in omnibus eiuſmodi complexionibus triplex tibi propoſitus finis erit, vnus veluti à cauſis ſumptus eius quod poſt futurũ eſt, alter vt quod rationẽ obtinet eius ſine quo non, tertius eius quod veluti accelerantiũ et vrgentiũ nominatur. Siquidẽ iuſta ſubiectæ carnis tẽperies, cauſæ rationẽ habet, vt quæ cõcreſcere ſecũ quod vlceratum eſt faciat, & cauitatẽ impleat. Puritas vlceris rationẽ eius ſine quo non, atq; hanc ſordes interpellans curationẽ moratur. Habet verò & ipſa cauitas ad vlcus rationẽ eius ſine quo nõ, quando niſi cauitas prius impleta ſit, induci cicatrice vlcus nõ poßit. Ergo ſi ad hæc reſpexeris, ordinẽ ſanationis inuenies, veluti ſi phlegmone, & cauitas, & vlcus, & ſordes, ſimul in eadẽ particula cõſtiterint, primùm phlegmonem, ſecũdo loco ſordem, tertio cauitatem eſſe ſanandã, & quarto vlcus. Ac in iam dictis quidẽ, tũ ordo, tum agendorum inuentio ex his ſumitur. Vrgentis verò indicatio inter iſta non habetur: in aliis autem habetur. Nam affectus vnde primũ maximéq; imminet homini periculum, hic primus curari debebit: interim verò non primus modo verumetiam ſolus, veluti ſi puncto muſculi capite, conuulſio quæ nulla cõuenientium medicamẽtorum vi remittatur, ſuperueniat: quippe

præciso per transuersum toto musculo, cõuulsionem quidem sanaueris, aliquem tamẽ ex particulæ motibus vitiaueris. Ad eundẽ modũ cùm è vena, vel arteria, sanguis immodicè profluit, si totũ vas per trãsuersum præcideris, vlcus quidẽ eius sanare postea nõ poteris, periculum tamen quod ex profluuio sanguinis impẽdebat sustuleris. Iam neruũ punctũ sæpe cogimur transuersum præcidere, quoties, vel cõuulsiones, vel deliria, vel ambo, magna ægréq; sanabilia, superuenire vulnerationi cernimus. Pari modo, vbi luxatio cum vlcere in aliquo maiorũ articulorũ incidit, vlcus sanamus, luxationẽ autẽ insanatã relinquimus: quãdo si hanc quoq; sanare conemur, cõuulsiones omnino sequẽtur. Tertius itaq; propositus medẽdi finis is est, qui ad id quod vrget, dirigitur: diuersus nimirũ à duobus illis modo dictis. Neq; enim idẽ est, aliquid vel vt causam cõsiderare, vel vt id quod rationẽ obtinet eius sine quo nõ, vel vt id quod vrget. Sed & quod vrget, tũ eiusmodi interdũ esse, vt aliũ insanabilem affectũ relinquat, dictũ iam est: tum verò affectum ipsum nonnunquã à nobis ipsis induci partim in neruo pũcto, vel tendone, vel vasorũ cuiusquã sanguinis profusione, partim in musculo cuius caput est vulneratũ. Nam vbi luxatio cũ vlcere vna consistit, nõ ipsi affectũ facimus, sed tantùm eũ qui factus est, nõ sanamus. Dicetur verò de iis accuratius in sequentibus.

CAP

CAPVT X.

IN præsentia nanque redire ad proprias vlcerũ differẽtias placet, ac propositum sermonem breuiter cõplecti: quò si qua ex his etiam indicatio remediorum sit reliqua, eam nõ prætermittamus. Ergo phlegmone laborans, & putrescens vlcus, & quod exeditur, & quod gangræna, & quod erysipelate affligitur, & cancerosum, & dolens, & indolẽs, quæq; alia id genus veluti vlcerum differentias loquuntur, si quis Empiricam curationem prodens, nec aliud cogitans pertractet, nõ est cum eo contendendum, si vlcerũ ea differẽtias nominat. Millies enim dictũ est nõ oportere de nominibus cõtendere. Sin tãquam artificiosum aliquid de indicationibus dicturus, docẽdus est omnes iam dictos affectus cõpositos esse: alias verò esse differẽtias simplicis soliúsq; vlceris, & cui nullus alius adiunctus sit affectus. Nã si ab acuto aliquo facta tãtùm diuisione, forma eius quod vulnerauit, parti diuisæ impressa est, exiſtẽt profectò sic multis vlcerũ differẽtiæ, obliquorum, rectorum, pampini modo retortorũ, hami ritu vncorũ, aliter quocunque modo se habẽtiũ. Atq; hæ quidẽ differẽtiæ omnes à figura sunt. A magnitudine rursus pro maioris minorísq; ratione mille aliæ. Nam & magnũ & paruũ, & maius & minus vlcus vlcere tũ dicitur, tum verò est. Quinetiam breue & longum, in summo residẽs, & in profundum

pene

penetrās. Atq; in singulis horū, tū quod magis tale, minúsq; est, siue in spatij, siue magnitudinis, siue quātitatis, siue quocūq; modo appellasse libet differētia. Quòd si hæc ita se habēt, omnino profectò & æquale vlcus, & inæquale, penes diuisionis profunditatē, erit. Quippe diffisso, si ita sors tulit, per lōgitudinē femore, potest superior diuisionis pars altè descēdere, inferior in summo corpore hærere: aut contrà, in summo esse quæ
10 superior est, profunda quæ inferior. Iā illa quoq; nēpe diruptū aliqua ex parte aut ex toto fuisse, & incisum fuisse, & vbi quod vulnerauit, obliquè sub cutē se dedit, alterā vlceris partē in conspectu essē, alterā sub cute latere, idq; vel ex supernis partibus esse, vel infernis, vel lateralibus, omnia hæc vlceris differētiæ sunt. Ab ipso tempore rursus aliæ vlcerum differentiæ sumuntur, *cruētū, recēs: exigui tēporis, & diuturnū. Atque in omnibus his ipsa maioris minorísq; ratio
20 numerosa est. Atq; ab ipsa vlceris natura hæ differētiæ sumūtur, maximè quidē propriæ quæ à substantia rei capiuntur. Nempe quæ à figura ducuntur, & à diuisionis magnitudine, idque vel in lōgitudine, vel in altitudine, vel in ambabus dimensionibus: præterea æqualitate in his, & inæqualitate: extrinsecus verò accedentes, & quæ scilicet rationem obtinent eius sine quo non, tum à tempore in quo factum vlcus est, (ita enim aliud recens, aliud vetus vocatur:) tum

*παλαιὸν, id est vetustū: vt paucis pòst lineis indicatur.

tũ ex eo quòd totũ pársve cõspectũ fugit, vel cõspiciẽdũ se præbet. Iã verò & à generationis ratione, eo quòd totũ sit incisum, vel totũ diruptũ, vel pars incisa, pars dirupta. Quòd si quæ à loco quoq; in quo est vlcus differentias cẽseas, veluti si finis musculi, vel principiũ musculi, vel mediũ musculi, vel cutis sit quod vlceratũ est, vel iecur, vẽtérve sit, in quo vlcus cõsistit: fuerint profectò & ipsæ vlcerũ differẽtiæ, nõ vtiq; à propria ipsorũ natura, sed à locis in quibus consistũt de- 10 sumptæ. At cũ phlegmone quis obsessum vlcus dicit, aut supercrescẽte carne pressum, aut cauũ, deinde similes vlceris differentias dixisse se ijs quas modò retuli putat, hũc necesse est in medẽdi methodo falli. Quippe Græce φλεγμαῖνον ἕλκος ex formula dictionis similẽ habet interpretationis figurã cũ paruo vlcere: cæterũ, quod significatur, simile nõ est. Siquidẽ profundũ, aut summotenus factũ, cùm de vlcere dicimus, propriã eius differẽtiã ostẽdimus. φλεγμαῖνον ve- 20 rò omnino vlceris differẽtia nõ est, cũ possit phlegmone pars affici, etiã vbi vlcus nõ sit. Quo fieri arbitror, vt hîc immutare dictionem liceat. Si enim accidisse alicui vlcus cum phlegmone dixeris, propius ad rei naturam, & clarius interpretatus sis: non autem si alij cum magnitudine, alij cum paruitate factum dicas: quippe cũ & magis ex natura rei & clarius loquare, si huic magnũ accidisse vlcus, illi paruum dixeris.

Adeò

Adeò si fieri poßit, vt mutata dictio & rei naturæ côuenietior, & audituris clarior sit: cômittēdū nō est quo minus id fiat. Quippe caput ad effugiēdā in rebus deceptionē est, vt definita locutiōe vtare. Quānā igitur in talibus methodū statuamus? Etenim tradēda quæpiā pceptio est, ac veluti scopus, quo semper intentis discernere statim liceat differētiāne alicuius affectus dixerit quis, an alterius affectus cōplexū. Esto igitur tibi discrimē hoc, Quod cōsistere seorsum & per se potest, id nullius vnquā alterius fuerit differētia. Ergo magnitudo, paruitas, æquabilitas, inæquabilitas, tēpus, & figura, ex eorū numero sunt quæ alijs accidūt. Vlcus verò & phlegmone gāgræna, & putredo, singula seorsum, & per se cōsistere poßūt. Sūt nāq; corporis nostri affectus quidā præter naturā, minimè ea quæ affectibus necessariò accidunt. Quippe omnibus his necessariò accidit, vt vel parua sint, vel magna, vel æquabilia, vel inæquabilia, vel recētia, vel inueterata, vel euidēter appareāt, vel cōdātur, nec videātur. Phlegmone verò affici, ex ijs quæ vlceri accidunt, nō est, veluti nec putrescere, nec gāgræna tentari. Sunt enim hæc omnia ex morborum genere: siquidem affectus præter naturā sunt, & actionem vitiant. Alio rursus modo vlcus cruciās, & vlcus sordidū, ceu quædā vlceris differētiæ dicuntur. Cæterū, cōpositū quippiā hîc quoq; indicatur, sed diuersa ratione quàm

vt

*vt phlegmone tẽtatũ, aut putrescẽs vlcus diceba-tur. Quippe hic affectus sunt phlegmone, & pu-tredo: illic dolor & sordes ex symptomatũ sunt genere. Pari modo & cũ dicitur cacochymõ vl-cus, id est vitioso succo obsessum, aut fluxione ve-xatũ, aut arrosum, causa cũ affectu copulatur. Manifestũq; ex talibus est, methodi eius quæ de medẽdo instituitur, primos an simplices sinéque vlla cõpositione morbos, veluti elementa quædã esse. Quo magis in cõmẽtariis qui de morborum differẽtiis sunt scripti, omneseos enumerauimus. Sanè nihil referat primos an simplices dixeris, quãdo quod primũ est, simplex est: & quod sim-plex, primũ, *ideóq; etiã elemẽtare. Indicatio ve-rò curationis ex differẽtiis fit, sed non omnibus. Nã recẽs vetúsve vlcus nihil indicat: quãquã indicare videtur nonnullis, sed hi seipsos fallunt nõ aliter quàm in iis quæ ad victus rationẽ spe-ctãt, cũ aliã initii, aliã incremẽti, aliam summi vigoris aliã remissionis indicationẽ esse dicunt. De quibus latius in sequẽtibus dicturus, nõ est quòd nũc sim verbosior. Verũ quod tãtũ ad rem præsentem sit satis, id adiiciam. Recens vlcus cùm omnino ab altero quolibet affectu est libe-rum, nec symptoma vllum habet adiunctum, aliam putant indicare curationem, quam ve-tus. Id verò non ita se habet. Siquidẽ quod vlcus tantùm est, nec quicquam aliud: est porrò eius-modi, cui nec cauitas adest, nec dolor, nec sordes: quód*

* vetus ita legit ὥστε καὶ στοιχειώδης ἔνδειξις ἰάσεως i. quare & elementaris indicatio curationis.

10

20

quódque & omni alio affectu est liberum, & ipsam tantùm vlceris sanationẽ desyderat: cuius vtiq; propositus finis, vel vnitio, vel agglutinatio, vel coitio, vel continuatio est. Quippe millies diximus licere appelles, vt lubet, modò rei nihil mutes. Eiusmodi igitur vlcus, siue recẽs siue antiquũ sit, eãdem semper curationem requirit, nihil planè propriũ indicãte discrimine eo quod à tẽpore sumitur. At si cauitatem altè reconditam sub cute habet, cõsyderare oportet, vtrũ ea in superiore parte sit ita, vt sanies ex ea prona effluat: an in inferiore sic, vt illic sistatur. Eius igitur cui effluxus patet, eadẽ quæ aliorum curatio est. Cui nõ est, huic ipsi moliamur effluxũ quẽdam oportet. Eius duplex ratio est alias tota cauitate desecta, alias in fundo tãtùm aperta. Quãdo verò harum alterutra sit ineunda, docebit tum locorum ipso natura, tum verò vlceris magnitudo. Si nanq; & loca ipsa periculosam sectionẽ faciant, & vlcus magnũ fuerit, in fundo aperire magis expedit. Sin contrà se habeant, perscindere præstat. Deligatio verò eius incipiat quidẽ superne, sed finiatur infrà, vbi scilicet patet effluxus. Quòd autẽ differẽtia ea vlcerũ, quæ à vulneratis omnibus particulis sumitur, ad indicãdã curationẽ sit maximè opportuna, id in superioribus est dictũ. Verùm ea quidẽ vt similariũ, hæc autem cuius nunc memini, vt instrumẽtaliũ est indicatio. Sanè dicetur de ea

quæ vel vt similariũ corporũ, vel vt instrumẽtaliũ indicatio est, in sequẽtibus vberius. Nũc ad proprias vlcerũ differẽtias est redeũdũ: ac de ipso seu trãsuersum sit, seu rectũ, seu profundũ, seu in summo corpore, seu paruũ, seu magnum, definiẽdũ. Trãsuersa nãq; vlcera, eo quòd labra eorũ magis dißident absũntq; à sese, cõiũgi diligẽtius postulant: ideóq; tũ suturis, tũ fibulis in his est vtẽdũ. Quæ verò per lõgitudinẽ musculorum sunt facta, hæc si à duplici initio deliges, nec suturis, nec fibulis egebis. Sin aliter deligare placebit, vel fibulis, vel suturis vtere. Sufficiẽt autem paucißimæ omnino suturæ. Et magna quidem vlcera, si rectè ea quæ prius dicta sunt, meministi, ijs quæ valẽtius siccẽt medicamẽtis curabis. Parua verò, vel quæ moderatè siccẽt, abũdè sanauerint. Profunda verò vlcera, omnino etiã magna sunt, volũtq; tũ à duobus initijs deligari, tũ verò nec labra sua præproperè glutinari. At quæ profunda multũ lõgáq; sunt, vt dupli ci ratione sunt magna, sic duplicẽ quoq; indicationẽ præstãt. Itaque & quæ valẽter siccẽt postulant: & ne immaturè labra coniũgas, & vt à duobus initijs deliges, & vt altis suturis consuas. Ad eundem modũ & si multæ simul differentiæ coierint: quarum sua cuique sit indicatio: si quidem inter se minimè pugnent, omnibus vti maximè expedit, sin aliquatenus secum pugnent: quemadmodum distinguere de talibus

opor-

oportebit, dictum quidem alicubi in præcedentibus est: locupletius tamen dicetur in sequentibus. Nunc enim finiendus hoc loco tertius hic liber videtur. In quarto qui sequetur, de ijs affectibus qui vlcera comitari plurimùm solent, disceptatio erit. Tradentur autem cum his etiã internarum causarum curationes.

GALENI METHODI MEDENDI, VEL DE morbis curandis, Thoma Linacro Anglo interprete.

LIBER IIII.

Quæ in quarto Methodi medendi libro habentur.

Quod sæpenumero alter affectus vlceri aduenient curationē quæ vlceri debetur prohibet adhiberi.

Curatio eorum quæ vlceri accidunt ex Hippocratis sententia.

Quæ indicatio curationis ex partium situ ac figura sumenda sit.

CAPVT I.

VNVM *esse morborū genus, ipsam quoq; continuitatem solutā diximus. Hæc in omnibus animalis partibus incidit: nō tamē vnum nomen in omnibus sortitur. Quippe quæ in carnosa parte, vlcus: in osse fractura (Græcis κάταγμα) dicitur: in neruo, cōuulsio. Græci σπάσμα vocāt. Eiusdē generis sunt & quæ Græci ἀπόσπασμα & ῥῆγμα & θλάσμα dicūt. Illud in ligamento, hæc in vasis musculisq; ex violēto ictu, vel graui casu, vel alio quopiā valente motu excitata. Quæ verò ἐκχύμωσις Græcè dicitur, plurimū vnà cū cōtusione ruptionéq; incidit. Fit autem aliquādo & ex oris vasorum apertione, quam ἀναστόμωσιν vocant, & ex ea quæ à nonnullis διαπήδησις dicitur aliud vtiq; tunc solutæ continuitatis est genus. Iā verò & ex erosione, quā ἀνάβρωσιν Græcè vocāt, soluitur interim in animalis partibus cōtinuitas. Verū is iam mistus affectus est, vt qui aliud quoddā morbi genus adsciscat, quod in quātitate partiū cōsistit: veluti suprà cū de cauis vlceribus egimus, est mōstratū. Est enim horū ipsorū duplex ortus: alias*

ab

ab excisione, sæpe ab erosione proueniẽs. Verùm excisio quo pacto eueniat, nõ latet. Erosio si intrinsecus ab ipso animali prouenit, vitiosi succi soboles est. Sin extrinsecus, aut à valẽtibus medicamẽtis fit, aut ab igni. Et sanè (vt dictũ suprà est) diligẽter attendere oportet, & simplices affectus à cõpositis discernere: cùm simplici morbo simplex adhibẽda curatio sit, cõposito nõ simplex. At quænam in cõpositis curãdis tenenda methodus sit, suprà est dictũ. Cæterùm nõ tantùm generalitatẽ eius didicisse, sed etiã in singulis eius partibus exercitatũ esse oportet: cùm in his quoq; alijs non paucis methodis (vt ita dixerim) particularib⁹ sit opus: propterea quòd cuiq; morborum speciei sua sit methodi species. Ergo quod reliquũ est vlcerũ curationis, in hoc libro exequamur, hinc sumpto initio: Omne vlcus aut solũ est, ipsumq; per se, nullo nec cũ eo simul inuadẽte, nec ipsum præcedẽte, aut sequẽte alio affectu, aut cũ alio quopiã vno multísve cõsistit: quorũ alij nõ modò statim ab initio vlcus excitarũt, sed etiã nunc maius efficiũt: alij eius sine quo nõ, vt ad curãdi opus, rationẽ obtinẽt. Verũ de his prius dictũ est. At quæ maius vlcus reddũt, de ijs hoc volumine agetur. Ac duplex in his curationis cõsiliũ est, vt vel eiusmodi affectus è corpore prorsus eximas, vel incõmodum quod inferũt, vincas. Verũ hoc vbi exiguus planè affectus est, fieri licet: vbi magnus est, duci ad

cicatricē vlcus prius nō poterit, quā illi affectui remediū attuleris. Ergo quinā & quot numero eiusmodi affectus sint, diligēter nobis cōsyderandū est: inde nimirum sumpto initio, vnde suprà est cœptū: Omne vlcus, siue solū sit, siue vnà cum cauitate, & subiectā sibi carnē naturaliter habere postulat, & nequid inter oras cōglutinādas intersit: quod tamē sæpe fit, ita vt pilus, arena, sordes, oleū, aliúdve id genus glutinationem prohibeat. Cæterū, hæc ceu symptomata quædā vlcerū sunt, & quæ morari sanationem, si sint, possunt: *officere, si nō sint, nō possunt. Subiectæ verò carnis affectus causæ rationē obtinet ad id quod efficitur. Quippe ex hac, & per hanc, tum quæ dissidēt, glutinātur: tū quæ caua sunt, carne implētur: ea ergo planè pro natura sua se habeat oportet, quò hæc vtraq; cōmodè perficiātur. Atq; ea rectè quidē se habuerit, si id quod reliquis etiam omnibus est cōmune, propriū temperamentū tueatur. Itaque temperatā esse subiectā carnē ad vlcera tum glutināda, tum carne implenda, prorsus oportet. Nunquid igitur hoc tātū satis est? An etiā sanguinem qui adfluit, & bonū esse & mediocrem quātitate oportet? Mihi id quoq; multò maximè verum esse videtur. Nam & qui corruptus sanguis est, tantùm abest vt ad glutinandum & carne implendum sit vtilis, vt etiā ipse nōnunquam corpus erodat, atq; exulceret: & multus humor cùm in vlceri-

*In Græc. ποιῆσαι, id est efficere.

bus

bus excrementa creet, sanationē (ceu prius diximus) moratur. Atq; hi tres ægrè sanabiliū vlcerū modi videntur, qui ex intemperie subiectæ prouenit carnis, qui ex vitio adfluētis fit sanguinis, & tertius qui ex mēsura cōfluētis nascitur. An non ita facienda diuisio est, sed sic potius? Nempe ægrè sanabiliū rebelliumq; vlcerū, alia propter vlceratæ carnis intēperiem, alia ob adfluētem humorem talia fieri, tum intemperiem rursus ipsam bifariā diduci, cùm aliàs in qualitate sola naturæ modum egressa subdita caro sit: aliàs etiam cū accessorio quopiam tumore. Iam ipsum confluxum bipartito etiam scindi, nempe in confluentis succi, tum qualitatem, tum quantitatem. Interim verò misceri dictorū affectuum, aut aliquos, aut etiam pariter omnes. Porrò, tradenda est medēdi methodus non omnium simul, sed cuiusq; seorsum.

CAPVT II.

AC carnis quidē intemperies si squalēs siccaq; videtur, aqua temperata fouēs humectāsq; corriges. Quoties autē eo remedio vteris, esto tibi perfusionis humectationisq; meta, vt cū primùm rubescit attolliturq; particulæ moles, tū desinas. Quippe si vltra perfundas, quod attraxisti, id euocabis, itaq; nihil profeceris. Quinetiā medicamentorum humectandi facultas plenior esto, quàm vt in sana carne præceptū est. Si verò humidior quàm pro naturali habitu caro fuerit

contraria ratio ineunda est, ac medicamētorum facultas ad siccius trāsferēda, aqua verò nullatenus admouenda: imò si lauādū vlcus videtur, vinū aut posca, aut decoctū austeræ cuiusquam herbæ præparādū. Eodem modo & calidiorem quàm par est carnis habitū refrigerabis, & frigidiorē calefacies. Agnosces verò horū vtrūq; partim colore, partim tactu, partim laborantis sensu, quippe aliàs vstionem sentire se fatētur, aliàs manifestū frigus in particula, gaudentq; vel frigidis medicamētis, vel calidis. Et alijs quidē rubor leuis insidet, alijs color magis albicat. Verùm hæc distinguere, propositi operis officiū non est, quippe in quo nō dignoscendi, sed medēdi methodū instituimus, sed consequentia quadam sermonis inuitante digressi in hanc sumus. Rursus igitur ad ea quæ proposuimus, reuertamur. Partiū quæ cùm aliquo præter naturā tumore exulceratæ sunt, earū prius sanād[9] tumor est. Quæ verò omnis præter naturā tumoris curādi ratio sit, in sequētibus dicetur. Nūc quantum eius rei coniunctū cū vlcerū curatione est, tractabitur. Cùm labra tātū vlceris decolorata duráve plusculū fuerint, excidenda ea sunt ad sanam vsq; carnē. Cùm verò amplius progressus eiusmodi affectus est, deliberatio incidit, excidēdûmne omne id sit quod præter naturā visitur, an spatio potius curandū. Proculq; dubio est ægri animū hoc casu cōsulendum esse. Aliqui

qui enim longiore tēpore curari citra sectionem malunt: aliqui quiduis subire, dūmodo citius sanētur, sunt parati. Aequè verò & mali succi qui ad exulceratā partē cōfluit, vt vlcerās quidē est, sanatio eius hic dicetur: vt malignus succus est, aut copia redūdans, in proprijs ipsorum locis tractabitur. Cū ergo qui exulceratis partibus influit succ⁹, nec multò plus iusto, nec multò deterior sit, auerti hūc regeriq; cōueniet, adstrictis scilicet refrigeratiuisq; ijs particulis, quæ ante exulceratā sunt. Inchoāda quoq; deligatio est à laborāte ipsa particula, deducendaq; versus sanā: veluti in fracturis ossiū præcepit Hippocrates: sed & quæ vlceribus ipsis admouētur pharmaca, siccēt valētius oportet, quàm ea quæ simplici admouentur vlceri. Quòd si sisti compesciq; medicamentis influxus nequeat, causa eius inuestiganda est, atq; hæc prius adimenda. Ac si quidē ob partis quæ fluxū recipit imbecillitatem aliquā id fiat, huic nimirū medēdum est. Fuerit autē hæc vlceratæ quoq; partis propria quædā curatio. Sin ꝓpter sanguinis copiā, vitiosūmve succū, vel corporis totius, vel alicuius suprapositarū partiū, illa scilicet prius sunt corrigēda. Ac imbecillitas quidā partis ꝓpter quam plus iusto succorū illi influit, omnino ab intemperie prouenit, non tamen ab omni. Eoq; fit, vt exulcerata caro nōnunquā intemperata tantùm sit, non autem imbecilla: nonnunquam

vtrunq;, & intemperata, & imbecilla. Quippe imbecillitatis affectæ partis valentior intẽperies causa est. Hãc autẽ, sicut prius dictum est curabis vtiq; calidam refrigerando, siccã humectando, frigidam calfaciẽdo, humidam siccãdo: quòd si per coniugationẽ frigidior pariter humidiorq; locus sit, calfaciendo pariter ac siccando: & in alijs ad eundẽ modũ: vincentẽ videlicet qualitatem contraria semper oppugnãs. Huius rei ratio hæc est. Quicquid rectũ est non in animalibus modò plantisve, verũetiam alijs quibusq; id symmetron est, mediũq;, & omnis vitiosi excessus expers. Cui enim nec demere quicquam, nec adijcere nõ partem aliquam, nõ qualitatẽ possis, prorsus id rectè se habet. Contra, quod demi sibi aliquid, adijcive postulat, id iam ab optimo statu recessit. Ad quẽ vtiq; redire aliter nõ est, nisi & quod superuacuum est tollatur, & quod deficiens est adiũgatur. Ac de ijs quidẽ quibus partes quæpiã abundãt, deficiunt ve, alibi sermo erit. Vbi verò qualitas aliqua plus iusto inualuit, ibi & continuò vinci contrariã illi necesse, & continuò vitiũ corrigi ex ea quæ victa antè est, restituẽda. Quippe refrigerans quod immodicè incaluit, vnà & quod deficit restitues, & quod superat diminues. Quare quæ per intẽperiem aliquam à naturali habitu recesserũt, eorũ sanationẽ per ea quæ cõtraria viribus sunt, fieri omnino est necesse. Atq; ad hunc modum caro,

caro, aliáve carnosa quapiã pars quæ fluxione humoris ob imbecillitatẽ affligitur, sanari debebit. Vbi intẽperiei affectũ iam sanaueris, deinde etiam exulcerationis affectũ sanabis: non aliter planè nũc curata intemperie, quàm si citra vlcus incidisset. Quo manifestũ sit, nõ esse vlceris, sed intẽperiei propriã omnem eiusmodi curationem. Ad eundẽ modũ si aut alterius cuiuslibet particulæ occasione, aut etiã totius corporis, cũ in eo sanguis malíve succi redundant, vitiosum aliquid exulceratis partibus influxerit, medẽdũ prius est, vel ei quod fluxionis est causa, vel etiã toti corpori. Ita igitur & varices qui sæpe supra exulceratũ locum sunt, prius sanabimus, vt deinde mox vlcus sanemus. Etiam qui ex liene, aut alia quauis notabili parte laborant, ipsa prius parte percurata, mox ad vlceris curationem accedemus. Cæterùm, nulla harũ curationum ipsius est vlceris, sed alterius cuiusquã affectus, qui vlcus vel gignit, vel certè auget.

CAPVT III.

NAm illud quoq; iam definiri tempestiuum videtur, nullam externarũ, vel (vt nũc loquuntur) primitiuarũ causarũ curationis indicatricem esse, sed huius indicationẽ ab ipso affectu initium habere. quæ verò particulatim sunt agenda, hæc tũ ab eo quod prima indicatio dictat, tũ verò ab ægrè partis natura, tũ ambiẽtis tẽperie, quæq; alia sunt his cognata, inueniri.

Nam

Nam(vt breuiter dicã) à nullo eorũ quæ adhuc non permanẽt, indicatio ſumi eius quod ex vſu ſit, põt. Sed propterea quòd ad eũ affectũ noſcẽdum qui omnino tũ rationẽ, tum ſenſum lateat, ſæpe cogimur de externa cauſa inquirere: opinatur vulgus hanc quoq; ſanationis rationẽ indicare. Quod planè ſecus eſt. Apparet id liquido in ijs quibus noſci affectus exactè poteſt. Siue enim ecchymoſis, ſiue vlcus, ſiue eryſipelas, ſiue putredo, ſeu phlegmone, in parte aliqua conſiſtat, ſuperuacuũ eſt causã quæ horũ quodlibet effecit inquirere, niſi iam etiam faciat. Sic enim ſimul quod iã factũ eſt, curabimus: ſimul quod adhuc facit, facere inhibebimus. Si verò fecit illa quidem, cæterũ iam abijt: vtiq; quod factũ eſt, curabimus. quod adhuc nõ eſt, nec ſi velimus, ſummouere id poſſumus. Quippe rei præſentis eſt cu ratio: eius aũt quod futurũ eſt prouidẽtia. quod verò nec nunc lædit, nec læſurum timetur, id ab vtroq; artis munere, tum eo quod curat, tum eo quod prouidet, exceßit. Quare nec indicatio ab hoc ad curationẽ vlla, nec prouidẽtiæ ratio ſumitur: ſed vti dictum eſt, ad eos tantũ affectus qui noſtrã notitiã fugiunt, externæ cauſa cognitio eſt vtilis. Empiricis tamẽ ceu pars totius ſyndromes, id eſt cõcurſus, in quo curationẽ obſeruarũt externa cauſa interim ſumitur: veluti in ijs qui à rabido cane, & oĩbus qui à venenoſis beſtijs ſunt læſi. Quinetiã ex dogmaticorũ quoq; numero

mero ijs qui sine rationali indicatione, sola experientia curare se talia confirmant. Quippe his quoq; externa causa seu pars totius syndromes, id est concursus, quæritur. Is verò qui ex priore vsu venenosarũ animantiũ vim norũt, atq; ab hac indicationẽ curationis sumũt: nõ sanè ad curationis indicationẽ conducit externa causa cognita, sed ad præsentis affectus cognitionẽ. Nã pone sciã scorpionis venenum frigida vi esse, sumãq; veluti à frigido remedij indicationẽ: nullo tamẽ signo intelligã talẽ esse in hoc corpore affectũ: manifestũ est si scorpiũ percußisse didicero, quòd calfacere tum corpus totũ, tum pũctã ab eo particulã conabor, nulla amplius expectata experientia, sed ab ipsa rei natura indicatione sumpta. Monstratũ enim in ijs libris est qui de medicamẽtis sunt inscripti, in quibus exercitatũ esse cẽsui quisquis ex his cõmẽtarijs fructũ percipiet, nullã eiusmodi facultatẽ sine experientia inueniri. Esset enim profectò felicitatis cuiusdã munus, si quis inspecto lithargyro, aut castoreo, aut cãtharide, protinus eorũ vires intelligeret. Verùm sicut in omnibus peccata, tum ab ijs qui modum excedũt, tum qui citra consistunt, committũtur: ita nimirum hic quoq;, ac δὶς διὰ πασῶν (vt in prouerbio Græco est) non semel (arbitror) inter se discordãt, & qui neq; in hodiernum vsq; diem affirmant sciri medicamentorũ vires, idq; post tantam experientiam, & qui ex

vna

vna experiētia sciri eas cēsent. Nā & hoc præcipitāter inconsulteq; dictū est, si vtiq; inconsultū est quod fieri omnino nō potest: & illud hominū est, aut omnino attonitorū, aut planè litigiosorū. Verùm de his plura expectare nūc nō oportet, vtpote de quibus dictū latius est, tū in tertio de tēperamētis, tū in ijs libris, quos de medicamētis inscripsimus. Cæterùm, (vt dixi) ad noscēdos affectus aliquæ externarum causarū conferūt. Vbi verò præsentis affectus nihil latet, nulla iā externæ causæ est vtilitas. Ac diximus quidē in superioribus, nō esse in idē cōiungēdas vtrasq; doctrinas, sed seorsum Empiricē, & seorsū tradendam rationalē. Memoria autē tenendū nūc quoq; est, quòd, quoniā propositū nobis in his cōmentarijs est solā rationalē tractare, quāquam ad quæpiam horum quæ dicimus, nō apponitur quòd absolutè vera nō sint, sed tātū ex methodicorū sectæ sentētia: aliquē tamē id per se ratiocinari, vltroq; apponere debere. Nūc enim ipsi apposuimus nullā externarum causarum ad curationis indicationem conducere, sed ad affectus aliquando agnitionē, fatentes videlicet externā causam ijs qui empiricè quiduis curāt, vnā esse partem totius concursus. idq; siue ij ratione reliqua curāt, siue omnia empiricè. In ijs autē quæ deinceps scribētur, non erit necesse hoc adscribere. Rursus igitur ad propositū redeamus, indubitatū illud principium præsumentes, quo etiam in præ-

ex praecedentibus sumus usi, ubi diximus primum scopum quò medicus tẽdat, affectum ipsum qui curari desyderet, indicare: ex hoc verò et reliqua omnia sumi. Quòd verò cũ hoc scopo nulla externae causae societas sit, ex ipsis maximè ulceribus à quibus sermo est ortus, intelligas. Finge enim ex eo quòd in partẽ aliquã procubuerit, natum ulc⁹ esse. Quod si sit, ex vitiosis provenire succis manifestũ est. Ita enim ĩ morbis facere natura
10 solet: cùm corpus expurgat, omne excremẽtũ ad cutim trudit. Atq; hàc quidẽ ulcerari, totum verò corpus purgari accidit. Quaenã igitur est eiusmodi ulcerũ sanatio? Nẽpe quae reliquorũ omniũ, quibus nullus affectus malignus, quem κακοήθη Graecè vocãt, est adiũctus. Verùm si hoc sic se habet, manifestũ est nullũ esse ad curationẽ à causa quae ulc⁹ excitavit, indicationẽ. Atqui si vitiosus succus remaneret, omnino aliqua ab hac quoq; indicatio sumeretur. Verùm alioqui
20 etiã absurdũ esset, si curationẽ postularet, quod amplius non sit, aut si curationẽ indicaret, quod nullius indigeat. Quare dicere indicationẽ curationis ab externa causa sumi, omnimodo est absurdum. Quoniã ergo nõ ab hac, perspicuum est ab ea quae praesens est indicationẽ fore. At qualis tandem ea est indicatio? Nempe ei qui exactè loquetur, quae ad providentiam pertinet? (προφυλακτικὴν Graeci vocant) qui abuti vocabulo volet,* medicinalis. Quandoquidem

ipsorum

ipſorũ etiã vlcerũ, ſiue tantùm vlcera ſimpliciter ſint, ſiue etiã cum cauitate, ſi quis diligenter æſtimet, ex fugiẽdis proſpiciẽdisq; ijs quæ naturæ officient, ſanatio perficitur. Et in ſumma in quibus quod efficitur naturæ ipſius opus eſt, veluti vlceris glutinatio, & ex carne impletio: in ijs ad eã quæ prouidet artis partẽ, omnis pertinet cura. Cæterũ ſanatio vulgo dicitur. Ideoq; etiã huius quæ prouidet partis artis in altero genere conſtitutũ eſt, quod morboſum affectũ iam 10 præſentẽ ſummouet: in altero, quod eũ qui nondũ vrget, prohibet. Itaq; hîc quoq; iuniores medici de nominibus contendere ſe non intelligunt. Par aũt erat, ſi de rebus ſtudioſi eſſent, illud inueniſſe, duas eſſe functionũ medici primas differẽtias. Aut enim eos qui nunc vrgẽt affectus, ijs quæ moliuntur curant: aut eos qui non ſunt, fieri prohibẽt. Ergo præſentes iã affectus tollere, ſiue amouẽdis ijs quæ naturæ opus impediũt, 20 id fiat, ſiue per medicamẽta quid ipſi moliamur, omnes profectò homines curare dicũt: cauere autem ne accidant, proſpicere. Et ſanè ea quæ ſuccorũ vitio ſunt exulcerata, curãt ij qui ratione ac methodo artem adminiſtrãt, ſimul illos purgantes, ſimul ea quæ naturæ motus impediunt, auferentes. Quorũ vtraq;, qui exactè loquitur, prophylactica vocat. Vetãt nãq; (vt in proximo oſtenſum eſt libro) omnia talia, aut ſordem vlceri, aut humiditatẽ nimiam vitioſámve innaſci.

CAP

CAPVT IIII.

Non est igitur de nominibus anxiè contendendum, sed methodus potius aliqua sanandorũ vlcerum tradenda: qualem (arbitror) ipse tum in proximo libro, tum in hoc præcipio. Ego nanq; vel stupiditatem Thessali demiror, ita de vlcerum quæ cacoëthe dicuntur, curatione scribentis: Sunt autem perquàm necessariæ, & communitates vlcerum diuturnorũ, ac non sanescentium, aut post cicatricem inductam redeuntium, ad hoc vt in iis quæ non coalescunt quidem, æstimetur quid sit quod prohibeat, idq; tollatur: in iis verò quæ post cicatricẽ inductam renouantur, vt cicatricẽ tenere cogas, roborans scilicet (sic enim τὸ μετασυγκρίνειν vertimus) vel patientem particulam, vel etiam communiter totum corpus: atq; ne facilè patiatur, id præparans per ea quæ hæc faciant præsidia. Atq; hæc quidẽ Thessalus cùm in principio statim libri de chirurgia proposuisset, postea de iis ipsis latius ad hũc modũ scripsit. Diuturna vlcera & quæ nõ sanescũt, aut quæ ad cicatricẽ perducta denuò reuertuntur, hæc indicant. Quæ quidem ad cicatricem nõ perueniunt, vt quæ coitionem fieri vetãt, auferas, ac locum affectum noues. Postquã simile recenti vulneri feceris, rursus vt cruentũ sanes. Quòd si non processerit: vt phlegmonem mitiges, & reliquam diligentiam adhibeas. Quæ verò ad cicatricem veniũt, & rursus*

> * μετασυγκρίνειν Thessalo est μεταποροποιεῖν τοῦτ᾽ ἐστὶ τὸν τρόπον τῆς ποροποιΐας ὅλον ὑπαλλάττειν.
>
> Sic ita non multò pòst Galenus explicabit.

se aperiūt in accessionibus quidē, et exulceratio- «
nibus, vt simili modo cures iis quæ recens phleg- «
mone vrget: ex iis quæ mitigare solent, cataplas «
ma inducēs: idq; donec deferueat ira: vbi defer- «
buit, adiunes ad cicatricē inducendam: post hæc «
vt partes circūpositas latè cōplexus malagma- «
te, quod ex sinapi sit compositum, rubere facias, «
aut alio quopiam quod mutare possit, ac vt mi- «
nus malo pateāt efficere. Quòd si ita nō cessent, «
etiā totius cōmuniter corporis curā habeas, ipsum 10
per varias exercitatiōes, & gestationes, & vo- «
ciferationes, adhibitis scilicet earū rerū peritis,
*μεταουγκρίνων. *roborās: etiam victus ratione gradatim tum*
aucta, tum diminuta, principio à vomitione per
radiculas facto. Vteris etiā albo veratro, aliisq;
omnibus quibus vtimur in iis qui diuturni æ-
gréq; summoti morbi victus rationi subiiciun-
tur. Atq; hæc quidem est Thessali dictio. Ope-
ræpretiū verò est æstimare hominis vel stuporē,
vel audaciā: vtiq; si rectè se dicere sibi persuasit, 20
stuporem: sin conscius sibi nihil dicere, imponere
omnibus legētibus sperat audaciā. Ex diuturnis
vlceribus quænam est, ô generosissime Thessale,
curationis indicatio? Ego sanè neq; ex his, neq;
ex recentibus, nec omnino à tempore in vllo mor
bo curationem vnquam inueni, sed ex ipso quē
sanandum mihi proposui affectu. Prorsus enim
si tempus spectabitur, tanquam ab eo indicatio
sumatur, alterā omnino secūdus, alterā tertius
dies

dies indicationem dabit: ad eundem modum, & quartus alterã à quinto, & ab his omnibus sextus, & à reliquis singuli qui post istos. Sic affectus quos curamus, non vltra nobis ad considerationem proponentur, nec ab his indicatio sumetur: quo tamen ne cogitari quidem magis alienũ à ratione potest. Quomodo ergo necessariæ sunt diuturnorum vlcerum communitates, vbi nihil indicare tẽpus ipsum per se potest? Nõ enim pro
10 fectò vbi à malis succis vlcus eroditur, diuersam ex eo post quatuor menses indicationẽ sumemus ab ea quam statim ab initio sumpsimus. Ego sanè nec cinerẽ quidẽ eiusmodi vlcus diuturnum esse sed protinus in principio causam eius adimerem. Nam & nosse affectũ à principio plerunq; licet, & indicationẽ ab affectu sumi est necesse. Tempus verò quid amplius quàm dierũ numerum docere nos poßit, non hercle possum conijcere: nisi id voluit Thessalus, ad eiusmodi vlcera
20 noscenda tẽpus omnino esse manendũ. Verùm sic primùm idiota prorsus sit, si videlicet fatetur nõ prius agnoscere se affectũ, quàm vlcus inueterauerit. Deinde illud quoq; apertè fateatur oportet, ex alio suggeri sanationis indicationem, ex aliis præberi affectus notitiã. Nam esto cõferat aliquid tempus ad agnitionẽ, certè indicatio curationis à tẽpore nõ sumitur. Quid enim ad rẽ ptineat, si quod vlcus inueterauit, adimere quæ coitionẽ impediãt, et nouare locũ qui affligitur?

Nam si propter fluxionem malignam, quã cacoëthe dicũt: vir inepte vlceris labra hoc vel illo modo sunt affecta: quid cõmodi erit, si ea excideris antequam fluxioni sistendæ cõsulueris? Videlicet vlcus latius efficies, veluti nonnulli faciũt eorũ qui similiter vt tu vlcera curãt. Siquidem causa quæ ea & dura, et callosa, prius reddidit, adhuc manẽte, nihil aliud ex his excidẽdis accedet, quã vlceris amplificatio. quippe illa ipsa quæ excideris, perinde & dura, & callosa, rursus erũt, atq; ea quæ prius. Quanquam ne id ipsum quidẽ adiecit prudẽs scilicet Thessalus, callosa, et dura, & decolorata exulceratæ partis excidẽda esse: sed absoluto sermone abscindi quæ coitionẽ morãtur, iubet, ac nouari. Ac si quidem summouere causas quæ glutinationẽ morantur, suaderet, & vetus ea ratio esset, nec ipse eũ accusarem. Præcipitur enim ab omnibus ferè antiquis medicis quicũq; ratione quadã, ac methodo de vlcerũ curatione scripserũt causas quæ illa creãt, abscindẽdas esse, æquè profectò vt cæterorũ omniũ morborũ. Nõ enim (arbitror) in vlceribus manẽte adhuc causa quæ ea excitauit, hãc prius tolli expedit, in aliis morbis nõ expedit, sed omnino in omnibus in quibus effectrix causa adhuc manet, ab hac inchoãda curatio est. Quòd si, quæ coitionem impediũt, nõ dixit de omnibus causis, quæ eã impedire possunt, sed de labris tantum, veluti ex iis quæ subiecit, ostẽdit, plus certè nesci

In o~s morbis prius d[illegible] tolli c[illegible] q[illegible] a[illegible] fa[illegible] [illegible] morbum.

nescire, quàm scire eorũ quæ ad vlceris curationem spectãt, videtur. Quippe fieri aliquãdo potest, vt & hæc causa sola sit, quo minus sanescat vlcus, potest etiã (vt dictũ est) causa esse, et quæ citra tumorẽ præter naturam sit in exulceratis partibus intẽperies, & quæ cũ tumore quidem aliquo coniuncta sit, non tamen qui omnino sibi labra excidi desideret. potest & varix superiacens, vel lienis auctior, vel in iocinore vitiũ ali-
10 quod, præterq; hæc oĩa imbecillitas partis ægræ quæ ipsa quoq; intẽsa quædam est intemperies. quinetiã vitiosus in toto corpore succus, cacochymiam vocãt, maxima scilicet causarũ, quæ incõmodare vlceribus possunt. Vexat sanè nõ minus vlcera, & succorum æqualiter se habentiũ exuperãtia, quã plethorã vocant. Horũ quodq; si adimi Thessalus iubet, laudo hominem, ceu veteribus subscribentẽ, sin labra tantũ, vnũ nouit ex multũ, sed quod nec opiliones lateat. Quippe
20 si opilio vlcera labra dura, & callosa, et liuida, & nigra, et alio quopiã nõtabili coloris vitio videat, prorsus ea circuncidere non dubitabit. Est enim circũcidere res promptissima. maius verò quippiam, atq; artis egens medicamẽtis sanare, Thessalus aũt nec quæ labra molliri medicamẽtis possunt, vnquã nouit. quippe fatentur eũ penitus hãc artis partẽ declinasse, ita vtiq; vt ipse quoq; indicat, nec omnino experientiã rationalémve scientiã de vllo medicamẽto visus est ha-

bere: quod ipsum quoq; ex libro eius de medicamẽtis ostẽditur. Verùm de iis quæ ibi nõ rectè ab eo sunt prodita, in pgressu operis dicemus. Nũc de diuturnorũ vlcerũ sanatione, quã in prius posita dictione tradidit, paramus disserere. Sanè melius fuerat non diuturna, sed cacoëthe ea vocasse, tum naturã eorũ narrasse, & causas generationis eorũ exposuisse, curationẽq; cuiusq; primùm quidẽ communem omniũ, quatenus vlcera sunt: qualẽ in tertio libro descripsi, deinde priuatam cuiusq; pro efficientis causæ specie, veluti in hoc libro docui. Hic cùm nihil horũ fecerit, & nouandũ vlceratũ locum censet, & vbi instar recentis vulneris fecerit, vt cruenta sanandum. Hoc sanè quis in operibus artis exercitatus nõ euidẽtißimè intelligat ab eo esse scriptum qui nunquã vlcus curauit? Sanaréne vlcus diuturnũ, vt cruentũ quisquã potest, vbi id simile recẽti vulneri fecerit? Vtrúmne labris eius fibula adductis, an sutura cõiunctis, an potius horũ nullo, sed medicamẽto quod cruentis sit aptũ, & cũ hoc sola deligatura fretus? Quis est qui nõ norit vlcus omne cacoëthes statim etiã cauũ esse, vtpote ex rosione natum? Nũquid igitur insulse Thessale fieri potest, vt coalescat cauũ vlcus priusquam cauitas carne sit impleta? an nõ est hoc vt cruentũ sanare? Ergo ipse tu frustra cauorũ vlcerũ curandorũ indicationẽ non esse glutinationem, sed impletionem scripsisti. Quòd si etiã

non

non esset ex se cauū omne vlcus* cōtumax, certè * cacoe-
dum (vt tu præcipis) excisis videlicet labris, vt thes.
cruentum efficitur, ex necessitate cauū fit, maxi
mamq; conquirit labrorum distantiā: adeò vt
nō videā quomodo id glutines & coire vt cruē-
tum facias. Nam si adducere violenter labra,
quæ plurimùm distāt, tentabis, phlegmonē ne-
cessariò accersent, nec coalescent, id quod tātùm
intelligere mihi Thessalus videtur. Subdit enim:
10 Si nō fuerint victa vt phlegmonem mitiges. Sa
tius verò fuerat scribere, Cùm nō vincentur, vt
phlegmonem mitiges. Nā necesse est nō esse vin-
cēda. Verùm vt hoc quoq; Thessalo donetur, atq;
id transeamus, nec valde anxiè examinemus:
nec illud cuiuis apertum est, quòd à cōmunitate,
quā ipsemet tradidit, prorsus recessit. Quippe si
quod obstat auferemus, nihil amplius de cōmuni
tate diuturnorū vlcerū, quà diuturna sunt sume
mus. Sed detur hoc quoq;, videamus quæ sequū-
20 tur. Scribit enim ad hūc modū: Quæ ad cicatri
» cem veniūt, & rursus se aperiūt, hæc in accessio
» ne et vlceratiōe similiter curabis iis quæ recenter
» vexata phlegmōe sunt. Post hæc subdit, Malag
» mate quod ex sinapis semine fit, circūpositis par-
» tibus ruborē excitādū. Quid ais insane, etiā si a-
creet calidū sit qđ īfluit, rubrefieri particulā ex
sinapis semine oportet vt qđ in multo tēpore cō
trahere ex fluxiōe debebat, id statim ex tuo medi
camēto obtineat, tota videlicet vlcerata, atq; ero

sa? Nam veteres eas partiũ imbecillitates, quæ vel ex frigore, vel plurimo humore citra manifestũ calorẽ acciderant, rubrefaciẽdo curabant. Tu rubrificatione in omnibus deinceps vteris, primũ nullo facto discrimine, proptérne partis imbecillitatẽ, an propter fluxionis malitiã non sanetur vlcus. Deinde ordinẽ inuertis. Nã cùm sinapi particulã vsseris, nec quicquã profeceris, tum ad corporis totius curationem accedis. cùm cõtrà (vt arbitror) tum ratione, tum experimen 10 *to de iis sit statutum, vt toto prius corpore à superuacuis libera, tum calidũ aliquod acréq; medicamentũ parti admouere sit audendũ. Quippe eiusmodi medicamẽta omnia cucurbitæ ritu ad se trahere à toto corpore sunt habilia. Itaq; nisi id prius vacuaueris, materiã fluxionis acri medicamẽto relinques. Hoc enim tũ Empirici medici fatẽtur, tum dogmatici. hoc philosophorũ optimi senserũt. Nam cum eorũ quoq; meminerit Thessalus, non alienum sit eos citare testes.* 20 *Quòd oculũ rectè sanare ante totũ caput nõ licet, neq; hoc ante totũ corpus: sic Aristoteles, ac Plato, de morborũ curatione senserunt, sanè & Hippocrates, & Diocles, & Praxagoras, & Plistonicus: & veteres vniuersi. Thessalus verò solus nõ sic, sed primũ ad medicamentũ ex sinapi venit. pòst de toto corpore solicitus est, ne hic quidẽ prudenter quicquã docens. Nam cùm liceat corpore medicamẽto quod purget semel vacuato,*

cuato, mox salubri victu ipsum reficere, hic vociferationũ meminit, exercitationũq;, & gestationũ, & victus certo ambitu mutati, tũ vomitiõis ex radicula, mox summã his imponit, ipsum veratrũ. Idẽ scilicet qui sine vllo magno negotio oĩa sanare pmisit. Ego verò ne intelligere quidẽ possum quomodo quisquã aut deterius, aut maiore tẽporis dispẽdio, aut inani magis opera vlcus sanauerit. Age igitur sicut vsu nõnunquã
10 vidimus, sic verbis quoq; hominẽ fingamus, cui sanari vlcus cõtumax sit opus. Esto aliquis qui cætera quidẽ sit sanus, sed ex scabẽda derepente quapiã particula veluti brachio, pustulã statim excitarit, mox eadẽ ipsa particula iterũ atque iterũ pruritu vexetur, pustuláq; dirupta vlcus decolor inæqualiter erosum gignatur, atq; hæc in tribus quatuórve diebus à principio inciderint. Dicat mihi hoc loco quispiam ex medicis, qui Thessalũ imitãtur, quónã pacto sanare eius
20 modi vlcus cõueniat. Ego nãq; cacoëthes cõno id dico, & ob id qualis sit totius corporis affectus, statim cõsiderabo. Inueniã nãq; tum ex vlceris ipsius symptomatis, tũ ex notis quas totũ corpus præ se feret, cuius maximè generis sit is qui redũdat succus. Atq; hũc medicamẽto protinus eduicã, nec protrahã dũ totus hoĩs cubitus affectum quendã contumacẽ, rebellemq; curationi cõtrahat. At Thessali sectatores ipsius videlicet præcepta seruãtes, primùm expectabũt, dum vlcus

inueteratũ ſit, quò in mirificam illam inueteratorũ vlcerum communitatem recidat, quaſi nõ lõgè melius eſſet contumaciũ vlcerum, non autem inueteratorum communitatẽ, quæ curationem indicaret, tradere. Mox duorũ alterũ, aut excident, & ceu recẽs vulnus reddent, ac veluti ad glutinandum partes eius adducent, aut primùm quod ex ſinapi conficitur medicamẽto, vtẽtur. Quo nõ proficiente, ad ſublatas voces, et geſtationes, & reliquas exercitationes, & victum per circuitus mutandum confugient, ab iis vomitionem ex radicula mouebunt. Quòd ſi his vlcus nõ ſanabitur, veratrum dabunt. Sin nec id profecerit, hominẽ in Libyam ablegabũt. Nam id quoq; adiicere debuit Theſſalus, poſt eximiã illam contumaciam vlcerũ curationem. Quippe in vociferationibus, geſtationibus, & aliis eiuſmodi immoratur: quaſi malũ habitum corporis (quam καχεξίαν Græci vocãt) non vitiũ humorum (quam κακοχυμίαν dicũt) curent. Et quid miri ſi tum fatentur ſe vlcus cacoëthes ſtatim vt eſt natum non noſſe, tum verò dum ſit inueteratum, ac ſæpe cicatricem ducat, ſæpe ſe aperiat, manent, antequam quid facto opus ſit intelligant; vbi etiam eos qui quoquo modo febricitẽt: acceſſionem quæ tertio die futura nõ futuráve eſt, tranſire cẽſent? Adeò videlicet ad vnguem cõtemplationem de criſi pernouerũt, aut ſummũ morbi incrementũ futurum. proſpicere poſ-

possunt. Quid igitur sæpe accidit? Nẽpe tabesce re in lectulis horũ culpa homines, qui statim secũdo die explicari potuissent. Quippe non semel nos, aut bis, térve, sed sexcenties tum ipsi multos febricitãtes simul vt prima accessio desijt, laui mus: tũ præceptores nostros idipsum facere vidimus, intrepidéque decætero victitare permisimus: ceu pòst febri carituros, quos sapiẽs scilicet Thessalus, qui primã diatriton, id est tridui ine
10 diã excogitauit, prorsus arefecisset, totis (puto) tribus diebus fame cõfectos: mox dein (arbitror) modicè scilicet in quarto die nutriuisset: ab hoc paulatim reficiẽs, vix sexto aut septimo ad cõsueta munia qui semel febricitassent, dimisisset. Adeò semper homines in morbis tabefaciũt, à quibus vtiq; facilè possent liberari. Nam cùm paucissimis diebus sanari vlcus cõtumax incipiẽs posset, Thessalus id in annũ, aut etiam longius tempus incurrere sinit. Manere nãq; dum
20 id cicatricẽ sæpe inducat, sæpe etiã se resoluat, vt scias an contumax sit, mox vbi curationem inceperis, ne tunc quidem corpus statim purgare, sed primùm medicamẽto ex sinapi, dein gestatione, & vociferatione, & certo victu, post radicula, ab his veratro vti, hæc quid aliud quàm annũ expectãtis sunt? An per Deum immortalẽ, cùm sex diebus, aut plurimùm septẽ posset homo curari, multos menses trahemus, quò videlicet primùm an cacoëthes vlcus sit sciamus, dein

dein curationẽ inchoabimus? Et quæ demũ necessitas erat propriã inueteratorũ vlcerũ cõmunitatẽ tradẽdi, præsertim cũ nihil ad curationẽ conducat: licuerítq; nõ inueteratorũ, sed cõtumaciũ, nec horũ mehercle cõmunitatẽ indicatricẽ, sed curationẽ scribere? Quippe accidit quibusdã tũ vlceribus tũ morbis, vt cõtumaces rebellésque ad curãdũ sint: nec tamẽ inde curationis indicatio sumitur, sed affectus ipse primã curationis indicationẽ suggerit. Ex ea verò & quæ sunt agẽda inueniũtur, ad eum modum quem ipse tradidi. Quare hoc est methodo curare: quod nos facimus, veteres imitantes, si modò methodum esse oportet vnam quãdam vniuersalem viam, quæ omnium particularium sit communis. Hic verò etiam in hoc fallitur: putátq; quicquid omnino in ijs habetur, qui methodo aliquid faciũt, ipsam methodum esse. Nam notitiã certè habeat oportet tum similis tum dissimilis, qui methodo quiduis molitur: nõ tamen ipsum hoc methodus est, similis scilicet dissimilísque notitia: neque hoc Aristoteles Platóve affirmat, quos falsò Thessalus citare audet. Verùm hæc ad præsens refellere non attinet. Quare rursus ad medendi methodum reuertor, promittóq; ostensurum me tũ vnũ esse eius in omnibus curationibus principium: tum viam quæ ab eo principio ad finem vsque ducit, in omnibus particularibus similem esse. Quare & si in singulis morbis priuata

Quid sit methodus

quæ

quedā methodus sanādi videtur, cōmune tamē in omnibus genus vnū est. Auspicari nāq; perpetuò oportet ab indicatione quæ ab affectu, cui mederi paramus, accipitur: æstimare verò ac discernere an causa quæ affectū excitauit, iā desierit: nā nūc quoq; ipsum tum augeat, tum faciat. Dein, si desijt, ad eam quæ in tertio huius operis libro traditur, methodū est veniendū, sin adhuc facit, ad eā quæ hîc docetur. Quippe eadē hac
10 methodo tū phlegmones, tum febris, tū omniū vno verbo morborū remedia inuenias: vtiq; si nihil etiámnū fit, de præcedētibus causis non laborās, sed ab ipso tatū affectu ordiēs, sin nūc quoq; aliquid fit, duos tibi curationis fines proponens, tū alia deinceps, vt dictū est, faciēs. Sed enim mirari stupiditatē eorū, qui Thessalū sequūtur, est operæpretiū: nō vtiq; quòd in talibus delinquūt, sed quòd dispathias, & metasyncriseis, & imbecillitates, & firmitudines, & aliaid genus no-
20 mina nō pauca proferētes, quæ per ea significētur, ne nūc quidē, si interroges, respōdere possūt. Nā quid sit quod in omnibus diuturnis vlceribus Græcè dicunt μετασυγκρίνειν τὴν ἕξιν, nec similiter inter se omnes, nec clarè, nec prudenter respondent. Atqui si vel antiquum nomen esset, vel ab vllo Græcorum vsurpatum, ex ijs fortassis quæ illi scriberent, intelligi posset dē quo id negotio dicerent. Nunc quoniam stupiditatis ipsorum proprium est, vtique ex Asclepiadis

piadis hypotesi natũ, sicut & reliqua eorũ placita, æquũ profectò est ipsi sua somnia interpretetur: vnde scilicet quòd Græcè dicitur συγκρίνεσθαι τὰ σώματα, καὶ διακρίνεσθαι, quasi misceri secerníq; corpora dicas, solis ijs qui corpuscula, & meatus, aut indiuidua, & vacuũ, aut deniq; impatibilia, & inalterabilia, prima elementa statuunt, liceat vsurpare, sicut certè vsurpant & aßiduè ipsis nominibus vtũtur. Quinetiam ipse Thessalus in canone, cũ hæc principia confirmat, nouat quidẽ aliquid ibi quoq; præterea quæ à Themisone & Asclepiade sunt posita: cæterùm quod sentit, docet sanè nõ obscurè. Non enim prorsus sicut Asclepiades cũ in symmetria quadã, id est cõpetẽtia exiguorũ meatuum sanitatẽ, in ametria, id est incõuenientia morbũ cõstitueret, reditum ad pristinã meatuũ symmetriã sanationẽ putauit: ita Thessalus quoque est arbitratus, sed totũ exiguorum meatuũ statũ cẽset immutandum. Atque ex hac opinione proceßit metasyncriseos nomẽ, idem planè indicãs potestate, quòd Græcè μεταποροποιήσεως, id est, exiguorũ status mutatio. Cæterum nõ decebat ipsum in quibus fugere ab incertis obscurísque iubet, & tantùm ijs cõmunitatibus quæ euidẽter apparent, animũ intendere, in ijs quoque dogmaticorũ vti nominibus. At noli (inquiunt sectatores eius) cũ his vtitur, dogmaticè eũ audire: sed ἀφελῶς, id est, simpliciter. Nã ita ferre

suppetias ex sectatoribus eius quidã solent, videlicet ad aliud rursus nomẽ nos reuocãtes, nẽpe ἀφιλαμ, quã nos simplicitatẽ vertimus, quam neipsam quidẽ quid significet, ipse sanè intelligere possum. Si enim sicuti ipsi hoc quoq; rursus exponũt, ad aliud scilicet magis friuolum nomẽ nos remittentes, nempe Græcè βιτικῶς, quod ipsum rursus exponẽtes significari per id dicũt, idem quod vulgo hominum similiter, vtiq; tan-
10 tundem fuerit ἀφιλῶς ei quod non definitè, nec exactè, sed sine omni tũ arte, tum sciẽtia, siquidẽ loquũtur homines qui magis sunt ad loquendũ præcipites, artium nomina sub sensibus quibusdam qui nullo fundamento nitantur: rogati verò quid significẽt, ostẽdere clarè non possunt. Quod si hoc Thessalij isti accidere sibi fatẽtur loqui se quæpiam, nec intelligere se exactè quæ loquãtur id ipsum profectò fatẽtur, quod nos illis obijcimus. Nã metasyncrisis illa, si quidẽ de im-
20 mutãda poropœia, id est exiguorũ meatuũ statu dicatur, certè intellectus aliquid habuerit, significaueritq; rem aliquam, cæterùm friuolam multis modis, nam nec ex corpusculis & meatibus corpora nostra cõstãt, nec si hoc verũ esset, posset tamen aliquis docere qua ratione sinapi meatuum illorum statum immutaret, nec si id quoq; ostẽdere aliquis posset, consentiens eorum sectæ esset, qui se apparentibus communitatibus cõtentos esse dicũt. Ne igitur vtantur hoc nomi-

ne,

ne, nec nobis negotia facessant. Licet enim & sine metasyncriseos nomine, diuturnorũ vlcerum curationẽ alijs verbis dicere, sicut Empirici faciunt. Quòd autẽ & in ἀτονίας, id est imbecillitatis vocabulo simili modo nugẽtur, monstratũ prius est in secundo libro. Si enim sicut Empirici nomẽ vsurpant, aliud prorsus non significant, quàm quòd actio non seruatur. Sin autem facultates aliquas gubernare animal proponũt, quales tũ nos asserimus, tum omnes ferè veteres præter id quòd Asclepiadis dogmatis cõtra dicũt, etiã incerta, & de quibus parũ inter autores cõueniat, attingunt; quanuis ea fugere iubeãt. Sed dic nobis Thessale clarè, quid sibi velit illud μεταςυγκρίνειν? Si nãque exiguos meatus mutare: & falleris, & quæ incerta sunt vsurpas. Si firmari sanãq; reddi corporis particulã, vel hominẽ totum, nihil hîc præter nomen plus quàm Empirici doces. Quippe sciũt hi quoque remedijs quibusdã admotis reddi hominem sanum: cæterùm qua ratione remedia id faciant, vtiq; nesciunt. Neque enim an exiguos meatus mutet medicamẽti facultas, neq; an symmetriã efficiat, neq; an totum patientis particulæ qualitatem alteret, potest Empiricorũ quispiam dicere. Atq; illi saltem sunt modesti, vt qui vnũ se solũ scire dicãt, huic scilicet morbo in hoc tempore si medicamentũ ex synapi adhibeatur, sæpe notasse se vtilitatẽ secutam. Non tamẽ metho-

dos

dos loquũtur, nec ſupercilium attollunt, nec tali ſibi notitia placent, nec antiquis maledicunt, nec Hippocratẽ pro nihilo habent: imò verò ipſum laudant, feréque omnia verè dixiſſe affirmant. Hic verò Theſſalus qui tũ hunc, tum reliquos omnes medicos cõtemnit, Empirica contumacis vlceris præcepta ſe ſcribere non intelligit: quanquam ſi vel hoc commodè faceret, vtiq; aliquid operæpretium faceret. Atqui ne id quidẽ feciſ-
10 ſe videtur, cùm ordinem remediorum inuertat, & prius partis remedijs vtatur, quàm totum corpus præparauerit. Nã hoc inſignis inſcitiæ argumentũ eſt: cùm in vno eo ferè omnibus medicis conueniat, quanuis in plurimis diſſentiant, quod totum corpus vacuum purúmq; ab excrementis antè ſit reddendum, quàm vlla pars valentis remedijs ſit ſubijcienda. Nam ſiue experiẽtia iudicare quis velit, ſiue etiã ratione (tertium enim quo iudicet, neque in alia quapiam
20 arte, neq; in vlla vitæ parte quiſquam habet) maximum eſſe incommodum deprehendet: cùm toto corpore ſuã curam requirente, priuſquam illi ſit proſpectũ, afflictæ parti acre aliquod & calidũ medicamẽtũ ſit admotũ. Trahit enim ad ſe, cucurbitæ more, ex toto corpore ſuperuacua: atque ita in graui parte affigit, vt ægrè auelli poſsint. Quo magis operæpretium eſt Theſſalios iſtos percõtari, vndénam Theſſalo in mentẽ venerit de contumacium vlcerum curatione talia

nugari, cũ nec Empiricus quiſquã antè, nec rationalis ita ſcripſerit: ſed nec ipſe Theſſalus, nec eius ſequaciũ quiſquã eiuſmodi remediorum ordinẽ aut cũ experiẽtia cõſentire, aut cum ratione affirmare auſit. Adde quòd nec docere poſſunt quomodo tempus indicet, nõ autẽ affectus. Sed neq; (quod hoc maius eſt) quomodo Theſſalus, qui æſtimãdum cenſet quid ſit quod cicatricem vlcerũ moretur, atq; id tollendũ, non prorſus ſit ſtupidus: ſimul cũ hoc tãtùm ſatis eſſe non videat, diuturnitatem autem vlcerum nihil eſſe ad rẽ, ſimul cũ non in vlceribus modò, verumetiam reliquis morbis omnibus id eſſe faciendum veluti veteres monẽt, non aduertit. Verũ ad hæc nobis nihil reſpõdẽt: ſed ſemper non rectè intelligere nos dictantes, tanquam videlicet ipſi vel Hippocratis vel veterũ cuiuſquam ſententiam ad vnguẽ intelligerent, rectè Theſſalum dixiſſe affirmant diuturnorum vlcerum vnã quandã cõmunitatem eſſe. Ita enim Hippocratẽ quoq; ſenſiſſe in libro de vlceribus, cũ ita ſcribat: Etiã ab inueteratis vlceribus id agere vt ſanguis crebrò effluat, cõducit, quomodocunque videtur opportunũ eſſe. Fortaſſis ergo ad rẽ pertineat, tametſi nõ prædixerim me de Hippocratis mente hoc loco diſſerturũ, vel ſummatim aliquid de ea perſtringere, fuerit verò quod dicemus non minus & priſcorũ ſenſus interpretatio. Hos nãq; viros, ceu nullius adhuc dogmatum ſectæ addictos,

10

20

ctos,

ctos, sed pura & simplici mente studentes vtile quippiã ad sanitatẽ inuenire, credibile sanè est quædã vsu, quædam inuenisse ratione, tum scripsisse quæ inuenerãt, subinde nõ adhibita inuentionis suæ ratione, aliquando verò & adhibita: atque id fecisse ipsius legentium vtilitatis causa. Quippe vbi ad dextrũ inuentorum vsum conducturũ posteris sperabant, si rationem inuentionis nouissent, tũ eã diligẽter prodiderunt, vbi 10 secus, & superuacuã relatu putauerũt, & propterea omiserũt. Nã quòd sermonis cõpendium prisci in primis coluerũt, id omnes vel me tacenteiã norunt, atque ob hãc maximè causam non Hippocrates modò, verũetiam reliqui priscorũ medio interim transgresso, primo tertium adnectũt. Si enim primum secundi sit signum, atque hoc tertium ex necessitate sequitur: ita tertium primo subijciunt, secundũ prætereuntes. Ostendi verò persæpe tũ reliquos antiquos, tum verò 20 maximè omnium Hippocratẽ talia scripsisse, debétque qui callere priscorum interpretandi genus volet, in illis exercitari. Nunc verò ipsum quod propositum est, tantùm exponam.

CAPVT V.

Nam quæ vlcera, omnibus ritè decentérq; factis, tamẽ nõ sanẽtur: ea medici Græcè κακοήθη, nos maligna, cõtumacia rebelliáve dicimus. Diuturna autẽ prorsus fiũt cũ dũtaxat, vt vlcera sunt, curãtur. Quæ verò sit vlcerum

vt vlcera sunt curatio, in libro qui hūc præcedit, definitū est. Hæc igitur vlcera & cacoëthe, & inueterata, & diuturna vocant, indifferēter his nominibus in ipsis vtētes. Quinetiā ad noscendū quòd affectus ipse δυσκολίας, id est, cōtumax ad sanādū sit, vnà cū alijs notis, etiā id quòd, peractis etiā quæ decēt omnibus, diuturna fiant aliquā portionē habet, nō tamē aut ipsa diuturnitas, aut quòd diuturna & vocētur & sint, idoneā curationē indicat, sed ex hoc, quòd malè affecta sit vlcerata pars, licet colligere, hoc verò inuēto, & curationis ratio cōstabit. Quo, inquies, modo? Nēpe vbi tātū eæ partes quibus vlcus insidet, ita sunt affectæ, si has sanaueris, vbi totū corpus vitioso aliquo succo abūdat, si hūc vacuaueris. Ac signū quidē vitiosi succi est ipsa vlceris diuturnitas. inuentio autē eius quod expedit, nō ex diuturnitate, sed ex succi vitio suggeritur. Quare tria hæc deinceps se habēt, signū, affectio & curatio. Signū quidē ipsa diuturnitas. Affectus succi vitiū. Curatio eius vacuatio. Atq; hac ratione subinde veteres inuenias medio prætermisso tertium statim primò subijcere: veluti Hippocrates fecit cū dixit: Tum ab inueteratis " vlceribus confert, vt aßiduè sanguinem effluere " facias, vtcunque id opportunum videbitur. Non " vtiq; curationē indicante vetustate, sed sanguinis " vitio. Quippe ipse mox subijcit. Prohibet " nāque maximè quidē eiusmodi vlcera sanesce- " re.

re. Post verò etiã reliqua omnia, putredo sangui
nis, & si quid ex sanguinis trãsmutatione est or-
tũ. Quinetiã pòst paulò cùm de vlceribus quæ
,, ad cicatricẽ nõ veniunt, differit: Nec si (inquit)
,, quæ vlcus ambiũt, nigricẽt, sanguine putri, aut
,, etiã varice fluxionẽ suppeditãte, id genus vlcera
,, ccire possunt, nisi quæ vlcus ambiunt, sana red-
,, das. Pòst etiã de varicũ sanatione scribit. Ad
hæc etiã purgationis meminit totius corporis, tũ
10 in alijs quibusdã vulneribus, tũ ijs quibus cariẽ
quam sphacelõ vocant, instare est metus. Præ-
terea herpetibus, & esthiomenis omnibus, id est
quæ exedũtur. Ita enim Græcè nominare solet
ea quæ humor aliquis erodit. Iã verò in ijs quæ
,, mox sequũtur, rursus ad hũc modũ subiũgit: In
,, quocũq; vlcere erysipelas superuenerit, purgatio
,, totius corporis adhibẽda est. Et in summa, si cu
riosè librũ de vlceribus reuoluas, inuenies sem-
per eũ ab affectu indicationẽ sumere, vti verò in
20 terim & tẽpore, sed ad affectũ noscẽdũ. Quòd
verò hæc ita se habeãt, ex ipso libri ingressu a-
,, gnoscas, qui talis est: Vlcera madefacere, quæcũ
,, que ea fuerint, nisi vino nõ oportet. Tũ causam
,, adijciẽs ait: Nã siccum sano vicinius est, humi-
,, dũ verò non sano. Et mox: Vlcus enim humidũ
,, est: sanũ autem siccum. Ideóq; per totum librum
cũ totius vlcerum curationis finem siccationem
statuat, mox particularia inuenit, etiam finis
ipsius subinde nos commonefaciens. Cùm enim

ita scribit: Quodcũq; vlcus acuto telo cæsim percußimve diuisum est, medicamentũ quod cruentis statim imponitur ἔναιμον Græci vocant, ac siccans & quod suppurare vetet, admittit. Fit enim effluẽte sanguine siccius. Et rursus: Quæcunq; probè & opportunè purgata, semper ad siccius promouentur, [ijs caro magna ex parte nõ supercrescit,] nisi si cõtusa sint. Et rursus: Si quod coire nequit, humecta caro in causa est. In his omnibus primæ sanandorũ vlcerum indicationis nos admonet. Siquidẽ vlceris qua vlcus est sanatio, mediocris siccatio est. Cuius rei demonstratio in libro qui hũc præcedit, tradita est. Verùm vlceris quod cum alio affectu cõiunctũ est, cuius videlicet præcedere curationẽ oportet, eius curatio vt vlceris solius nõ est, sed prior illius affectus, secunda vlceris. Nã siue phlegmone quæpiam, siue nigritia, siue ecchymosis, siue erysipelas, siue œdema, vlceratã carnem obsederit, primùm eius molienda curatio est. At verò quòd vlcus interim nõ solùm nõ cõmodè curatur, sed multò etiam maius redditur, id neminẽ lateat. Nam siue cõtusa fuerint circũposita vlceri loca, seu phlegmone aliúsve tumor in his consliterit, propria eius affect⁹ sanatio inueniẽda nobis est: illud pro certo habẽtibus, fieri nõ posse vt vlcus sanetur, nisi locus in quo cõsistit, prius sit sanatus. Ac proinde Hippocrates ipse redigẽs nobis in memoriã ea quæ statim in libri initio tradiderat,

[Hæc non sunt in Græco exẽplari nec eo sensu, loco paulò pòst sequẽte, sunt ab Hippo. posita.

10

20

derat,tũ quæ reliqua paulò antè sunt cõprehen
» sa,tũ verò hæc adscripsit. Quodcũq; vlcus cæsim
» percussimve acuto telo est diuisum,medicamen-
» tum enæmõ,& siccãs,& quod suppurare vetet,
» admittit. Sin caro aliqua telo tũ cõtusa,tũ cæsa
» sit,huic ita medẽdũ est,vt quãcelerrimè suppu-
» ret,nã & minus phlegmone vrgebitur, & ne-
» cesse est carnes quæ cõtusæ cæsæq; sint,putrefa-
» ctas & in pus versas liquari,postea nouã car-
10 nem nasci. Indicat enim hoc sermone manifestè
solos eos vlceratarũ partiũ affectus non esse sic-
cãdos,in quibus gigni quàm celerrimè pus cu-
pimus: vtiq; quòd cum aliqua putrescentia pus
fiat,obiter docens. Porrò omnia quæ putrefiũt,
ex calido & humido sic afficiũtur. Ideoq; etiam
ea cataplasmata,quæ ex hordei farina cõponũ-
tur,ceu quæ calefaciẽt humectentq;,omnibus ijs
affectibus quibus moueri pus expedit,admoue-
mus. Hordei nãq; farina ex aqua & oleo,itẽq;
20 panis ex aqua & oleo,præterea fomentũ multæ
calidæ aquæ, & tetrapharmaci vis,oĩa deniq;
quæ calefaciũt & humectãt,celerrimè pus mo-
uens. Ideoq; etiã ijs partibus quæ phlegmone in-
festantur, vbi vehemẽtius iam pulsitant, sic vt
iam desperetur de horũ citra pus curatione,ve-
teres omnes eiusmodi applicãt medicamẽta: an-
tè verò nequaquã. Atq; hoc Hippocrates ipse
apertè nos docet in memoratis iã verbis,quibus
iubet quæ sine cõtusione vulneratæ partes sunt,

quãmaximè ſiccare, quæ cũ contuſione quadam ſunt læſæ, ijs quãprimũ pus mouere. Quinetiã cùm dixit: Quæcunque vlcera non probè & vt cõuenit expurgata, ſemper prius pullulare incipiũt, ijs maximè caro ſupercreſcit, quæ verò ꝓbè et vt decet expurgata, ſemper ad ſiccius promouẽtur, ijs, niſi ſint contuſa, caro vt plurimùm nõ ſupercreſcit. Quippe hic illud niſi ſint cõtuſa, quod adijcitur, redigit nobis in memoriã, quod in ſuperius proditis verbis eſt dictum, nẽpe oportere omnia ſiccari præter ea quæ contuſa ſunt. Neq; enim ſicubi cataplaſmate quod calfaciat humectetq;, illinuntur quæ phlegmone infeſtantur, ex prima ratione id fit, hoc eſt vt remedium affectus, ſed vt ſymptomatis mitigatio, ſiquidem ipſius phlegmones remedia ſicciorũ ſunt viriũ. Audi nanq; loquentẽ Hippocratẽ: Cataplaſmata œdematũ, & phlegmone quæ in circà poſitis cõſiſtit, verbaſcum coctum & folia trifolij cruda & epipetri folia cocta & poliũ. Quippe omnia hæc ſiccandi vim habẽt: veluti in cõmentarijs de ſimplicibus medicamẽtis docuimus. Et cõpẽdiaria obſeſſarum phlegmone partiũ curatio per id genus præſidia obitur, q̃ ſanè vel affectũ prorſus ſummouẽt: vel ſi quid exiguũ quod ſuppuret, reliquerint, alterũ medicamẽtũ acre, quod educere pus queat, requiritur: vel ſi tenuis circũpoſita cutis ſit, veliſq; celerius explicatum ægrũ ſectio petẽda eſt. Cæterùm curatio phlegmones

mones per hordei farinã dolorẽ lenire stud.ntis est, nõ medentis, & citra malum pugnãtis. Verùm de taliũ differẽtia in sequẽtibus plenius docetur. Illa porrò mihi demõstrata manifestè puto, Hippocratẽ tũ vlcera quæq; siccãda esse iussisse, tum hãc esse curationis finem sanxisse, ipso scilicet affectu indicationẽ præbẽte, non tẽpore. Quòd si quis hoc magis etiã sibi persuasum cupit, librũ eius de vlceribus totũ diligentius euoluat. Intelliget enim illud ipsum perspicuè, tum vnã esse vlcerum omniũ generalẽ curationem, nẽpe quam nos proximo libro docuimus: tũ verò non minus illud, nullã esse à tẽpore nec in vlcerib⁹, nec in phlegmone, nec deniq; in alio quopiam affectu indicationẽ. Quoniã verò in hunc sermonis locum peruenimus, æquũ est ostendere non modò horũ quæ iam retulimus fuisse inuentorem Hippocratẽ, sed etiã reliquorũ omnium quæcũq; hunc scire qui cõmodè vlcus sit sanaturus, est opus. Videtur enim is non solùm vlcerum quæ citra aliũ affectũ consistunt, sanandorum rationẽ inuenisse, vt quæ in siccãdo cõsistat: sed etiã priuatim per species affectuũ cuiusq;. Nam aut vitiosus succus ad partem cui vlcus insedit, amplius non fluit, aut etiam fluit, ac si non amplius fluit, ipsi tãtùm quod laborat, succurendũ est, si quidẽ vel liuidum, vel nigrũ, vel rubrum conspicitur, scarificando, ac sanguinem emittendo: mox (vt ipsius verbis vtar) spongiam statim

ficciorem magis quàm humidiorem superimponendo: neq; enim, arbitror, ignorabit quisq iam particulam illã, quàm, negationis hoc loco vim habere, tanquam ita diceret, ficciorem, nõ humidiorẽ: post hæc verò etiam ficcãtia remedia applicãdo: ab his, si res postulet, rursus sanguinem auferẽdo, ac mox iterum talia peragendo, donec parta omnino sanitas sit: quòd si labra vlceris dura callosaq; appareant, etiam ea excidendo. Etenim de his quoq; ita ait: Circularia vlcerũ, si subcaua sint, circulo præcidere quæ abscesserũt oportet, vel omnia, vel ex dimidio circuli secũdum hominis longitudinẽ. Scripsit verò & de tumoribus, qui coniuncti cum vlcere sunt, vniuersis, quẽadmodum curandi singuli sint: simili modo & de varicibus: quando horũ quoq; occasione contumax ad sanandum vlcus redditur, quoniã aliqua ex his humiditas ad exulceratas partes defluat. Ad eũdem modum & cùm ex toto corpore humor confluit, totũ purgare iubet, nusquã videlicet in his indicationem à tempore sumens. Nam & ridiculum planè sit adeò multas ac varias sæpe etiam cõtrarias indicationes ab vna cõmunitate fieri. Nam si etiam demus indicationem aliquam à tempore sumi: quæ tãdem ea sit dicere par est, ac summa quapiã vna eam complecti: veluti in reliquis omnibus ipse quoq; Thessalus facit, nedũ nos. Quippe vnum illi perpetuò indicat adstricti corporis affectus:

nempe

nempe vt remittatur ac relaxetur: vnũ rursus soluti, vtiq; vt adstringatur. Quinetiã in ipsis vlceribus quod sordidũ est, abstergeri postulat: quod cauum est, impleri, quod æquabile est, cicatricem induci: cui caro supercreuit, hãc sibi detrahi etiam eo ipso autore. Ergo sicut in horũ singulis, ita in diuturnis quoq; alterũ aliquid ad portionem ostendat quod vnũ sit: verùm nõ potest. Nam & excidenda ea præcipit. At quænam, quæso, si ista rationabilis a tẽpore indicatio, ut remedijs ex sinapi vti, de quo vanum illud nomen metasyncriseos vsurpat: ab hoc ex radicula vomitu, & postremò, cũ nihil vltrà inueniat, veratro? Verùm hæc quidem (quemadmodũ dixi) etiã in sequentibus plenius dicẽtur, vbi nihil vsquam vllo in morbo à tẽpore indicari, sed signum id nonnunquam affectus esse docebimus.

CAPVT VI.

Verum rursus ad Hippocratem reuertor, Quem sanè diligentiæ nomine admiror, cùm in alijs omnibus: tum verò quòd scopũ, qui medico ad indicationem non in vno alteróve, sed prorsus omni morbo sit spectãdus, non omiserit. Est porrò is qui ab effectus magnitudine sumitur, quem nõ modo methodici prætermiserunt, (non enim est id mirum) sed etiam rationalium plurimi, atque etiam Empirici (quanquam alio modo) omnes. Nam vbi in redundantis sanguinis (vt illi loquuntur) concursu,

vacuat

vacuationem à se obseruatam dicũt: manifestè fatẽtur ob nullius alterius eorũ quæ in ægro visuntur respectũ, se ad vacuationẽ accedere. Neq; hoc dico propterea quòd purgatio vacuatio sit, quam redundãtis sanguinis cõcursus nõ indicet: sed quòd etiã tametsi redũdantis sanguinis concursus non adsit, ad ipsam tamẽ sanguinis missionem interdũ sit confugiendum: quando si valens morbus sit cũ viriũ robore, nemo est qui sanguinẽ non mittat, qui vtiq; in artis operibus sit exercitatus. Quippe ipsos Empiricos videmus cùm lapsus ab alto quis sit, aut aliàs plaga aliqua cõtusas vehemẽter corporis partes habuerit ad sanguinis mißionẽ cõfugere, quãquam idem homo paulò ante sanus fuerat, prorsusq; redundantiæ sanguinis expers. Ex quo patet non hoc esse quod mittendũ sanguinẽ indicet, sed magnitudinẽ morbi, ac viriũ robur: exceptis tamẽ à sermone pueris. nã & alia ratione si quis etiã nũ sanus, nec adhuc quicquã læsus in sanguinis redũdãtis cõcursu sit positus, nõ statim huic mitti sanguinẽ est necesse: imò alijs satisfacit inedia, alij cibi parcitas, alij soluta alu⁹, vel purgatio, vel frequentius balneũ: alij sola exercitatio, vel multa frictio abundè fuit. Mißio verò sanguinis ne ab ipsis quidẽ Empiricis, ijs qui ita se habẽt, necessariò adhibetur. Ad eundẽ modũ nec purgatio in sola vitiosi succi abũdantia cõuenienter suscipitur: sed sicut mißio sanguinis vel propter ipsius

abund

abũdantiã, vel propter morbi magnitudinẽ: ita purgatio & propter abũdantiã alterius cuiusquã succi, & ꝑpter vim morbi adhibetur. Ac de sanguinis missione, tũ in alio libro egimus, tũ verò in sequẽtibus agemus. de purgatione in hoc libro disserã. desyderãt enim ægri hãc nõ modò, vt quòd noxiũ superuacuũ quo vrgẽtur educat: sed etiã vt quod tũ ad diuersum trahat, tũ vacuet. Atq; ob eã rẽ Hippocrates tũ in reliquis
10 omnibus operibus, tum in eo quod de vlceribus prodidit, etiam morbi magnitudinẽ ad purgationis indicationẽ cõsyderat: Purgatio, inquies,
» per aluum plurimis vlcerũm prodest. Præterea
» vulneribus quæ in capite sunt accepta. item quæ
» in vẽtre & articulis. ad hæc ijs in quibus ossi ca
» ries impendet. Præterea quæ sinuntur, & quæ
» exedũtur, & herpetibus, & reliquis quæ vlcera
» diuturna reddunt: etiam quæcunque deligandæ
» sunt, per aluũ purganda sunt. His verbis clarè
20 docuit vlceribus omnibus & vulneribus quoties præualida sunt, purgationem esse vtilem. Cùm enim trifariam nõ hæc modò vitia, verũ etiam reliqua omnia grauia magnaq; reddãtur, nẽpe vel propter affectæ partis præstãtiã, vel ꝑpter affectus magnitudinẽ, vel ꝑpterea quòd sunt cacoëthe: cuiusq; horũ seorsum videtur Hippocrates mentionẽ fecisse, vtiq; in capitis vẽtrisq; vulneribus præstantiã læsæ indicans partis. vẽtrem autẽ hoc loco nõ solùm inferiorem intelligẽdum
esse,

idem 4. l. 6. cap. 2.

esse, sed etiã superiorem, patêre cuiuis arbitror. Diuiso nanque quod inter collum & crura est trunco in duas capacitates maximas, prior sub thorace, secũda sub mẽbrana quæ abdomini sub tenditur, (περίτοναιον Græci vocant) continetur. Et sanè vulnus quod intra thoracẽ intráve etiam peritonæon penetrauit, non paruũ periculum affert, potissimum si quid interiorum vnà sit vulneratũ. Quinetiam cacoëthe statim fieri quæcunque in articulis accepta vulnera sunt, id quoq; omnes ferè sciunt: Empirici quidẽ ex sola ipsa experientia, cui soli attendũt: qui verò corporis naturæ scientiam cõparare studuerunt, ex ipsa vulneratarũ partiũ natura. Vbi enim tendones, & nerui, & carne vacua, atq; ossea loca sunt: hîc doloris, vigiliarum, cõuulsionis, & delirij periculũ instat. Tum hæc igitur vulnera, tum quæ suũtur, id est quæ adeò sunt magna vt suturis indigeãt, aut si non his, certè deligatura, purgationẽ desyderãt. At verò iã dictũ in pximo libro est, quæ magna vlcera sunt, ea vel suturis, vel deligaturis esse cõiungẽda. Quinetiã quibus corrũpendi ossis periculũ impendet, ea vtiq; cũ magnitudine phlegmones sunt. Iã quæcunq; exedũtur, ea tũ cacoëthe sunt, tũ malorũ succorum soboles. herpetes quoq; à bilioso excremento ortũ habẽt, reliquaq; quæ inueterãtur omnia, ex huiusmodi quapiã causa proueniunt. Quare in omnibus his nõ sine ratione purgarẽ per aluum iubet.

» iubet. in progressu verò hæc insuper adijcit: *In*
» *omni vlcere cui erysipelas superuenit, purgari*
» *corpus oportet qua parte vlceri maximè condu*
» *cit, siue id per superna, siue per inferna sit.* Cuius
etiã ipsius rei discrimẽ in libro de succis nos edo-
cuit, * auertere nos iubẽs ad contraria, deriuare
verò ad latera quinetiam cùm maximè influit,
tum ad diuersa * reuellere: dictũ verò & de hoc
in eo libro est. Quare nũc quoq; si etiamnum flu
10 xio valẽter irruat, reuellere ad cõtraria studebi
mus: vtiq; si in superioribus vlcus consistat, per
inferna purgãtes: sin autem in inferioribus sit,
superiorem ventrẽ vacuantes. At si iam fluxio
restitit, atque in membro inhæsit, deriuare per
vicina magis expedit: cum & in propinquiora
translatio sit; & purganti medicamento prom-
ptior, tũ accessus, tum attractus è vicino detur.
Hanc verò rationẽ ad aliam quoq; artis partẽ
spectare, nẽpe quæ de succorũ medicatione præci
20 pit, neminẽ latère arbitror. Proindeq; in sequẽ-
tibus etiam repetere eam erit necesse, ac totã ab-
soluere. Nũc illud docere volo, tum ipsam mor-
bi siue vim, siue magnitudinem appellare velis,
pro indicatrice quadã sanguinis detrahendi, vel
purgationis adhibẽdæ, statuendã esse: tum verò
Hippocratẽ hanc omniũ quos nouimus primũ,
indicationẽ adinuenisse. Ac de alijs quidẽ mor
bis insequẽtibus libris id ostẽdã, de vlcerib⁹ verò
in hoc, qui in manib⁹ est. Ac de purgationibus
quidem

* ἀντισπᾶν, id est reuellere.
* ἀντισπαστικόν est in Græco.

*quidem mihi explicatum iam est. Nam cùm triplici genere morb⁹ quisq; sit grauis, aut propter præcellentiā partis, aut propter affectus magnitudinē, aut propter ipsius cacoëthean omnium horū meminit Hippocrates, vbi de purgatione egit. Quid igitur, dicet aliquis, nūquid etiā sanguinē detrahi interdū suadet propter has ipsas causas? Mihi verò id quoq; iubere videtur, verū breuiter, *nec sine demōstratione: veluti tū ipsis tū reliquis antiquis mos fuit. Id ita esse intelliges, primùm quidem si hæc eius verba relegeris: Omni recēs facto vulneri, nisi in vētre sit, expedit eò ipso statim sanguinē plus minúsve effluere: quippe phlegmone minus tētabitur, tum vlcus ipsum, tum quæ circūpósita loca sunt. Post hæc aūt si verba quæ in libro de vlceribus ab eo sunt scripta, tum quæ in aliis omnibus libris sæpe proposuit, recorderis, debere scilicet imitatorē esse medicū non tantùm naturæ, sed etiā eorum quæ cū sua sponte veniunt, conferunt: clarè iam senis mentem intelliges de sanguine cùm magna sunt vulnera detrahēdo. Si nāq; expedit in talibus sanguinem effluere, nō autem effluxit, quod deest, ipse adiicias oportet: declarant id ea quæ subiungit: quippe hæc statim cum iam dictis verbis copulat: Et ab iis q̄ inueterata sunt vlcera, « vt sanguis crebrò fluat, efficere prodest, vtcūq; « opportunum videbitur, tum ab ipsis vlceribus, « tum à circūpositis vlceri partibus. Nā quoniā «*

* Græcè pro nec, legitur, &c.

præ

prædixerat omni vlceri recēs facto sanguinem emitti debere, cernens, nisi etiam de inueteratis mentionem faceret, fore vt ab aliquo putaretur de recentibus tantū, ita pronūtiasse: idcirco illud rectè adiecit, et ab inueteratis vlceribus sanguinem mittendū esse. Ac si perpetuū est, quod ab eo didicimus, incipientem fluxionē ad contraria trahendam esse, fixā verò iam in laborāte particula vacuandā esse vel ab ipsa particula quæ 10 affligitur, vel à maximè vicina, in promptu nobis et de sanguinis detractione colligere nūc est, quòd in principio hæc è lōginquo, postea ab ipsis exulceratis partibus sit emolienda. Quinetiā si iis, quæ iam dixi: illud quoq; adiicias, nepe quod ipsum qui redundat succū vacuandū esse Hippocrates suadet, aliàs sanguinis detractionē adhibebis, cùm videlicet is vincit: aliàs pharmacum quod ad bilem flauā, vel atrā, vel pituitam educendam vim habet, dabis. Illius interim in 20 omnibus his non immemor, non esse vlceris qua vlcus est vllā id genus curationē, sed vel vitiosi qui cōiunctus est succi, vel redūdātia, vel phlegmones, vel herpetis, vel eius generis alterius. Sed nec illius oblitus, quòd aliquid īterim ex iis quæ vlceribus accidūt indicationē propriā suggerat, veluti magnitudo. Dictū autē & de ipsis vlceribus est in libro qui hunc præcedit, vbi vlcerū differētias omnes, & quot, & quæ sint, & quæ sit vniuscuiusq; indicatio, exposuimus. Præberi

tamen vacuandi indicationem ab ipsa ægritudi nis vi, in eo libro nõ dixi, propterea quòd & longiorem demonstrationem requirebat, & totius corporis curam cum vlceribus in eo non coniunxi, hîc verò executus sum quantum ad rem propositam erat vtile.

CAPVT VII.

NAm absolutus sermo de hoc genere indicationis, quã à magnitudine morbi sumi diximus, etiam in sequẽtibus habẽdus restat. Pari modo de indicatione quæ ab ætate sumitur, præterea de ea quæ ab humoribus sanandis accipitur. Ad eundem modũ & quæ ab afflictis partibus indicatio exhibetur, consummatius in sequẽtibus libris tradetur. Nunc enim quod ab earũ natura, id est tẽperamẽto, & substãtia sumi ad curationem potuit, tãtùm diximus. Quæ verò tum à positu, tum à forma, itemq; vsu, præterea sensus acumine, hebetudinéve, indicatio suggeritur, hãc nõ attingimus. Dicatur itaq; et de his, quantum sit ad vlcerũ curationem vtile. Igitur quæ acuti sensus pars est, eam quàmaxi mè citra dolorẽ curare tentandũ. Tradita verò eiusmodi * remediorum materia est in iis libris, qui sunt de simplicibus medicamentis inscripti. Quæ parũ acri sensu est: hæc, si affectus ita suadet, valẽtiora remedia recipit. Et principis quidem mẽbri robur seruari oportet: veluti latius vbi de phlegmone agemus, docebitur. Quod tale

* ἀνωδύνων, id est dolorem sedantium.

non est, licet huic eã medendi rationẽ tutò adhibeas, quæ relaxãdo remittẽdóq; mitiget, χαλαστικὴν Græci vocãt. Atq; hæc quidẽ in sequẽtibus fusius tractabimus. In hoc libro indicatio nẽ quæ & à positu, & à figura partiũ sumitur, trademus, atq; ita quarto huic libro finẽ impone mus. Hic igit excogitatũ est ei cui exulceratus vẽtriculus sit, medicamẽta esse bibẽda. Cui gula: nõ semel, nec tota simul adsumẽda, sed paula-
10 tim & assiduè: quãdo ex transitu & contactu vulneribus, quæ hîc sunt, vtilitas accedit non ex continendo, & diutius adhærendo, sicut iis quæ in ventriculo sunt. Quinimo & quòd crassiora hæc, & magis lenta sint adhibẽda, id quoq; à po situ figuráq; est indicatũ. Nã quoniã gula trãsi tus quidam comestorum bibitorumq; est, idcirco remediorũ eget quæ adhærere, & vndiq; quasi concrescere & agglutinari possint, nõ autẽ quæ elui ac defluere sint prompta. Ac circa partes
20 eius, veluti cõcrescunt quæ crassa sunt, agglutinãtur quæ lenta sunt. Quæ verò vlcera in crassis sunt intestinis, iis quæ per sedẽ iniiciuntur, remediis magis egẽt. quippe cui magis sunt propinqua. Quæ in tenuibus habẽtur (quoniã & longinquiora sunt, et medio situ posita) ambo requirũt, & quæ supernè sumũtur, et quæ per sedẽ infũdũtur. Sanè cõis omniũ internarũ partiũ indicatio est, vt ea eligãtur quæ aĩalis naturæ maximè sint familiaria, siue ea cibi sint, siue medica-

familiaria medicamenta elig. in internis ... in externis nihil ...

menta: fugiantur respuanturq; huic contraria. quāquā in iis quæ foris sunt vlceribus, innoxius etiam taliū medicamentorū est vsus, æruginis, ærisq; vsti, & æris squamæ, & cadmiæ, & pompholygis, & lithargyri, & cerussæ. Hæc igitur & similia interioribus exhiberi non debebunt. Porrò proditū de natura horum est, tū in tertio de tēperamentis volumine, tū de simplicibus medicamētis. Eligēda verò alimēta sunt, si quidem ad cicatricē perducere, aut glutinare vlcus studemus, tū austera, tū glutinosa, tū quæ minimè rodant. Sin emūdare, quæ modicè abstergeant. q̄d munus mel nō coctū præter cætera præstat. Austeræ verò potiones, et eiusdē ratiōis alimenta cuiq; sunt nota. Voco austerū id quod στύφον quoq; Græcè, id est adstringēs dicitur. Acerbū verò quod intēsum austerū est, Græcè στρυφνὸν. Quæ verò medicamēta citra internarū partiū molestiam sumātur, ea tradita sunt in his libris qui de medicamētis sunt scripti. Dicetur tamē et nūc eorū formula. Ergo internis vlceribus opitulātur hypocystis, & balaustiū, & cytini punicorū, & galla, & malicoriū, et *terra samia, & lemniū sigillū, & rhois rosarumq; succus, & acacia, aliáq; id genus quæ vlcerib. internis præsidiū adferūt, nec vllā visceribus noxā inferunt. Dāda verò hæc sunt ex aliquo astringentiū decocto: vel mali cotonei, vel lētisci, vel summorū rubi vitisve vel myrtorū, vel deniq; ex vino ali-

* σάμιος ἀστὴρ.

quo

quo austero. Nō latet autē & de vini vsu, quòd cauēdū id est vbi phlegmones suspicio adest: aliàs dari nihil vetat. Nec illud obscurū est, eiusmodi medicamina præparāda, ac iam dictis humidis excipiēda esse: tum verò tragacāthen, et gummi illis admiscēda: potissimū si quis ea iis quæ in gula sunt, exhibebit. Sed & gargarizare quoq; iubendū est ei qui ad fauces & paristhmia his vtetur. At ad vlcus quod in aspera sit arteria, vt supinus quādiutissimè in ore teneat, ac oēs qui illic sunt musculos relaxet remittatq; præcipiendū. Influit enim sic sensim & paulatim de medicamēto aliquid sensibiliter et manifestè in ipsam arteriā. Nā & cū naturaliter se habet, scire licet potionis nōnihil huc percolari. Sed veluti in secūda valetudine, ita nimirū in aduersa cauendū est ne largius influat, vtpote quod tussim excitabit. Nā quoad humor vndiq; iuxta tunicas arteriæ, ceu iuxta murū aqua descendit, tussim vtiq; nō cit, si quid per mediā spiritus viam incidit, tusses statim excitat. Tum hæc igitur à situ & forma partiū omnia sunt desumpta, tū verò nō minus illud, quòd omnibus medicamētis quæ thoracis & pulmonū vlceribus sunt destinata, mel sit admiscendū. quādo si austera iis dūtaxat medicamēta exhibebis, ea in vētriculo morabūtur. Ergo digestiōis eorū in corpus, instrumentū mel erit, ac celeris trāsitus, veluti vehiculū: cum eo quòd nec vlceri nocebit. Ad eundē modum

quoties in vesica, & renibus vitiũ cõsistit, nõ solùm mel ipsum, sed etiã eorum quæ vrinas mouent quippiã, vlcerũ medicamẽtis misceri oportebit. Illud quoq; patêre, vel me tacente cuius arbitror, exulceratas partes: tùm ex earũ substantia, tum functione, tum vtilitate, tum positu, tum figura discerni. Monstratum autem id abũdè est in libro de notis affectorum locorum. Verùm non est de illis nunc locus. Rursus igitur ad medendi methodum reuertor. Aio igitur nõ 10 hæc modò, sed etiam alia non pauca ex figura partium positurâq; indicari. quippe quando nec deligare cõmodè ægram particulam poßis, nisi prius vel ex figura, vel positura, vel ex vtrisq; indicationẽ sumpseris, sed nec immittere in sedem clysteris fistulam cõmodè queas absq; eius generis indicatione. Iam per penem iniicere medicamenta in vesicã sæpe necessum est. Illud de cathetere apponere opus non est, quòd eo probè vt omnino nequeas, nisi & positũ & figurã to- 20 tius vesicæ planè perspectam habeas. In talibus ergo omnibus clarè patet, nõ parũ ad totã curationem affectũ ipsum locum indicare. In ruptis autẽ, quæ ῥήγματα Græci vocãt, plures indicationes in idem concurrũt. si quidẽ & quæ à positura capitur, rectè ad examen venit. Nã propterea quòd & in profundo corporis sunt, & latẽt, idcirco diuersam curationẽ ab iis quæ apparent, postulabũt. Quoniam verò cùm ecchymosi

qui

quidē omnino, aliquādo verò & cum cōtusione circum ipsam præruptā carnē consistunt, idcirco plures curationes indicabunt. Siquidem pro affectuum numero, etiam medēdi indicationes respōdent. Ac docebitur quidē, vbi de phlegmone differemus, locupletius, quòd valentiora medicamēta requirāt quæcunq; in profundis partibus laborāt, quàm quæ in summo corpore sunt affecta. Nūc id saltē arbitror patēre, quòd solūi
10 necessum est præsidiorum quæ foris applicātur, vim: vbi quod ab his iuuādum est, in profundo latet. quare intēdere hāc eatenus oportebit, quatenus per transitū ad profundū est remittenda. Sanè ecchymosis omnis vacuationē pro remedio curationis indicat. quare calfaciētibus huic & modicè siccātibus medicamētis est opus. Quippe quæ vehementer siccant, digerūt illa quidem in principio euidentius, quàm quæ sunt imbecilla: cæterùm, non nihil ipsius vitij scirrhosum difficileq; curatu relinquunt. Ac dicemus de his in
20 sequētibus diligētius: sed & nūc quantū ad rem pertinet, abundè est dictū. Quæ enim humectāt calfaciūtq; pharmaca, præterea hæc quæ omnes iam Græcè vocare χαλαστικὰ, id est relaxātia solent, atque ex his quæcunque ad siccius paulò vergunt, nec tamen adhuc clarè manifestéq; contrahentia sunt, quæ συσταλτικὰ Græcè vocāt. hæc omnium sunt ecchymomatum remedia. Curandum verò est vt vnà cum ruptis quæ in pro-

*fundo hærẽt corpore, hæc tũ vires magis habeãt intẽtas, tũ ipsa magis acria magisq; *dißipãtia sint, tũ (vt semel dicã) tanto efficaciora, quanto magis à cute ad profunda ecchymosis recesßit. In talibus sanè nec cucurbitæ vsus sit inutilis. Id est instrumentũ ad violentũ attractũ à medicis excogitatũ. Cæterùm, cùm totũ ecchymoma digestũ per halitũ est, siccare iam vehemẽtius ruptũ ipsum permittitur, ac deligatura coniungere, omniáq; in summa facere quæ vt vlcus coalescat, efficiãt. Ergo si euocatũ celeriter ecchymoma sit: facilè coalescet rupta ipsa caro. Sin lõgiore spatio, sordes multa subnascẽs mediũ inter vlceris labra spatiũ occupat, ita vt iã coire ruptio nõ posßit. Atq; inde adeò fit, vt qualibet leui de causa nos hæc sui admoneãt. Nam siue quis obriguit, siue parũ cõcoxit, siue febri laborauit, siue se vehemẽtius fatigauit, eiusmodi particulis illico dolet. Nõ enim in idẽ coiẽre ruptionis labra, sed tantũ ꝓpè sunt admota. Quo fit, vt leue momentũ ea facilè separet, et mediũ locũ superuacuo hũore repleat. Et quid, quæso, aliud quã aßiduè nouũ ecchymoma his gignit? et primo illi, cũ videlicet primũ caro est rupta, simile: nisi quod nũc ex tenui magis sanie cõstat, cũ in principio è sanguine ecchymoma esset, ideóq; facilius etiam nũc quã intra initia digerit. Hæc itaq; quæ hactenus diximus, disputationi de vlceribus satis faciẽt. Finẽq; iã quarto huic volumini impono*

* τμητικώτερα, id est incidentia.

GAL.

GALENI METHODI MEDENDI, VEL DE morbis curandis, Thoma Linacro Anglo interprete,

LIBER V.

Quæ in quinto Methodi medendi libro habentur.

CAPVT I.

*Q*Vemadmodũ qui vlcerũ curationẽ optimè moliatur, cũ duabus ante hũc libris docuerimus, illud obiter ostẽdimus, reliquos omnes medicos, qui simpliciũ in nobis particularũ elemẽtis minimè inquisitis artẽ adeunt, nõ posse se quicquã certa ratiõe sanare, minimẽq; omniũ qui Thessali dogma

profitentur: reliqui nãq; ea saltẽ vlcera, quæ in diuersis sint partibus, diuersis rationibus sananda cẽsent, ipsa nimirũ experiẽtia docti. Qui verò Thessalũ autorẽ sequũtur, propter excellẽtem scilicet sapientiã, omne vlcus, quacũq; in parte animalis sederit, similis egere curatiõis putant. Quippe si cauum sit, impleri: si æquale, cicatrice induci: si caro supercrescat, hãc detrahi: si cruentũ recẽsq; sit, agglutinationẽ postulare aiũt, ceu verò qui hæc norit, eum rectè mederi sit necesse, nec sit hæc ratio etiam cuilibet è plebe cõis, cùm nemo sit qui horũ quicquam ignoret. Cæterùm, nec quemadmodũ carne implẽdus sinus sit, nec quemadmodũ ad cicatricẽ perduci quod impletũ est debeat, aut cõprimi quod superauctũ, aut coalescere quod purũ, citráq; sinũ est, intelligunt. Sunt enim eiusmodi opera tantum medicorum, quæ vel ratione, vel experiẽtia, vel vtriusq; ope sunt inuẽta. Rursus igitur repetẽtes, summatim ea percurramus, quò dicendorũ caput cũ dictorum copuletur calce. Monstratũ est, omne vlcus siccãtia medicamẽta requirere. Cæterùm, quod sinum habet, vt minus sanè quàm reliqua, sic ea quæ præterquã quòd modicè siccent, etiã abstergendi facultatem obtineãt desiderare. Quod verò cõiungi sibi labra postulat (cuiusmodi scilicet sunt quæ medicis Latinè cruẽta, Græcè ἔναιμα dicuntur) huic tum quæ magis etiã siccent, tum verò quæ citra abstersionem leniter adstringant

Ōe vlcus sic-cantia req-rit.

opus esse. Iam quæ vlcera perduci ad cicatricē postulant, hæc nō solùm magis adhuc siccantibus, sed etiam strenuè adstringentibus remediis egere. Quòd si caro eorum præter naturæ modū intumuit, acria & demolietia (quæ eadem calida siccáq; necessariò sunt) desiderare. Si quod verò aliud symptoma vlceri adiunctū erat, ab eius natura curatiōis indicatio sumebatur: atq; ex hac rursus remediorū facultas petebatur. Si
10 nanq; sordes innasceretur, quæ hanc tollerent opus esse: eáq; omnia abstergēdi vim habere multò sanè maiorem, quàm ea quæ carne implerēt. Si verò copiosior in his humiditas cerneretur, etiā quod magis siccaret medicamēto opus esse: cæterùm, quod propriam speciē nō egrederetur. At si agglutinaturū medicamentum esset, siccans adstringēsq; id esse debere: si carne impleturum, siccās & abstergens, atq; in singulis reliquorum, vti dictum est. Si verò intemperata
20 subiecta caro esset, primùm eius intemperantiæ succurrendū esse: vtiq; quæ siccior iusto esset, hāc humectantibus: quæ humidior, siccātibus: tum quæ calidior esset, refrigerātibus, quæ frigidior, hanc calefacietibus, & si gemina qualitate esset intemperata, pharmacum quoque eligentibus quod gemina esset qualitate cōtrarium. Quippe id omnium quæ præter naturam sunt, commune esse, non posse ad naturā suam redire quicquam sine iis quæ ipsi facultatē haberent contrariam.

Con

Cōſyderandas præterea & intēperantiæ cauſas hoc tempore eſſe, ſiue hæ totius corporis eſſent cōmunes ſiue quarundam partium propriæ, quæ videlicet per ſocietatem (quam συμπάθειαν vocāt) exulceratū membrum infeſtarent. Medendum verò primùm eſſe cauſæ quæ intēperantiā adhuc foueret: poſt hāc verò, ipſi quæ iam facta eſſet intēperantiæ. Quippe hanc cōmunem indicationem eſſe omnium, quæ ex cauſa quapiam oriātur. Oſtendimus autē tum ab vlcerū differentijs diuerſas præberi indicationes: tum eas quæ à laborātis corporis temperamento ſumuntur, diuerſam ab his habere rationem. Siquidem illæ cùm ex ijs quæ præter naturā ſunt, ſumantur, omnes contraria eſſe adhibenda dictant: hæ cum ab ipſa natura capiantur, ſimilia. Nam ſi qua ſiccior pars eſt: ea magis ſiccari poſtulat, quæ minus talis eſt ea minus eſt ſiccāda. Ad eūdē certè modū, & de calfaciendo refrigerandóq; eſt præceptum. Nec illud omiſimus, ex præcellentia membri, aut cōtrario ſtatu, itémq; ex ſenſu acri hebetéve diuerſum medicandi conſiliū peti.

CAPVT II.

ERgo quod reliquū eſt huius morborū generis curādi, id nūc apponamus. Nos genus id, lucidioris doctrinæ cauſa, vnitatis ſolutionem appellauimus: nec refert ſi continuitatis ſolutionem voces. Incidit hæc nō in ſimilaribus modò, & ſimplicibus partibus, ſed etiam in compoſitis,

&

& instrumẽtalibus. At verò remediorũ indicationes aliæ à similaribus sumũtur, aliæ ab instrumentalibus. Quarũ ambas norũt qui methodũ Hippocratis cõsectãtur, propterea quòd vtrarũque partiũ naturã intelligũt: alterã autẽ dũtaxat (nẽpe quæ ab instrumẽtalibus præbetur) qui Erasistratũ, & Herophilũ sequũtur. Quare in ijs qui sequẽtur sermonibus quæcũq; à calido, frigido, humido, & sicco corpore morbóve indicationes sumũtur, nullius certè methodũ hi habebũt: quæ verò à forma, positu, præcellẽtia, acri sẽsu, aut his cõtrarijs, præbẽtur, has nõ ignorabũt. Illustrius erit quod dicimus, si partes ipsas proposuerimus. Quoniã igitur de ijs maximè vlceribus quæ in carnosis accidũt partibus, hactenus abũdè tractauimus, nũc tẽpestiuũ videtur de ijs agere quæ in arteria, vena, & neruo cõtingũt: nec de ijs absolutè, sed vt in quouis sunt viscere, vel deniq; instrumẽtali animalis parte. Ergo si cui arteria venáve magna vulnerata est, & copiosum sanguinis profluuium continuò superuenit, & glutinari id vulnus difficile quidem etiam in vena est, in arteria verò non solùm difficile, sed etiam quod fieri (sicut nonnullis medicorum est visum) omnino fortasse non possit. Dicendum ergo vicißim de vtrisque est, ac prius de sanguinis profluuio: secundò loco de agglutinatione. Quoniam autem, & per anastomosin, & per diapedesin, vt mox docebimus, prof

profluuia huiusmodi fiunt, non alienum sit, propterea quòd curationem communem habent, etiam hoc loco de ijs meminisse, tametsi ex alio esse morborũ genere videãtur. Sane profluit ex vena vel arteria sãgis, aut reserato earũ ore, aut tunica earũ diuisa, aut (vt sic dicã) transcolatus, siue sudoris modo trãsmissus. Porrò diuiditur ipsa tunica, tum ex vulneratione, tũ contusione, tũ ruptione, tum erosione. Anastomosis accidit propter tũ vasis imbecillitatem, tum sanguinis qui ad os eius impetu ruat copiã: ad hæc, acrẽ quanpiã quæ illi extrinsecus incidat qualitatem. Diapedesis verò ex tunica quidem ipsa rarefacta, sanguine verò tenuato oritur: accidere præterea interim potest, & ex graciliũ vasorum ore adaperto. Dicẽdũ igitur est de horum affectuũ vnoquoq; seorsum, ac primùm de diuisione, quã vel ex erosione, vel vulnere, vel cõtusione, vel ruptione diximus accidere. Quæ itaq; vulnerãt, ea sunt acuta, atq; ad secandũ habilia: quæ cõtundendo soluunt, ea grauia duráque sunt: quæ rũpunt, omnia id tensionis interuentu faciunt: idem & intensior actionis vehementia facit, tum succi abũdantia, non vtique virium respectu, sed cùm à vase suo nõ cõtinetur: etiam casus ab alto: tum graue quippiam durúmq; incidens. Quippe eiusmodi aliquid cùm vel vasis vacuis, vel pusillam omnino rem continentibus in ea inciderit: si durũ ex opposito obiectum habet,

bet,

bet,cõtusa reddit,at si plenũ vas sit,prius id rũpit quàm cõtũdat,cũ sit quod tũ accidit,persimile ac si vtrẽ vesicámve impleas,atq; in hãc lapidẽ iactes,vel contrà,lapidi vtrem violenter illidas.Sanè huic persimile est quod accidit in casibus ab alto. Quam nanque rationẽ vter habet ad lapidẽ,hanc homo habet ad solũ. Quisquis verò ex maximo acutißimóq; clamore,in pulmonibus vas perfregit,is violẽtiæ actionis acceptũ
10 malũ referet.Similiter huic, & qui ex eo quod prægraue onus,aut humeris imponere est conatus,aut aliàs manibus attollere,vas fregit. Atque hoc etiam magis,cui ex concitatißimo cursu,aut valentißimo saltu, aut aliter particula vlla violenter extensa, id accidit. Est enim id quoq; persimile , ac si funẽ,aut lorũ,quammaximè distẽdas.Porrò perrumpi quoq; nõ pauca propterea quòd sanguinẽ quẽ in se habent, non cõtinent:potißimum cùm flatulentus is sit,indi-
20 cio sunt tum dolia, quæ sæpe musto rumpuntur,tum alia multa valẽtißimorum corporum.

CAPVT III.

AC si ex vulnere,vel clamore,vel casu,vel cõtusione perruptũ vas est,vtiq; in his causa ipsa desijt.Si verò ex abundantia,fieri potest vt vas etiam amplius rumpatur,effectrice saltẽ adhuc manẽte causa. Atq; in hoc quidẽ affectu vacuãda,quamprimũ abũdãtia est,abhinc sanguis supprimẽdus,mox vlcus ipsum curãdũ.

Vbi

Vbi verò effectrix causa iā desijt, primū sistere sanguinē expediet, pòst vlcus sanare, obturato quidē quod perruptū est, auerso autē, atq; aliorsum trāslato quod per id ferebatur, quando si id eo quo inter initia impetu cōfluat, osculūq; vasis pari modo pateat, citius planè moriatur animās quæ profluuio laborat, quā sanguis cesset effluere. Porrò, vlcus ipsum claudetur, vel labris eius quæ dißidētin idem adductis, vel osculo eius obstructo. Adducētur in idē labra eius, tū nostrarū manuū opera, vbi sic ad manū vlcus se exhibet: tū per deligaturā: tum verò per ea remedia quæ refrigerēt, & astringant. Neq; enim fuere fas est arteriæ venæve vulnus: veluti dixerint qui nullā à vulneratæ partis substātia naturáq; sūmi indicationē aiūt. Obstruetur vasis osculū, & sanguine ipso cōcreto (qui θρόμβος Græcè dicitur) & ijs quæ foris illi imponūtur. Possunt autē superimponi tū carnosæ ipsæ, quæ circa vlcus sunt partes, tū in nōnullis vulneribus ipsa cutis, ad hæc quæcunq; ipsi cōminiscimur. Ea sunt & linamēta, quos μοτοὺς Græcè vocāt, & medicamēta ea quæ idcirco quòd ex lēta crassáq; substātia cōsistūt, meatus obstruūt (Græci ἐμπλαστικὰ vocant) præterea quæ crustam, quam Græci ἐσχάραν vocant, efficiunt. Quippe hanc quoq; ceu septum quoddam huiuscemodi vlceribus veteres excogitarunt. Efficiunt hanc tum ignis ipse, tū quædā medicamina quibus ignea

vis

vis inest. Atq; his quidẽ rebus obstruitur vasis osculũ. Auertitur autem sanguis, atq; ad alia mẽbra cõuertitur, tũ ad proxima deriuatus, tũ ad cõtraria reuulsus. Illud παροχέτευσιν, hoc ἀντίσπασιν Græci vocãt. Nã hæc quoq; Hippocratis inuẽta sunt, omnis scilicet immodicæ vacuationis cõmunia remedia. Deriuatio ad vicina loca fit, cũ id quod per palatũ vacuatur, per nares deriuatur: reuulsio autẽ ad cõtraria quã
10 ad inferna reuellitur. Rursus quod per sedẽ profluit, id per vuluã deriuamus: sursum verò reuellimus. Ita nãq; & natura ipsa facere solet.
» Mulieri enim, inquit Hippocrates, sanguinem
» vomẽti mẽses superuenictes remedio sunt. Hac igitur de causa, si vel mẽses cõfertim eruperint, vel sanguis ab vtero quoquo modo profluxerit sursum reuelles, cucurbitã maximã sub mãmis defigẽs. Nã & hoc Hippocratis inuẽtũ est. Eãdẽ ob causam cũ è naribus sanguis erũpit, id re-
20 tinent maximæ in præcordijs defixæ cucurbitæ. Infigẽdæ autẽ sunt si ex dextra nare profluit super iocinore, sin ex sinistra, super liene. si ab vtraque nare, super vtroq; sunt imponẽdæ viscere. Quòd si resolutus adhuc æger nõ sit, etiã vena ex eo cubito incidẽda est, qui profusioni è directo respõdet. Vbi paulũ detraxeris, mox vnã horã intermittẽs, rursus detrahes, pòst iterũ atq; iterũ, pro laborãtis viribus. Ad hunc modũ & reliquas omnes fluxiones (quippe cõmunis ratio est)

tũ ad cõtraria reuocabis, tũ per vicina deriuabis, vtiq; quæ per aluũ fluũt, ea vel per vrinas, vel vterũ trãsmittẽs, quæ verò per vrinas, ea vel per vterũ, vel per sedẽ trãsferẽs: pari modo quæ per vterũ erũpunt, vel per vrinas, vel per aluũ, quæ verò in oculis, aure, vel palato fluxiones accidũt, eorum ad vicina deriuatio per nares est. Reuulsio verò in ijs quæ suprà sunt omnibus, deorsum semper agitur: sursum, in his quæ sunt infrà. Præterea à dextris ad sinistra, sicut ab his 10 rursus ad illa similiter ex his quæ intus habẽtur, ad ea quæ foris sunt: contráq; ab his ad illa. Ergo frictio contrapositæ partis, potißimum per ea medicamenta quæ calefaciant, præterea vincula valẽtius adducta, ijs quæ ad cõtrarium reuocãt remedijs sunt ádnumeranda. Nõ secus profectò & naturaliũ meatuũ qui positi ex aduerso sunt, reclusio. Quæ verò id præstare medicamẽta poßint, tradita eorum materia à nobis est in libris, quos de medicamẽtis prodidimus: sed de 20 omni fluxione in sequẽtibus etiã libris tractare necessum erit. Nũc ad sanguinis profluuium est redeũdum. Quippe de genere obturantium quodammodo est, & vinculum ipsis profluentibus vasis iniectum: ipsiq; nostri digiti dum ea committunt, stringúntq;. Est & alia huc pertinens ligatio, quã Græci ἐπίδεσιν vocant, quanquam ipsum vas circulo nõ complectitur, sicuti vinculum: verùm cùm ex parte cõplexu suo cõmittas

quodammodo vulnerati membri dissidentia labra, & quæ superimposita sunt contineat, meritò inter claudentia remedia numeratur. Præter omnia iam dicta, inter hæmorrhagias remedia censeatur, & appositus vulneratæ partis situs. Porrò appositus fuerit si ad geminum hunc finem sit directus: nempe vt & dolore pars careat, & sursum spectet. Si verò vel prona spectat, vel doleat: non solum profluuium * non sistetur, sed etiam si non adsit prouocabitur. Ergo qui hæc norit, si quando astiterit ei cui ex vulnere sanguis profluit, (de hus enim primum agam) illico digitum super os vulneris vasis imponat, blandè innitens, ac sine dolore comprimens, quippe simul tum sanguinem sistet, tum eum concrescere in vulnere faciet. Quinimò si vas vnde profluitur, altè sit demissum, certius ipsius tum positum intelligat, tum etiam magnitudinem, præterea venáne sit, an arteria. Post hæc iniecto vnco attollat, ac modicè intorqueat. Quòd si ne tunc quidem sistitur sanguis: si vena fuerit, tentet citra vinculum sanguinem supprimere aliquo ex ijs medicamentis, quæ sanguinis supprimendi facultatem habeant. Sanè optima horum sunt emplastica ex quæ ea frixa resina, & farinæ triticeæ tenuissimo pollino, & gypso, alijsq; id genus, sunt confecta. Sin arteria sit, duorum alterum, aut vinculo amplectens, aut totum vas præcidens, profluuium sistes. Sanè vinculum magnis quoq; venis inijcere interdum cogimur; atque etiam interdum totas præcidere

* Præsens angebitur, legit anti. habet enim non ὁ παύσει. sed τὰς ὅσας ἀνξήσει.

vtiq; trãsuersas. Incidet autem huius necessitas in ijs quæ ex profundissimo loco rectè assurgũt: præsertímque per angustas, vel principes particulas. Quippe ita retrahitur ex vtraque parte pars vtraque, celatúrq; ac integitur à superiacentibus corporibus vulnus. Tutius tamen est vtrunque facere, & vinculum vasis radici inijcere, & quod deinceps habetur præcidere. Radicem vasis voco priorem eius partẽ, quæ velio cinori proprior est, vel etiã cordi hæc in collo ab 10 inferiore est parte: in brachijs & cruribus à superiore: in singulísq; reliquarum partium, prout ex dissectione intelligere licet, quam nec ipsam Amethodi isti Thessalij admittunt.

CAPVT IIII.

His peractis, implẽdũ carne vulnus quamprimũ est prius, quàm vinculum à vase decidat. Nisi enim producta caro prius locũ qui circa præcisam arteriam est, impleuerit: sed locus aliquis vacuus superfuerit, vtiq; quod Græ- 20 ci ἀνεύρυσμα dicunt, sequitur. Quãobrẽ eo potius genere sanguinẽ sistentium vtendum suadeo, quod sua lẽtitia meatus obstruat, (emplasticõ vocant) quàm quod crustã efficit, propterea quòd & citius & minore cũ periculo * post ipsam impletur vulnus. Quippe periculũ in altero est, ne si defluat crusta, rursum sanguinis profusio ex vase excitetur. Optimũ igitur omniũ quæ noui medicamentorum, quo etiam ad

* In Græco est ἐπ' αὐτοῖς i. ab ipsis.

cere

cerebri mẽbranarũ hæmorrhagias tutiſſimè vtemur, eſt, quòd nũc ſubijciã: Thuris pars vna, aloës partis vnius ſemiſſi miſcetur: mox cũ vtẽdi tẽpus inſtat, tãtũ huius cũ oui cãdido ſubigitur, quãtũ mellis reddat craſſitudinẽ, hoc dehinc leporis molliſſimis pilis excipitur: deinde tũ vaſi ipſi tũ vlceri toti liberaliter imponitur: alligandũ autẽ id forinſecus faſcia eſt ex tenui linteo. Cuius faſciæ primi quatuor quinquéve amplexus
10 ipſi proflueti vaſi inijciẽtur: abhinc vaſis radicẽ verſus ducẽtur, in quibus videlicet partibus radicẽ verſus ducere licet. Licet autẽ ferè in omnibus præterquã cerebri mẽbranis. His factis vbi tertio die ſolueris, ſi tutò adhuc medicamẽ vlceri adhæret, aliud rurſus ſuperimpones: ac veluti linamẽtũ id quod ex pilis factũ inhæſit, madefaciẽs deligabis, ita vt initio deligaſti. Sin prius ſua ſponte linamentum decidat, radicem vaſis digito blandè comprimens, quatenus videlicet
20 nihil confluat, hoc quidem ſuſpenſa manu adimes, atque alterũ impones: ad hunc modũ quoad carne munietur curare vas debebis, vtique à principio ad finem vſq; particulã ſupinã ſeruans: cuſtodito tamen in hac ſitus figura, modo. Vitandũ enim ne dolor incidat, ac rurſus profluuium excitet: cùm nihil ſit quod profluuium magis quàm dolor proritet, & phlegmonas augeat. Hoc medicamẽto multifariam vtor, aliàs (vt dictum eſt) duplum thuris, aloë, admiſcens

aliàs pari modo ambobus vtens, aliâs paulò superãte aloën thure, aut etiã plusculo, sed nõdum duplo etiã mãnam pro thure aliquãdo iniicies. Est autẽ mãna medicamẽtũ, quod magis quàm thus adstringat. Thus verò quàm mãna magis emplasticum. Porrò cõstat in duris corporibus plus aloës esse immiscẽdũ, in mollibus plus thuris. Eritq; alterũ eorũ magis adstringẽs, alterũ lentitia & crassitudine sua tenuibus spiramẽtis magis inhærens, quod ἐμπλαστικώτερον, vocãt. 10
Itaq; etiam magis tenax, ac (vt sic dicã) resinosius deligas thus oportet, vbi magis esse emplasticũ medicamẽtũ studebis. id sanè tũ mollius est, tum albidius, tum quod mansum ritu aloës & mãnæ nõ cõminuitur, sed partes suas sibi cohærentes defendit, veluti mastiche. Verũ hæc eius tractationis sunt ꝓpria, quæ de cõponẽdis pharmacis præcipit, quam in hoc opere nõ alicubi attigisse omnino nõ licuit. Siquidẽ aut nusquã nobis particularis exempli facienda mentio fuit, 20
sed ipsis tãtũ vniuersalibus contẽtos esse methodis oportuit: aut si particularia poneremus, etiã præparatio eorũ fuit attingẽda. Verũ (vt antè est dictum) eius generis remediorum quæ methodo sint inuẽta, vno alteróve exemplo hîc posito cõtentos esse cõueniet. Id verò semper mihi teneri memoria velim. Sed reuertamur rursus ad id quod dicendo parũ absoluimus. Mentionẽ enim iam dicti medicamẽti idcirco pluribꝰ feci, quòd
cæteris

cæteris id omnibus præstare mihi persuasi, miforóq; si cui melius inuenire cōtinget. Ideoq; tum in cerebri membranis semper: tum in colli vulneribus eo vtor: etiam ipsarum venarum iugularium, quas σφαγίτιδας vocāt, vtpote cū harum quoq; profluuium citra vinculū sistat. Non est autem in his committendum vt in opere properes, veluti quidā stolidi chirurgi faciūt: sed altera manu inferiorem vasis partem comprimes, aut complexus tenebis. Altera medicamētum vulneri impones, ac blandè ei apprimes, donec concretū adhæserit, mox deligabis supernè deorsum, nō (vt in artubus) infernè sursum, siquidē radicem versus vasorum ducere deligationem oportet, ac quod cōfluit reprimere. Sūt porrò & alia non pauca pharmaca, quæ citra omnē dolorem emplasticā vim obtinent: verùm nullum ita carne implet. Expedit autē quammaximè in eiusmodi casu, vt priore medicamine cadēte, caro circū vas ipsum sit producta. At quæ crustas generant, vbi crusta decidit, magis nudam partem quàm pro ipsius naturali habitu derelinquunt. Est nanq; ipsius crustæ generatio ex subiectis circumpositisq; corporibus (vt sic dicam) semiustis: sic, vt cuiusmodi in hyemen extinctos hos carbones rem parant, eiusmodi ipsæ crustæ carnis exustæ sint reliquiæ. Quare quātum particulæ adustum ad crustam est, tantum profectò ipsi de naturali carne deperditur.

Id itaq; omne particulæ decedit, cùm crusta cadit, atq; ob eam rem nuda sineq; carne visitur. Multisq; posteaquàm crusta decidit, pfusio sanguinis, quæ ægrè supprimi potuit, superuenit. Quare in his quoq; quisquis methodo administrare omnia volet, is tum modos omnes quibus sanguis supprimatur, longè antè cõsyderabit, tũ eũ eliget qui minus sit cũ periculo, vtens nõ minus & reliquis omnibus quoties necessitas vrgebit. Maximam autẽ necessitatẽ, vel crustificis medicamẽtis, vel ignitis ferramentis vtendi animaduerti, vbi ex erosione putrescẽtis alicuius pfluuium sanguinis cõcitatur. Quinetiã vbi in tali affectu totũ quod computruit est sublatũ, tutius est vel ipsius veluti radicẽ adurere, vel certè crustificis medicamẽtis vti. Hac verò ratione tũ in pudẽdis, tum sede ad talem necessitatẽ sæpe deuenimus, quòd videlicet hæ partes tum propter naturalẽ humiditatẽ, tum quòd excremẽtorum sunt canales, ex leui causa putrescant, id verò quo pro incrustantiũ pharmacorũ delectu consilium diriges, erit nõ vtiq; solus calor, sed cum quo adstringẽdi facultas sit cõiuncta, qualis in chalcitide, & mysi, & atramento sutorio, siue vstis his, siue inustis vtere, visitur. Quæ verò ex calce non extincta conficiuntur, ea vtiq; valentiora his sunt: cæterùm calx adstringendi vim non habet. Excidũt igitur citius quæ ab his fiũt crustæ, hærẽt autem corporibus diutius quæ ab

adstringẽtibus. Quod vtiq; lõgè est vtilius: quãdo ita prius nascit̃ in imo earũ caro, efficiturq́; profluenti vasi velut operculũ quoddã. Vnde nec nosmet p̃cipites esse (veluti nõnulli sunt) ad crustas, vbi hæmorrhagias periculũ imminet, detrahendas oportet, nisi in illis tantùm affectibus, in quibus propter putredinẽ candens ferrũ corpori hominis admouere coacti fuimus. Appellãt nescio quomodo eũ affectũ oẽs nunc medici Græci νομὴν, à verbo quod pascere significat, ꝓpterea quòd ꝑgere pascẽdo id vitiũ ab ægris particulis ad eas quæ integræ sint, soleat: atq; harũ semper aliquid ægris adijcere. quare nõ à substãtia indicatæ rei, sed ab accessorio appellationẽ ĩdiderũt. Copia materiæ medicamẽtorũ omniũ, quæ hac prædita facultate sunt, in proprijs cõmẽtarijs dicet̃. Proprios intelligo, et qui de simplicibus medicamẽtis, et qui de cõpositione eorũ sunt scripti.

CAPVT V.

Ergo recẽsitis huius methodi qua sanguinis profluuia quæ ad manũ sunt cures, capitibus: mox ad eorũ quæ in alto sunt corpore, tractationẽ accingemur. Qui igitur è vasis ꝓfluit sanguis, aut propterea quòd amplius nõ cõfluet, sistetur, aut quòd occlusa diuisio erit, aut etiam propter vtrunq; simul. Id quod reor tutissimũ. Porrò cõfluere prohibet̃, & propter animi deliquium, & cùm ad cõtraria reuellitur, & cùm ad vicina deriuatur, & per refrigerationẽ tum

*corporis totius, tum verò præcipuè ipsius partis afflictæ. Hac enim ratiõe etiã frigida pota sæpe hæmorrhagias suppreßit. Idem facit & frigida foris in fotu adfusa. Sed & *posca, & vinũ acerbum, aliaq; quæcũq; vel astringẽdi, vel simpliciter refrigerãdi, vim habent. Clauditur ipsa diuisio, si vel cõtrahatur, cõniueatq; id quod diuisum est, vel obstruatur. Sanè cõtrahitur tũ adstrictione, tũ refrigeratione, tũ deligatura, tum vinculo exceptũ. Obstruitur vel intrinsecus, vel extrinsecus. Et intrinsecus quidem, à sanguine cõcreto, Græci θρόμβον vocãt. Extrinsecus tum hoc ipso, tum verò linamẽtis, & spongijs, & crustis, & medicamentis ijs quæ lentitia craßitiéq; sua meatus obserãt, (Græci ἐμπλαστικὰ vocãt) ad hæc corporibus ijs quæ circumiacẽt, propius admotis. Quorũ singula queadmodum perficiẽtur, dictũ iam est. At quæ de profundo sanguinis profluuia erũpunt ea nec vinculo nec deligatura sanes, veluti nec ignitis ferramẽtis, nec (vt semel dicam) ijs quæ diuisum ipsum corpus partémve contingere machinamur: imò per reuulsionẽ, ac deriuationẽ ad vicina, præterea cibum potionemq; qui & emplasticã vim habeant & refrigerent, & medicamẽta quæ adstringant. Habes verò vberem taliũ materiã in proprijs operibus. Quæ verò à partibus indicatio sumitur, ea cõmunibus quæ iam dictæ sunt curandi indicationibus, veluti auctariũ in singulis affectibus*

* ὀξύκρατον.

10

20

ctibus accedit, siquidem instrumẽtis aliquando vtimur, pro partis ipsius ꝓprietate, alijs ad vterum, alijs ad vesicam, alijs ad omnia intestina crassa. Quippe in hæc, per clysterẽ: in vterũ, per ea quæ μητρεγχύτας Græci vocant, idoneorum aliquod medicamentorũ immittimus. Sic & in vesicam per indirectũ foratas fistulas. Sanè rariora ex his profluuia sanguinis fiunt, sed tamen aliquãdo fiunt: & quanquã nõ profusione ipsa, periculosa, at certè ob diuturnitatẽ nõ sine periculo. Siquidẽ quaternis diebus vidimus è vulua profluere sanguinẽ, nec potuisse vllo remedio sisti, quoad quarto die plãtaginis succo vtentibus nobis prorsus cõstiterit. Est porrò id medicamẽ & ad ea quæ ex erosione excitantur sanguinis profluuia vtilissimũ: cui etiam valẽtius aliquod hoc casu medicamentũ, aliàs alind ei miscere soleo, vtiq; ad totũ respiciens affectũ, id quod semper est faciendũ, ac pro maximo documẽto in omnibus habendũ. Nã in his ipsis quæ ex vulua, vesica, & intestinis profluuia citãtur æstimari debebit ipsius profusionis quãtitas: vt videlicet hãc iam vel vt primã, vel vt secundã indicationẽ curationis habeamus, nec tamẽ obiter totius affectus non habẽtes rationẽ. Nam si perruptũ vas aliquod magnũ est, aut vehemẽter reclusum hiat, vtiq; adstringẽtibus medicinis est opus, veluti balaustio, & hypocystide, & rhoë, & omphacio, & acacia, & gallis immaturis, & malicorio.

licorio. Sin vel exiguũ vas est, quod perruptum est, vel modicè reclusum, sic vt nõ multus sit qui ex eo profluit sanguis: etiam aloë, & manna, & pini cortex, & lemnium sigillũ, & spinæ ægyptiæ fuct⁹, & crocũ, & lapis hæmatites, aliaq; id genus ex vino nigro austero vtilia medicamẽta sunt. Quòd si nec genus id vini præsto sit, nec plantago, nec solanum, (quippe hæc quoque sunt idonea) coquemus in aqua & rubi germina, & cynosbati, id est canini rubi, & myrti, & lentisci, & hederæ in summa omniũ quibus ad strictoria vis inest, siue radix sit, siue fructus, siue cortex, siue germen: ideoq; etiam adstringẽtium malorum, maximeq; cotoneorum, itemq; myrtorum, & mespilorum decoctum idoneum ad proposita præsidium est.

CAPVT VI.

AT si ex erosione profluuiũ quoddã incidit, nõ est id magna ex parte ꝓfusius: sed exiguũ et paulatim effluẽs: eoq; Pasionis, vel Andronis vel Polyidæ pastillis vtendũ est, aut etiã (vt dictũ est) nostro, qui genere eandẽ vim obtinet, cæterũ magis potentẽ. Sistunt enim hæc erosionẽ: si tamẽ etiã toti corpori sit consultũ, vt pri⁹ est dictũ. Sin profusior hæmorrhagia sit, ijs quæ vehemẽtissimè adstringãt, vtendũ medicamentis est, quoad vehemẽs eius impetus frangatur: mox deinde admiscẽdi illis pastilli sunt, postea ad ipsos solos veniẽdum, cum alioquo ex antè dictis*

* Addunt antiq. τῷ διὰ χάρτου, i. qui ex papyro constat.

dictis succis aut decoctis. At verò quæ extrinse cus profluēti particulæ admouētur, tū adstringentia, tum citra adstrictionē frigida, hæc ipse (veluti pleriq; medicorum) non vbiq; probo: sed mihi cōtrà omnino quā fieri res postulat, ipsum sanguinem intrò cōpellere, ac venas quæ in alto sunt implere vidētur. Vidimus enim quosdā eorum qui ex pulmonibus sanguinē reijcerent, ex thorace refrigerando manifestè læsos: æquè vt qui sanguinē vomuerunt nonnullos, quòd vēter foris esset refrigeratus. Eodē modo & eorū quibus ex naribus sanguis profluxit, aliqui ex capitis refrigeratione deterius habuerunt. Ergo nec omnino, nec sine discrimine, nec omni tēpore, loca quæ circa particulam, vnde sanguis profluit sunt posita, refrigeranda suaserim, imò posteà quā in alia prius auerteris: vt exēpli gratia, in naso, vbi sanguinis mißione (vt diximus) sis vsus, vel artuū frictione deuinctioneq;, vel ad præcordia defixis cucurbitis. Quin ne sic quidē ad frontem & caput illico refrigerātibus vtendum, sed prius est ad cōtraria reuellendū, vti q; affixa in summa ceruice cucurbita. Quippe duplex est in sanguinis ex naribus profusione auersio: & quæ est ad totius corporis inferna: & quæ est ad capitis posteriora: propterea videlicet quòd ipsæ nares, & in superiore, & in anteriore parte sunt sitæ. Aduersatū autē ei quod suprà est, id quod infrà: & ei quod post habet, id quod antè. Verū

de sang

de sanguinis profluuio vel hactenus dictũ abunde sit. Patet nanq; & diapedesin quam vocant, refrigerãtibus adstringẽtibusq; esse curandam: & si propter tenuitatẽ sanguinis aliquando incidat, crassiore victu. Is verò cuiusmodi sit, dicetur in sequentibus. Dictumq; iam ad quidam modum est in libro, qui de attenuante victu est scriptus. Iam verò ad memoratorũ affectuũ curationem est redeũdum. Ergo quod venæ insedit vlcus, vbi ad manum est, eandem desyderat curationem ijs quæ in carne accidunt, de quibus, duobus ante hoc voluminibus disputaui. Nã siue ex recenti vulnere factum est, id agẽdum est, vt medicamentis ijs quæ enæma vocant, coẽat, siue ex erosione, quæcunq; dicta de rebelliũ vlcerum curatione sunt, ea prius ratione discernẽda, mox vt opere perficiantur, tentanda. Quinetiam vbi vinculo vas sis complexus, aut medicamẽtis sanguinem supprimentibus, aut ferramẽtis ignitis vsus, illudq; tibi curationis propositum restet, vt quæ circa vlceris labra sunt, carne impleas, ijsdẽ omnino medicamentis vtere, quæ in methodo sinuosorum vlcerum nobis sunt præcepta.

CAPVT VII.

D*E arteria autẽ vulnerata iam dictũ est, nõnullis medicorum videri non posse fieri vt coẽat. Atq; id asserunt aliqui quidem sola experientia se contentos professi, alij verò etiam ratione vsi eiusmodi. Siquidẽ durã esse ac chartilag*

tilagineam aiũt alteram arteriæ tunicam, talium verò nihil posse in vnũ coire, cũm sit molliũ tãtùm corporum in vnum coëundi habilitas: vt tũ in externis videre licet, nullo nec lapide cum lapide, nec testa cum testa vnquã coëunte: tum verò in nobis ipsis, quando nec chartilago cum chartilagine, nec os cũ osse coalescat. Non enim facta ossa per vnitionẽ cohærẽt, sed per callum eũ, quem πῶρον Græci vocant, ceu glutino iunguntur. Igitur nos quoq; ab experientia nostra primũ incipiamus, in mediúmq; proferamus ea, quæ ipsi visu vsurpauimus. Vidimus enim in mulieribus & pueris tum conglutinatas arterias, tum carne vndiq; circũdatas, idq; in fronte, malleolo, & *articulo brachij, summæq; manus medio. Simile quiddã aliquando & agresti cõtigit inueni, dum sanguinem sibi mittendum veris tẽpore curaret, quod nostratibus maximè est in vsu. Cùm enim medicus qui venam incisurus erat, brachiũ hominis deligasset, contigit attolli velut in gibbũ arteriã: itaq; hãc pro vena medicus diuisit. Exigua sanè incisio erat, sanguis autẽ flauus & tenuis & feruidus statim eiaculabatur, idq; *cũ quodã veluti saltu. Ac medicus quidem, vt erat admodum iuuenis, & operum artis parum peritus, venam se incidisse putabat. Ego verò cum quodam alio ex ijs qui aderant medicis, vtiq; seniore, vbi quod accidit aduerti, præparato ex emplastrorũ genere quod

* Græcè τῷ cũ legitur καρπῷ.

* Græcè σφυγμώδως.

sang

ſanguinem ſupprimit medicamẽto,tum inciſionem curioſè cõiunxi,tum ſuper medicamẽ illico impoſui, ac ſpongiam mollißimam extrinſecus ſuper hoc deligaui. Mirãte verò qui arteriã inciderat, inſolitã noſtram in hoc caſu prouidentiam,indicauimus homini rem factã,ſed poſtea quàm inciſi hominis diuerſorium exiÿſſemus, iuſsimusq́; ne, vel ſolueret nobis abſentibus, vel ante quartum diem id aggrederetur: ſed ita vt erat deligatũ haberet,ſpongiam dũtaxat deſuper madefaciẽs. Poſtea verò quã in quarto ſoluentes planè conglutinatã inciſurã inuenimus, rurſus idem medicamẽ imponere iuſsimus,tum ſimili modo deligare, nec multis poſtea diebus ſoluere. Atq; ita percurata eſt huius hominis inciſa arteria, ſola omniũ quas in cubito inciſas vidi. Nã reliquis omnibus aneuryſma, aliÿs maius, aliÿs minus ſuperuenit. Ac quẽadmodum quidem aneuryſmata curare conueniat,in progreſſu dicetur ſuo loco: vtiq; cùm reliquorũ omniũ præter naturam tumorũ curatio tradetur. Nunc cœptam diſputationem abſoluamus. Si quidẽ arteriæ natura difficultatẽ quidem durioris tunicæ ſuæ conglutinãdæ prorſus indicat, nõ tamẽ eiuſmodi quæ euinci omnino nequeat. Neq; enim ita eſt ſicca duraq́;,vt os vel chartilago: imò lõgè his mollior,ac magis carnoſa. quo vtiq; minus de vniẽda ſectione eius eſt deſperãdum, vbi tũ ipſa ſit parua, tum hominis corpus

natura molle. Videtur autem experiētia quoq; ipsa rationi subscribere, cùm & in pueris & in mulieribus propter corporũ humiditatẽ & mollitiã, eam viderim glutinari; & in vno iuuene, cui (vt dictũ est) exiguè erat incisa. Cùm verò sanatu difficilior sit arteria quàm vena, nõ tamen est medicamẽtorum admodùm diuersus in vtraq; vsus, imò specie planè idem maioris minorisq; ratione euarians. Quippe tãtò sicctoribus medicamentis eget arteria quàm vena; quanto ipsa est suapte natura siccioris tẽperamẽti quàm vena. Quòd si carnẽ circa gigni est opus, eadem ambæ requirũt. Siquidẽ ad eundẽ modũ prouenit carnis generatio in his circundandis, quò in cauis vlceribus prouenire est traditũ. At quæ in vtero, vesica, vel intestinis venæ arteriæq; sunt, cùm eadẽ genere medicamẽta vbi exulceratæ sunt, requirãt, etiam instrumenta quibus infundantur, metrenchytas, id est vterinos clysteres; & syphonem rectũ; & clysterẽ desiderant. Ad ea verò quæ in recto intestino sunt vlcera, etiam per vesicam, cui sic fistula recta ad finem annexa, iniicere liquatum medicamen tepidum licet. Variabitur itaq; remediorum consistentia pro instrumentorum specie: neque enim fas est eiusmodi instrumentis crassa medicamenta infundere: sed humidiora postulant; atque idcirco mediocriter plerunq; calida. Proindè sicca medicamenta, magis sunt idonea; quàm ea quæ li-

quabilia vocãtur, quoniam facilè, vel plantaginis, vel alterius eius generis succo, misceantur. Eiusmodi medicamẽta sunt & crocũ, & pompholyx, & aloë, & quæ κιφαλικὰ Græcè dicuntur: in ipso autem producendæ carnis tempore quod suppreßionem sanguinis continenter excipit, etiam lemnia terra salutare auxilium est.

CAPVT VIII.

AT quæ in pulmone hæserunt vlcera, difficiliora ad curandũ sunt. Quibusdã verò nõ difficilis modò eorũ curatio, verùm etiã quæ perfici omnino nequeat, videtur, idq; tum ratione coniectantibus, tum experientia. Ratione, quoniam pulmo inter viscera propter anhelitũ perpetuò sit in motu: cùm vtiq; quietẽ requirant ea quæ sint sanãda. Experiẽtia, quòd neminem vnquam eorum qui ita sunt affecti, sanatũ viderint. Atq; de experiẽtia quidẽ (nam hinc cœpisse par est) dubitare fortasse licet, propter agnitionẽ. Nos enim vidimus aliũ ex eo quòd maximè vocẽ in clamore intẽdisset, alium quòd ab alto cecidisset, aliũ in palæstra percussum, nõ solùm statim grauißimè tußiuisse, sed etiã simul cũ tußi alios vnã duásve, alios plures heminas sanguinis spuisse. Qui verò ita erãt affecti, aliqui omnino sine dolore erãt, alij in pectore dolebãt. Quinetiã sanguis iis qui doluerãt, nec cõfertim reiectus est, nec multus, minusq; tũ ruber tũ calens, ceu è longinquo veniens. At quibus citra

tra dolorē est reiectus, iis & confertim, & plurimus, tū ruber, feruēsq; expuebatur, clarè docens quòd nō procul veniret. Porrò aliā dubitationē facit, nec hāc leuem, ipsa sanguinis ex thorace in asperam arteriā trāssumptio, propositam videlicet à medicis, iis qui transmitti eū per mēbranā quæ pulmonē inuoluit, posse nō putarūt. Fortéq; (nisi multis eorū qui ita sunt affecti, tū statim ortus dolor, tū verò quibusdā eorū phlegmo 10 ne superueniēs quæ postea suppurauit, manifestū indicium præbuissent in pectore cōsistentis affectus,) pronūtiassent sanguinē ex pectore per fauces nunquā reiici. Nūc verò his indiciis cōfusi, à pectore quidē venire cōcedunt. Cæterū dū aliam viam quàm per pulmonis mēbranulam inquirūt, multa, eáq; absurda proferre cogūtur, quāuis in iis quos ἐμπύοις Græcè vocant, ipsum pus quòd medio spatio inter pectus & pulmonē contineri ipsi fatentur, videant (arbitror) apertissimè ex pulmōe expui. Nos verò in iis quibus erat 20 in pectore tātus abscessus, vt etiā ossiū aliquid carie corrūperetur; manifestè ipsis ostendimus mulsam quæ iniecta in pectus fuerat, ex pulmone expui. Sanè nouimus in vrbe Roma, loco profectò fluxiōibus maximè obnoxio, eiusmodi affectus in pectore nō rarò cōstitisse: vt necesse fuerit ipsum os qđ affectū fuerat, excidere. In plurimis verò etiā mēbrana quæ costis intrà subtēditur, vnà cū corrupta costa inuenit putrefacta.

Solemus ergo in curatione, mulsa per vlcus infusa, iubere aliquādo quidem vt inclinati in laborantē partē tussiant, sæpe verò molliter concutere, interim etiā organo quod pus extrahit (πυουλκὸν Græci vocāt, educere quod intus ex mulsa reliquū est. Hoc facto, vbi tum pus vniuersum, tum etiam saniem vlceris eluisse cōfidimus, mox medicamenta iniicimus. Ergo in eiusmodi affectibus si quē in medio pectoris ac pulmonis spatio humorem reliqueris, statim hunc tussi eiectum contēplabere. Mirādi profectò sunt ij, qui de via per pulmonē hæsitent, quo pacto nō magis hæsitent, quemadmodum crassus sanguis in fracti ossis callo effundatur. Nā & ipse qui effunditur, nō paulò naturali est crassior, & cutis substantia longè vtique crassior pulmonis inuolucro est. Quod igitur diximus, cùm vel casu, vel præualida acutáq; voce, vas aliquod in pulmone rūpitur, citráq; dolorem cōfertim sanguis feruens floridus multusq; cum tussi expuitur, scire licet in viscere vulnus esse. Aggredienda verò curatio est, prout nos sæpe sumus aggressi. quibus vtiq; nō rarò successit. Igitur laboranti ipsi iniungendum est, vt nec magno vtatur respiratu, ac semper agat silentiū, præterea vena cubiti interna, protinus incidēda, à qua bis terq; postea sanguis est detrahēdus, vtiq; eius auertēdi causa, tum artus omnes fricandi vinciēdiq;, ita vti ipsi solemus, vbi hæc sunt facta, primū poscatum

tum

tum diluta, tum tepida potui est offerenda: quò si quis in viscere thrombus, id est cruor concretus latitet, resolutus exspuatur: atq; hoc nihil vetat bis terve ternis horis facere. Ab iis verò etiam aliquod eorũ quæ tum emplasticã vim habent, tũ adstringũt, medicamentũ exhibendũ idq; aut ex posca diluta primũ, aut ex malorũ myrtorúmve, vel alicuius eiusmodi adstringentiũ decocto. Rursusq; vesperi medicamẽ hoc similiter dandũ: circũciso, si valẽtior sit, omni nutrimẽto, finaliter, sorbitionis, quod satis est, exhibendum. Maximè verò ad rẽ pertinebit, si etiã postero die, modo fortis cubãs sit, parũ sanguinis ab incisa iam vena rursum detrahatur, tũ victu medicamẽtisq; eodẽ modo in quartũ vsq; diẽ vtatur: pectore interim, si æstas sit, vndiq; melino rosaceóve madefacto: sin hyems, nardino vnguento. Quòd si emplastico aliquo vti medicamẽto placet, habes à nobis optimũ, quo etiã ad aliqua vulnera cũ fiducia vtare, cõstat id ex bitumine & aceto, aliisq; quæ illis misceri medicamẽtis solẽt, quæ enæma barbara à medicis dicũtur. Quòd si mulieri mederis pueróve aut deniq; corpori, quod mollis sit carnis, quod ex chalcitide fit, satis habile medicamentũ fuerit: cuius vires in primo libro eorũ quæ de medicamentorũ cõpositione inscripsi, explicauimus. Hac nos ratiõe multos ad quos statim vt malũ senserũt, accessimus, percurauimus. Quippe hoc maximũ est, cuiq; te attẽ-

tum esse magnopere oportet, an videlicet statim à ruptura vasis facta curationem incipias, quò cruentũ adhuc vulnus priusquã phlegmonẽ excitet, glutines. Nam si ea semel inuaserit, exigua spes est eius postea glutinãdi, in lõgius tamẽ trahere potest tempus. Quòd verò eiusmodi vlcera vel difficulter, vel planè nunquã curari posśint: hoc in causa est, quòd phlegmone soluta, eluenda pus vlceris & sanies sunt. Atq; ex vtero quidẽ et vesica tũ sua spõte excernũtur, quoniã videlicet pronis delabi licet, tum elui præterea à nobis possunt. In pulmone neutrum omnino fieri potest. Quare omnibus quæ huic loco hærẽt vlceribus, vna reliqua expurgatio est, ea quæ per tusses fit. At si rectè his tũ reliquã omnẽ quietem suasimus, tũ verò vt sensim respirarent, nec quicquã loquerẽtur, vt vulnus glutinarẽt iniũximus: quæ potest tusśiẽtibus esse sanatiõis spes? Non igitur propterea quòd in perpetuo propter respirationẽ motu viscus id est, desperata curatio est, velut qui ante nos fuere senserũt, sed propter saniei & puris vacuationẽ: ideóq; si statim quis sit aggressus, ac iam dicta ratione medeatur, coëunt: sin phlegmone prius occuparit, difficilem incertamq; curationẽ recipiũt: quãdo pus & sanies prorsus totáq; ex spatiis pulmonis nõ expellũtur, et tusśis ægras partes valde lacerat. At quæ ex pectore educũtur, triplex cõpendiũ præ iis quæ ex pulmone vacuãtur, habẽt. Nam

&

& vasa ipsa multò sunt minora, & sanies in spatiũ interius effluit, & in summa magis carnosum pectus est quàm pulmo. Nã asperæ arteriæ substãtiã, quæ admodũ carnis expers siccáq; est, nulla alia animalis in parte inuenitur, quæ etiã ipsa in eiusmodi * reiectiõibus rumpi solet, cùm reliqua vena vel arteria sit rupta, ipsis asperis illæsis manẽtibus, per solas osculorũ (vt sic dicã) coapertiones translatio sanguinis fit. Itaq; nec calidus in talibus, nec ruber, nec multus sanguis emittitur. Ac vidẽtur quidẽ prima saltẽ fronte leuiores eiusmodi affectus, vt qui copia vacuationis minimè terreant: sunt verò vel ob hoc ipsum grauiores. Quippe cõcretus circa ruptum vas cruor, cui facilis transitus in asperas arterias non est, glutinationem prohibet.

* πλύσεσι, id est casibus.

CAPVT IX.

SImili modo & trãsuersi septi vulnera, quæ foras non perueniunt in carnosis quidẽ partibus subinde coalescere sunt visa, eius motu non obstante. Quæ in neruosis eius hærent, insanabilia sunt. Sanè difficilis grauisq; curatio est etiã eorũ quæ i carnosis sunt partibus: si has iã phlegmone occupauit. Idq; nõ ipsi modò diaphragmati, verũ etiã omnibus quæ intra peritonæon sunt cõtenta: quòd in ea scilicet sanies defluat. Cæterũ danda opera est, vt ea quacunq; ratione siccemus, tum per ea præsidia quæ extrinsecus imponuntur, tum per ea quæ ex aqua vinóve tenui

bibuntur. Porrò horum maximè idonea sunt, & quæ propterea quod ex seminibus fiũt, διὰ σπερμάτων Græcè dicũtur, & quod solenne nobis est, quóq; in pectore perforato semp vtimur, quod ex casia cõponitur. Ceterũ tum hæc, tum humida quædam foris applicanda, quæ eiusmodi vulneribus sunt accõmodata, ad tractationẽ de medicamentis pertinent. Hîc methodos tantùm tradimus, quæ præsidiorum indicent genus. Quare si quando quædam à nobis particulatim pro exemplis adhibeantur, hæc addita claritatis causa fuisse existimandum. 10

CAPVT X.

RVrsus igitur propositas methodos repetamus, monstremusq; quantũ generalis omniũ vlcerũ curatio per singulas animalis partes speciatim immutetur. Hinc nanq; discemus præcipuè quidem id quod in toto opere est propositum, nempe minimè in curationibus errare: velut appendicem verò, etiam eorum qui se methodicos vocarunt, audaciam. Qui (si quid mihi, qui nec ad gratiam quicquam, nec ad odium loqui soleam, est credendum,) quum omniũ ipsi medicorũ maximè à methodo sint alieni, damnant (quatenus saltem scribunt,) non solùm reliquos veteres, sed etiam ipsum omnis nobis methodi autorem Hippocratem. Ac Empiricus quidẽ omnia quæ nos per indicationes inueniri ostendimus, ea dicit per experientiã sibi cognita. 20

Cùm

Cùm verò præter indicationẽ & experientiam nullum inuentionis organum tertium præterea sit, isti neutro vtẽtes, tamen appellãdos se methodicos cẽsent. Ergo sequãtur nos, & nunc saltem ostendant vlceribus omnibus per singula mẽbra curandis vnam esse sanationis rationẽ. Audiamus homines quo pacto vlcus curẽt, aut quales indicationes ab eo sumant. Nũ alias vllas, quàm quod planum cicatrice sit inducendũ, sinuosum
10 carne implendum, cruentum glutinandũ? At quo pacto inueniam quod cicatricem inducat, & quod carne impleat, & quod coalescere faciat? Ne labora inquiũt, sunt enim inuẽta. At qui haud scio an rectè, aut an oĩa. Fieri enim potest, vt vel ex deteriorũ nota quædam inuenta sint, potiora inuenta non sint: vel vt quæ inuenta esse videantur, etiam ipsa sint mala. Indéq; adeò accidere, vt quædam vlcera prorsus nõ sanentur, quædam longiore spatio, & cum dolore,
20 et famis cruciatu minimè necessario. Neq; enim audet quisquam nouam aggredi experiẽtiam, priusquam sibi persuaserit priorem curãdi rationem rectè se damnasse: veluti in iis vlceribus quæ in pulmone cõsistunt, quæ ne agnouisse quidem omnino fas est citra dissectionũ actionũq; notitiã, quorum nimirùm vtrunq; auersantur. Cæterùm cõcedatur ad præsens cognosci ab istis Thessali sectatoribus vlcus, quod pulmoni insederit. Nũquid igitur sicuti hoc illis concessimus,

sic etiã & quod sordidũ sit intelligant, an purũ, an æquale, an sinuosum, an saniei, vel puris plenum, cõcedemus, videlicet vel ex diuino afflatu, vel per insomniũ ea videntes? An hæc quoque quomodo agnoscãt percõtabimur? An verò citra horũ agnitiones, pharmacũ quod vis exhibere concedemus? Ego nãq; existimo primùm expurgandã esse immundorũ vlcerũ sordẽ, implenda verò carne esse quæ pura & sinuosa sint, rursus pus saniemq; expurgãda quibus hæc circũhæreant, mox ita cicatricẽ inducendã. Isti verò haud scio quónã modo talia vlcera sanauerint. nã Thessalus de his prorsus nõ scripsit, ne videlicet vel ignorantiã suam, vel inconstantiã proderet. Quippe vel rationi parũ consona, & falsa de his dicẽt: vel si quis vera dixerit, eorũ indicationẽ ex membri substãtia, præterea situ formáq; accipiat necesse esse. Nã esto vlcus in pulmone sordidum purumq;, & cum phlegmone, et sine phlegmone, & sinuosum, & planum dignoscere norint, etiam illud scire eos detur, quãquã ne eius quidem, tametsi minimi, inuentionẽ sibi vindicẽt, nempe quòd tale vlcus viridi medicamẽto expurgẽt. Macherionis (si libet) vel Isidis. nihil enim refert. Respõdeant igitur mihi, si vlcus in viscere hæserit, quid faciẽt? Num viridis medicamenti aliquid deuorandũ dabũt? omnino ridicula res est. Sed dicant, vndénam medicamen id in pulmonem deferẽdum sciũt? Quòd si

id

id quoq; sciāt, illud certè intelligere nō poterūt. an ipsam vim suā quā in extrinsecus positus vlceribus habuit, seruabit. At esto sciāt hæc quoque, quòd & eādē tuebitur vim quā in externis vlceribus obtinuit, & quòd sordes deterget: certè an tussim mouerit, intelligere nō poterunt cū tamen nisi per tussim sordes expurgetur, nullus sit detergētis medicamenti vsus. Ergo id quoq; istis detur: at illud saltem effugere non possunt, quin diuersam curationem in vlcere femoris, & vlcere pulmonis adhibeāt. Siquidē alterū aqua perluunt, alterum tussibus expurgant. Pone verò rursus vlcus quod in pulmone sedit, crasso esse pure circūdatū. Nūquid tum quoque viride medicamen exhibebunt, an mel potius lingere iubebunt? At id dicant, vndénam inuenerint. Nō enim profectò id respondebunt, quoniam tenuādi incidendíq; vim quandam obtinet: cùm ipsi à facultatibus eiusmodi disquirendis vltro diffugiāt. Sed nec quòd Empiricis in eiusmodi notarū cōcursu inuentū est mel prodesse, propterea istis, sicuti illis, eo vti fas est. Primùm, quòd experiētiā contemnunt: deinde quòd Empiricus in eiusmodi cōcursu, quænā sit in pulmone affectio, ignorare se fatetur: cæterùm, quæ cōducāt, se per experiētiā obseruasse. At Thessalo nō satis est curare quod omnino nō norit, sed ab affectuū indicatione procedit. Sanè si omnia illi scire donemus, sicuti prius, non minus quàm nos:

at nũquã profectò effugiet, quin in diuersis corporis partib⁹ curatiõis species mutetur. Nõ enim eadẽ curationis species profectò est, aut mulsam in vterũ propter sordidũ vlcus infundere, aut mel comedẽdũ exhibere, aut spõgia vlcus* detergere. Cæterũ, hæc adhuc parua: illa planè maxima sunt. Fingamus diutinũ vlcus citra phlegmonẽ in multis esse partibus, oculo, aure, naso, ore, femore, vẽtre, vtero, sede, pudẽdis. Fingamus & illud, si placet, vlcus eiusmodi vel planũ omnino esse, vel exiguo minus planũ. Respõdeántque nobis isti sectatores Thessali, qui hæc nusquam discreuit, quomodo id cicatrice tegemus. Nẽpe eo medicamine quod ex cadmia cõficitur. Id enim vlceri quod in femore constitit, bellè cicatricem inducere potest. Sed num igitur & ei quod in audiẽdi meatu constitit? Dicã fortassis incredibile, cæterùm dijs ipsis notũ. Deprehendi aliquãdo quẽdam ex sapientissimis istis Thessali sectatoribus sic vlcus medicantẽ diuturnũ. Cùm citius homini auris putruisset, ac vermes creasset, quàm medicamẽto quod ex cadmia cõponitur, inductũ cicatrice fuisset: cæterùm, permisso homine pluribus diebus medicamẽto similiter vti posteaquam indies grauius auris oleret, & sanie impleretur, etiã incredibilius quiddã quàm prius, ausum vidimus: quippe ratus mea tũ ipsum in profundo contraxisse phlegmonem, cõfugit ad tetrapharmacum: quod planè multò magis

* καθαπλύνειν. i. eluere.

magis augere putredinem partis debuit: vtpote quod siccare vlcus prorsus nõ potest, maturare phlegmonẽ potest. Ergo vbi hoc medicamẽto ad affectũ sanãdũ vno die est vsus, vt facilè videres id maximè esse cõtrarium, & multiplicata statim saniei vis est, & fœtor intolerabilis obortus. Itaq; qui propinqui laborãtis erant, contingere amplius aurẽ Thessaliũ nõ sinebãt. Ille verò præ impudẽtia stultitiaq; volebat non modò medicamẽti tetrapharmaci aliquid iniicere, verũetiã extrinsecus cataplasma relaxans imponere. At cùm eũ propinqui hominis abigerent, timeréntq; ne in magno periculo æger foret, nos vnũ diẽ amplius permitti Thessalio asino curationẽ exorauimus. Erat autẽ profectò postridie tũ sanies multò copiosior futura, tum odor grauissimus: quo die tentaui an fieri posset, vt sententiã Thessalij aselli mutarẽ, ne omnes perderet ægros, imò aliquos iam, tametsi paucos, seruare aliquãdo posset, tã aliena scilicet ab omni vera methodo deserta secta. Ergo sic agere cũ homine sum orsus. Nũquid (inquã) phlegmone tibi esse videtur in intimo meatu, proinde relaxantibus vteris auxilijs? Ille tum ita esse magnopere cõtẽdit, tũ aliter esse nõ posse. An igitur (inquã) aliquãdò vlc⁹ quod cũ phlegmone cõiũctũ esset, aceto acerrimo cũ glaucio curatũ vidisti? Minimè gentiũ (inquit) imò si quis pastillis andronijs ex aceto liquatis vtatur, etiã conuulsionem

fort

fortasse accersat. Ergo (inquã) si quis alio quopiã medicamento, quod sit andronis multò valẽtius, ex acerrimo aceto vtetur, idq; ad aurem ita propinquã cerebro inuolucrísq; eius particulam, nunquid planè te authore conuulsionem accerset, si phlegmone præsertim aliqua subsit? Hæc tum ipsis, tum ijs qui adstabant vniuersis rectè dici sunt visa. Ergo quantũ (inquam) ad ipsarum partiũ habitum spectat, quæ ea quæ ad summum siccẽt, desyderant, tametsi nunc curatione tua sint veluti effœminatæ, iam tali medicamẽto vterer. Nũc quoniã plures iam dies malè ipsas assuefecisti, trãsferre eas ad cõtrarium vno impetu, & semel nõ licet. Nã tibi ac Thessalo cõtemnere consuetudinem licet, non minus quàm partium naturã: nobis autem nõ licet: sed primo die aceto vtar cum glaucio: secundo vtar andronio, tertio ad valẽtius aliquod quã ipsum sit androniũ, trãsibo. Atq; hoc tribus quatuórve diebus vsus, si mihi vehemẽtius etiã medicamẽtũ requirere vlcus videbitur, eo etiã vti nõ dubitabo. Extrinsecus verò (inquã) imponã capiti, ea parte qua auris infestatur, nõ me Hercules sicuti tu, cataplasma quod relaxare potest, sed eorũ medicamẽtorũ aliquod quæ vehemẽtissimè siccare possunt: cuiusmodi est quod ex salice conficitur: aut etiam ipsum andronium ex aceto illiniã: aut ex ijs aliquid quæ hoc magis siccent. Nam quoniam particula cui medemur, siccissima

ſima eſt, neceſſe eſt valẽtiſsimè ſiccetur. Indicat enim veluti vitiũ ipſum vt curetur, ſibi applicãdum eſſe cõtrariũ: ſic particula ipſa quod ſit ſibi ſimillimũ. Itaq; & prout dixi, egi: ſanauíque hominẽ, nullo potẽtiore requiſito remedio. Quibuſdam verò qui potentiora deſyderabant, quibus vno alteró ve anno vlcus aurẽ infeſtauerat, valẽtius omnibus iam dictis medicamentũ adhibuimus. Id fuit ferri ſcoria tunſa, cribratáq; tenuiſsimo cribro, mox in tenuiſsimum veluti pollinem læuigata, pòſt cum acerrimo aceto ad mellis ſtrigmentíſq; craſsitudinem cocta. Cõſtat autẽ multiplex eſſe debere in miſtione acetum. Verũ (quod ſæpe iam dixi) materiæ medicamẽtorũ copiam ex alijs commentarijs petes. Nunc quæ ad methodum ſpectant, abſolnãtur. Nam audiendi locus quoniam eſt ſicciſsimus, idcirco medicamentis eget, quæ vehementiſsimè ſiccent. Quorum nullũ reliquarum partium cuiuis applicaſſe expedit, ſed oculo exulcerato collyrium fortaſſe quod ex thure conficitur. Naribus verò quod multò ſanè magis ſiccet, quàm vt oculis cõueniat, minus verò quàm vt auri quadret. Itaq; & prius cõprehẽſi omnes paſtilli vtiles ſunt, & medicamẽ quod ad Muſam refertur, aliaq; generis einſdẽ. Vlcerum verò quæ in ore accidunt, quæcũq; admodũ ſunt humida, ea medicamentis egẽt, quæ vehemẽter ſiccent, veluti diphrige, tum ipſo per ſe, tũ ex melle, & vino, & mulſo,

præ

* In antiquis ἀθήρασι.

præterea ex ea quæ iris dicitur, & quæ *anthera, hisq; vel siccis, vel ex melle, vel mulso, vel vino. Vtile verò ad talia est & Musæ medicamẽ, præterea rhois succus, & omphaciũ, aliáq; quæcũq; strenuè siccãt. Quid enim materias percẽsendo morer? At quæ simpliciora oris vlcera sunt, hæc sanare cõmodè possũt, etiã medicamẽta quæ modicè siccant, veluti hæc ipsa quæ propterea quòd in assiduo sunt vsu, στομαтικὰ Græcè sunt dicta. Ea sunt quod ex moris cõficitur; & quod 10 ex rubi fructu, & quod ex succo corticis iuglandiũ viridis, atque etiam his magis quod ex musto, & cupressi sphærulis componitur. Quæ verò in ore admodùm humida vlcera sunt proximè ossa, vnde carie tentari ossa periclitentur, hæc propter ossium naturam quæ sicca est, vehementissimis medicamentis indigent. Itaque ego iam comprehensos pastillos semper leuigo, ac siccum ipsum medicamentum superimpono.

CAPVT XI. 20

PОrrò dicta paulò antè sunt, & ad vesicam, & vterum, & intestina, & pulmonẽ idonea: medicamentorum genera, quibus sit in singulis vtẽdũ, genere quidem medicamenti ab ipsa curandarũ partium substãtia desumpto: sed cũ affectu prius etiã æstimato, modò verò vtendi eius, tũ à forma, tum etiam situ. Hinc nanq; excogitati sunt, & oricularij clysteres, quos ὠτεγχύτας vocãt: & vteri clysteres, quos μη-

τετυχύτας: & recti syphones, quibus in vesicam aliquid infunditur, quos καθετῆρας dicunt & ipsi clysteres. Hinc rursus quæ in vẽtriculo, pectore, & pulmone, vlcera consistere, per ea quæ eduntur, ac bibũtur, esse curanda. Quæ verò in intestinis, bifariam. Nã quæ vicina ventriculo sunt, his per comesta, & bibita succurritur, quæ verò inferius sunt sita, per ea quæ inijciuntur. quando neq; ad ea quæ vicina ventriculo sunt, 10 subire potest quod per sedem infunditur, nec integris viribus ad inferiora pertingere quod per os sit ingestum. Ideóq; etiam quæ vlcera in thorace, & pulmone consistunt, tũ difficilius ijs quæ sunt in ventriculo sanantur, vt quorum situs longius absit, atq; idcirco medicamentorum vis remittatur, tũ propter hoc ipsum multò valentiora ea quæ deuorẽtur præsidia requirunt, quã si ipsis statim vlceribus admouerentur. Indéq; adeò excogitata medicis sunt, vbi expurgãdum 20 ex pectore, & pulmone pus est, fortissima, quæq; maximè dissecẽt pharmaca, taliáq; omnino quæ si vlcus in ventriculo esset, ipsum exacerbarent. Quinetiã quòd hæc per tusses expurgẽtur, non aliunde quàm ex forma particularum est desumptũ, quòd hæ nullum talẽ exitum habeant, qualem vterus, vesica, sedes, auris, nasus, & os. Hinc etiam fit quòd ventriculus vtrinque expurgari possit, sursum per vomitũ, deorsum secundũ naturã. Quippe hoc genus indicationum

ab instrumẽtalibus quatenus instrumentalia sunt, est sumptum, sicuti quæ siccandum esse docẽt, ab ipsarum similarium substãtia sumuntur. Ab ipsis verò morbis rursus tales, veluti ab vlceribus (quoniã de his disputatio erat) & quòd siccãda sint, vt suprà est comprehẽsum, & quòd qui è ventriculo eluere pus volũt, nõ sine periculo vomitum mouent, sicuti si aliter infixam illi pituitã per oxymeli ac radiculam detergerent, sed tutius deiectione vtuntur, cùm vomenti periculum sit, ne & quod exulceratum est, dilaceret, & succũ quẽpiam inutilem ex vicinis attrahat. Quo nomine (vt dixi) & vlcera quæ pulmoni insident, difficillima sanatu sunt: vt quæ nec citra tußim expurgare poßis: & si tußim excites, laceraueris. Itaq; quasi per mutuas operas, malum ijs in orbem redit, quippe cùm quæ lacerata sunt rursus phlegmonẽ excitent, secũdò rursus phlegmonen ipsam maturari, & pus expurgari desyderant. Quare ex omnibus sanandi difficultas his exoritur, & quod ea quæ idonea vlceribus medicamenta sunt, contingere vlcus, sicuti in ventriculo, non possunt, & quòd per medium interuallum ferè vim suam amittit, & præterea quòd respirando mouẽtur, & tußiẽdò lacerantur. Itaque cùm in pulmone ruptum vas est, scire apertè licet, nisi protinus antequam phlegmone excitetur, glutinatum sit, id postea insanabile fore.

CAP

CAPVT XII.

Ceterũ, vlcera quæ in aſperæ arteriæ interiore ſunt tunica, & potiſsimum quæ ſummæ eius parti (quam λάρυγγα vocant) ſunt vicina, aut etiã in ipſa, hæc & curationem recipiũt, & nos nõ paucos eorũ qui ita ſunt aſſlicti, ſanauimus. Sanè curationem eorũ hinc maximè inuenimus. In grauis huius peſtilẽtiæ initio (quæ vtinam aliquãdo ceſſet) iuueni cuidam, cũ nouẽtam dies ægrotaſſet, totũ corpus vlceribus ſcatebat, veluti omnibus ferè qui euaſerãt. Eo die etiã tuſsiebat paululùm. Poſtridie verò vbi ſe lauerat, illico & vehemẽtius tuſsiuit, & tuſsi expulit cruſtulam, quam Græcè ἐφελκίδα vocant. Eratq; homini ſenſus manifeſtus vlceris in aſpera quæ in collo eſt arteria, prope iugulũ nati. Quin aperto quoque hominis ore, fauces eius inſpeximus, nũquid in ijs alicubi vlcus eſſet, ſed nec ſic inſpectãtibus apparuit vitiũ, & planè laborãti ſenſu eius aliquis manifeſtus ex comeſtorum bibitorúmque tranſitus fuiſſet, ſi illic vlcus fuiſſet. Quinetiam ex aceto, & ſinapi, certioris notitiæ cauſa, quædam ei deuoranda dedimus. Sed nec horum quicquam eum momordit, & ſenſus doloris manifeſtè in collo erat. Quo loco etiam adeò irritabatur, vt tuſsire impelleretur. Suaſimus itaq; reniti quãtum poſſet, nec tuſsire. Quod & fecit, eò certè facilius, quòd exiguum erat quod proritabat.

& nos omnibus modis operã dedimus, vt vlcus ad cicatricem perueniret, foris medicamentum aliquod quod ſiccaret imponentes: tum cubanti ſupino humidum aliquod ex iјs medicamentis quæ ad eiuſmodi vlcus facerent, exhibẽtes: ac iubentes id in ore cõtinere, paulatímq; permittere in aſperã arteriam defluere. Sic igitur faciens, ſentire ſe manifeſtè aiebat adſtringẽtis medicamẽti circa vlcus vim: ſiue ea vis huc trãmiſſa eſt, ſiue medicamen ipſum roris ſpecie in arteriam ad vlcus defluxit, & tãquã percolatũ eſt. Erat autem nec æger ipſe medicinæ imperitus, ſed ex iјs quidã qui ex vſu, & exercitatione empiricè medicabãtur. Ergo ſentire ſe aiebat, tum medicamẽtũ in arteriã defluere, tũ tuſſim quoq; aliquando mouere. Obluctabatur tamen plurimũ, ac tuſſim cohibuit. Igitur ipſe quoq; ſua ſpõte Romæ quidẽ vbi correptus fuerat, triduum etiamnum poſt nonum diẽ eſt moratus, poſt hoc conſcenſo nauigio, primũ per flumẽ ad mare nauigauit, quarto die pòſt naui peruenit ad Tabias, vſúſq; eſt lacte, quod & mirificam planè vim habet, nec ſine cauſa prædicatur. De cuius vſu aliquid dicere oblatũ nũc tempus videtur, nec de eo tantũ quod apud Tabias habetur, verumetiã alio omni. Neq; enim iјs modò qui Italiam incolũt, eſt ſuccurrendum: ſed quo ad fieri poteſt, qui vbiuis habitant gentiũ. Igitur ad lac quod in Tabiјs habetur, commẽdandum multa

con

cõcurrũt, & locus ipse satis editus, & aër illi circũdatus sicc⁹, & pascuũ pecoribus salubre. Atque hoc quidẽ alibi quoq; arte præparare licebit, si quis in colle modicè edito herbas fruticésq; serat, qui salubre simul adstringẽsq; lac reddãt: quorũ exẽpla paulò pòst dicẽtur. Cæterũ, vt ambiẽtẽ aëra similẽ reddas, fieri omnino nequit. Eligere tamẽ simillimũ ex ea quæ datur aërũ copia licet. Simillimus autẽ is fuerit; cui eadẽ adsunt quæ illi. Altitudo collis mediocris, via à mari ad ipsum triginta stadia, ampliúsq; aliquid, sed nõ multò. Locus autẽ ipse versus mare. Nẽpe Tabiæ in imo maximè sinu est, qui inter Surrẽtũ, & Neapolim cõspicitur: magis tamẽ in latere quod ad Surrẽtũ pertinet. Porrò totũ id latus collis est satis magnus, lõgitudine ad Tyrrhenũ mare porrectus. Inflectitur autẽ leuiter collis hic ad Occasum: nec in Meridiẽ in totum planè procurrit. Ergo hic collis à ventis ijs qui ab ortu flãt, Euro, Subsolano, & Borea, tutum defendit sinũ. Coniungitur illi in imo sinu alter collis nõ paruus, quẽ & veteres Romani in historijs, & qui nũc diligentiores sunt. Vesuuium nominãt. Celebre nũc nouũmq; nomẽ Vesuuium est, omnibus hominibus notum, propter ignem qui in eo ex terra summittitur. Quæ res nõ parũ mihi ad ambientis aëris siccitatem conducere videtur: & alioqui præter ipsum ignem, nec stagnum propinquum, nec palus, nec fluuius ali-

cuius mométi vsquã in sinu habetur. Omnibus verò vẽtis qui ab Arcto ad æstiuũ Occasum perflãt, Vesuuius collis obijcitur: multusq; cinis ab eo ad mare vsq; peruenit, reliquiæ videlicet materiæ, tũ quæ in eo cõbusta est, tum quæ nũc etiã vritur. Omnia hæc aërẽ efficiunt siccũ. Licet porrò & alibi terrarum eligere collem simili modo siccum, scilicet nec longè à mari, nec adeò magnũ, vt vẽtorũ impetui sit expositus: nec adeò humilẽ, vt subiectorũ camporum halitũ promptè recipiat. Caueatur autẽ ne ad Septẽtrionem sit versus: ita enim esset auersus à Sole. Quòd si etiam in temperato orbis loco collis sit, veluti is qui ad Tabias cõspicitur, lõgè magis ad rẽ pertineat. Hoc in colle sunto herbæ quidẽ agrostis, & lotus, & polygonon, & melyssophyllon. Frutices verò lẽtiscus, & arbutus, & rubus, & hedera, & cytisus, aliíq; his similes. Atq; ita tibi collis præparetũ. Pecora verò quæ in colle ad Tabias pascunt, boues sunt. Estq; eius animalis lac spissum, ita vt asinorũ tenue. Ego verò ne quod lactis genus vsui desit, ex vaccis crassum ex asinis tenue, ex capris mediũ: & boues, & asinos, & capras in pascua depulerim. Veteres verò etiã mulierẽ lactantẽ ijs qui phthoë cõsumerentur, adstare voluerũt. quorũ sentẽtiæ ipse quoq; accedo, & quòd familiare id sit, & quòd priusquã ab ambiẽte refrigeretur, id sumi voluerint. Porrò hoc tibi de lactis vsu pro maximo præce-

pto

pto sit, ut ij quibus eo est opus, omnino id a sl ate animali statim mulctū bibant: etiam melle iniecto, si cui cogi in vētriculo solet: quòd si ipsum descēdere ad aluū citius cupis, etiam sale. Atq; ille quidē adolescēs cùm vlcus in arteria ex pestilenti morbo haberet, sanatus est: ac post eū similiter alij. Alter vero adolescēs annos natus circiter decem & octo, cùm multis diebus ex destillatione laborasset, primùm quidē sanguinem
10 floridum cum tussi expuit, nō sanè multū, posteavèro etiam tunicæ ipsius partē quæ tegens intrinsecus arteriā, in fauces & os per ipsum arteriæ caput (larynga vocant) ascendit. Videbatur autem mihi tum ex crassitudine eius coniectanti, tū ægri sensu, ipsius laryngis esse interna *tunica. Quinetiā læsa illi ex eo vox est. Atq; hic quoq; longiore quidem tēpore, sed tamen sanatus est. Cæterùm, qui ex pestilentia hoc vitio laborarunt, propterea mihi facilè sanati viden-
20 tur, quòd præsiccatū ijs præpurgatumq; totum corpus fuerit. Quippe cum & vomuerint ex ijs nonnulli, & omnibus venter profluxerit. Atq; cùm ita iam vacuati essent, ijs qui euasuri erāt pustulæ, quas exanthemata vocant, nigræ toto corpore confertim multæ apparuerunt, vlcerosæ quidē plurimis, omnibus certè siccæ. Eratq; intuenti perspicuum reliquias eas esse sanguinis, qui in febri putruerat, quas veluti cinerē quēpiā natura ad cutim trusisset: sicuti alia ex su-

* σῶμα, id est, corpus.

peruacuis nonnulla trudit. Verùm medicamẽtis ad eiuſmodi,exanthemata opus nõ fuit, cùm ſiderent ſua ſpõte,ad hunc modũ aliĳs quidẽ,quibus videlicet exulcerata ſumma pars fuit,decidit ipſa vlceris cruſtula,quam ephelcida nominant,deincepsq; quod reliquũ fuit,propinquum ſanitati erat,ac poſt vnum duóſve dies ad cicatricẽ peruenit,aliĳs,quibus ſcilicet vlcerata ſummitas non eſt,exanthema quidem ipſum, & aſperum, & ſcabioſum erat: decidit verò veluti 10 ſquamma quædam,ac dehinc omnes fuere ſani. Nihil itaque miri ſi etiam ĳ quibus eiuſmodi exanthemata in pulmone ſunt orta,propter vlcerum ſiccitatem ſunt ſanati. Quod nanque in cæteris vlceribus vniuerſis ſupra mõſtrauimus curationis eſſe propoſitũ, hoc iam ĳs quæ ex peſtilentia ſunt orta,præſto fuit. Omnia nanque ſicca,& aſpera fuere, plurima quidem ſcabiei, quædã verò etiam lepræ ſimilia. Ergo cùm experientia rationi atteſtetur vlcerũ curationem 20 hunc vnum habere finem, vt ſiccentur, poterit quiſpiam ex ĳs qui ſanguinem ex pulmone reĳciunt,ſeruare permultos,ita vt nos fecimus.

CAPVT XIII.

AC quemadmodum quidẽ medẽdum ĳs ſit qui notabile in pulmone vas fregerũt: inde adeò quòd ab alto ſint lapſi,vel immodicè clamarint,vel pondus ſupra vires ſuſtulerint, vel quòd durũ magnumq; aliquid extrinſecus ipſorum

rum pectori inciderit, dictum prius est. Quemadmodum verò qui ex catarrho sanguinem reijciunt, commodissimè tractentur, nũc dicemus, proposita claritatis causa curatione, quam Romæ in splendida muliere peregimus. Hæc nanq; cũ eiusmodi sermones audisset, quales nũc de ijs qui sanguinem ex pulmone reijciũt, habuimus, siue ex catarrho id, siue vehementi tussi paululum quiddam per noctem expuerat, illico ad me misit, se quicquid exigerem præbiturã promittens. Audiuerat verò ante id tempus, nisi quis illico præsidiũ strenuè afferret priusquam vlcus phlegmonem cõtraheret, eum operã amissurum: atque hanc esse præcipuã eorum qui sanguinem reijciũt, interitus causam. Igitur incidere mulieri venã, quæ iam quatriduũ propter catarrhũ propemodũ sine cibo egisset, non placuit: sed iussi vt acriu teretur clysteri, tũ crura manusq; calfacienti pharmaco plurimum fricaret, & vinciret, mox caput raderet: cui deinde medicamen quod ex palumbiũ stercore cõstat, imposui: interpositisq; tribus horis in balneũ duxi, ac laui, nullo caput contingens pingui. Dein caput idoneo pileo contexi, & pro eo qui tum erat temporis statu, nutriui sola sorbitione. Post quam statim fructum aliquem autumnalium austerum dedi. Deinde cùm dormitura esset, quod ex viperis cõficitur medicamentũ dedi [theriacẽ vocãt] circiter quatuor menses antè cõfectum. Habet

*enim id ætatis adhuc prævalentẽ papaueris succum, qui in antiquatis ignauus redditur: ideoq; & somniferum est, & fluxiones tum siccat, tum leuiter crassat. Finito verò prorsus catarrho, liquidò apparebat, tum ex respirãdi specie, tum sonitu, semel excitatæ tussis pulmonẽ purgatione egere. Cæterùm, exhibere hãc nõ placuit secũdo saltem die: sed in omni taciturnitate, & quiete muliere seruata, tum artubus eius perfricatis vinctisq; iussi reliquas quoq; omnes partes perfricari, excepto capite, quod adhuc ex medicamẽto incalescebat: rursus autẽ vesperi dedi theriaces ceu fabæ nostratis magnitudinẽ. Erat verò quod pridie acceperat, hoc lõgè amplius. Postea verò quàm hac quoq; nocte probè dormuisset, tertio die manè mel coctũ copiosè exhibui, ac in quiete seruaui. Procedẽte verò die totum corpus similiter perfricui, ac ptissanæ cremorẽ cũ pane exiguo pro cibo sumere iussi. Mox quarto die manè quidem dedi medicamentum, quod ex viperis fit, sed quod iam in ætate vigoris esset, idq; cũ * copioso melle. Capiti verò mulieris eodem pharmaco (quod vehementer tum siccat, tũ calefacit) imposito, ac deinde ipsa lota, nutritaq; modicè, valentius iam pulmonem expurgare in quinto sum aggressus. Ac dehinc rursum rursumq; ex interuallo ad caput quidem consueto iterato quod thapsiã recipit, sum vsus. Totã verò corporis curã, in gestatione, frictione, ambulatione,*

10

20

* In ipres. habetur σὺν χρυ-σῷ.

[handwritten marginal note, partly illegible] ... lib. 17 ... lib. 16.

lationе,lauandíque abstinentia, ac victu, tum moderato,tum verò boni succi, ad reficiendum direxi. Hæc itaq; mulier rectè se habuit,minimè lactis opem requirens. Alteri verò adolescenti, cui non ex destillatione, sed ex refrigeratis spiritus instrumentis orta tussis fuerat, cum sanguinem & ipse ad dimidiam heminam reiecisset, statim venam incidi, ac bis eodem die ex ea sanguinem detraxi: deinde rursus postri-
10 die bis, sed artuum frictione & vinctura priore die vsus ad vesperam dedi pharmacum nostrum, quod diaspermaton dicitur. Secundo die post alteram detractionem imposui toti pectori ceratum,quod ex thapsia cōficitur, mox vesperi,ne supra modum calfaceret,id auferēs. Tertio die rursus ad treis horas imposito, hominem laui. Cibaui autem similiter tribus his diebus: prioribus quidem duobus, sorbitiunculis, tertio verò ptissanæ primùm cremore,deinde pisce sta-
20 tim aliquo,qui & facilis concoctu esset,& simplici ratione præparatus, adiecto. Dedi quoq; medicamentum diaspermaton, & secundo, & tertio die similiter ad vesperā, quippe quod & somnum conciliat,& sensum doloris eleuat, & siccandi vim habet. Tum verò cùm & spiritui delegatæ partes in naturali temperamento essent,& totum corpus vacuatū, ac nulla phlegmones suspicio circa ruptū vas superesset,expurgare cœpimus. Mox bibito medicamento quod viper

viperas habet ætatis iam vigẽtis, ad Tabias dimisi. Sic ego omnes qui primo se die mihi curandos permiserunt, sanaui.

CAPVT XIIII.

Qvi verò post duos, aut treis, non omnes, sed aliquibus eorum insanabile vlcus fuit. Quotquot autẽ phlegmone sic occupauit, vt iam febricitarent, horũ nullus est in totum persanatus. Sed qui postea sic per omnia præsidia ritè transierunt, vt siccaretur vlcus, ij tantũ saltẽ lucrifecerunt, vt illud nec vltrà progrederetur, nec maius fieret, sed siccatũ, ac callo duratum, longiore vita frui hominẽ sineret. Ex ijs verò qui vlcus in pulmone habent, ij demum insanabiles mihi esse vidẽtur, qui ex succi vitiosi erosione id possident, quorũ aliqui ceu salsilaginem sputum suum sentire se aiunt, nam longo arbitror tempore omnino opus esse, vt succi corrigatur vitium. In tẽpore verò necesse est duorum alterum, aut siccando vlcus, ceu callũ fieri, eoq́; fore omnino insanabile: aut non siccando, tum ipsum putrescere, tum quæ circa sunt depascere, atq; ita spatio pulmones putrefacere. Porrò multi ex ijs qui eiusmodi succum vitiosum cõgessissent, cùm ex eo tussirent, non tamen etiam num sanguinem reijcerent: huius nostræ prouidentiæ compotes facti, prorsus sunt persanati. Oportet autem in principio nullius rei æquè esse sollicitum, quàm vt neque tussiant, neque ex capite

pite aliquid in pulmonem defluat. Cauetur id triplici præsidio: purgatione primùm, secundò medicamine quod diaspermaton dicitur, tertiò ipsi capiti prouidendo. Quod purget, diuersas facultates habeat oportet, cuius generis nostræ sunt pilulæ quæ ex Aloë, Scammonia, Colocynthide, Agarico, Bdellio, & Gummi Arabico cōficiuntur, ad plures videlicet excremētorum purgandas species. Sanè satisfaciant ad vsum, & quæ sine gummi componuntur. Postea verò si res postulabit, etiam ijs quæ nigram bilem expurgēt, vtare. Capiti prouidebitur cerati vsu quod fit ex thapsia. Atque hæc quidem in principio peragenda sunt, pòst verò reficiendus æger salubriter est cibis boni succi, frictione, inambulatione, & balneo. Tradetur autem de his methodus in idoneo operis loco. Porrò ij sunt qui maximè hæc requirunt, neglectóque eo, omniū maximè sunt insanabiles. Cæterùm, de mittendo his sanguine scire illud licet. Quicunque parum habere sanguinis videbuntur, ijs ad quendam succum probiorem (sicuti prædixi) reductis detrahere sanguinem poteris, tum rursus reficere: eosdem etiam rursus purgare, ac rursus reficere, denuoq; si res suadet, sanguinem mittere, potißimum quibus veluti limus quidam vitiosus, & crassus totus est sanguis. At qui validi sunt, multiq; sanguinis, ijs statim à principio est detrahendus.

CAP

CAPUT XV.

HOrum quæ retuli, vel modò, vel antè, siue ea inueni ipse, siue iuxta Hippocratis viã vsurpaui, nihil planè non examinatum, ac iudicio cõprobatum est, sed per experientiam omnia iudicata: in quibus erroris pericula ipsi pertulimus. Fructũ ex eorũ vsũ habituri sunt quibuscunq; artis opera sunt curæ. Siquidem alij veri sunt, alij sophistarum sermones. Quanquã quid sophistas memoro? Cùm etiam nõ contẽnendorum medicorũ aliqui, etiã qui integra volumina de sanguinis reiectione prodiderũt, alia quidem multa, & parua rectè perscripserint, maximorũ autẽ auxiliorũ nullius meminerint, parũ intelligẽtes per multa illa & parua quæ rectè admonent, longũ ipsis ægrotis cõparandum interitũ. Per hæc autẽ tria, qui planè deplorati non sunt, omnes seruantur: per sanguinis missionẽ, & purgationẽ, & ea quæ caput roborãt. Sane in sequẽtibus cùm de succorũ curatione præcipiemus, dicemus de sanguinis missione diligentius. Minimè igitur (sicuti medicorum nonnulli censent) à paruis incipiẽdum auxilijs est, nec sicut illi dicũt sentiendum, ista scilicet prius esse tentanda, mox si nihil profecerint, aggredienda maiora: nam in morbis in quibus periculum nõ impendet, vera ea opinio est, at vbi moriendum ægro prorsus est, si phthoë semel exceptus sit, alienissimũ à ratione est à minoribus inchoasse. Nã

sicuti

ſicuti reliqua omnia ab Hippocrate tradita, ita
» illa quoque ſententia rectè eſt dicta: Nempe ad
» vltimos morbos vltima prorſus remedia maxi-
» mè valere. Quánam igitur inductus opinione
Eraſiſtratus in taliũ affectuũ principio ſegnis
tardusq́; eſt, pòſt diligẽs cùm perijt occaſio? Nã
ſanguinis miſsione cùm ſanguis reijcitur, nuſ-
quam prorſus vtitur, vitioſiſsima ratione indu-
ctus: ſed nec purgat quẽquam, nec caput ſiccat.
10 Quibus nimirũ ſi quis phthoë occupari pericli-
tantes fraudet, quãuis reliqua omnia probè per-
agat, nihilo plus arbitror agat. Nam ſanguinẽ
mittere recuſat, ac ſolis artuũ deuinctionibus ad
eum auocandum vtitur: quò (vt ipſemet ait) ad
phlegmones tẽpora ſat nobis ſanguinis ſuperſit,
nec propter inopiã eius ægrũ nutrire cogamur.
Sed heus tu Eraſiſtrate, dicat arbitror aliquis,
ſi poſt venam ruptam phlegmone iam pulmonẽ
occuparit, non eſt quod ſperes hominẽ ſanandũ,
20 propter ipſas quas paulò antè comprehendi ra-
tiones. Quare amplius opera tua nõ egebit pro-
ditus: videlicet per te inter initia. Quippe idem
facis quod gubernator, qui vbi per eius incu-
riam euerſa nauis eſt, vectorum cuipiam aſſe-
rem in manum dat, indeq́; ſalutem comparare
ſuadet. Sed Eraſiſtratus fortaſſe exiſtimabat
phlegmonẽ eſſe ex ijs quæ neceſſariò vulnus co-
mitẽtur. Verũ ſi ita ſentiebat, in magna planè
erat ignorãtia: cùm videre cuiq; liceat ſexcentis

eorum

eorũ qui quotidie singulari certamine decertãt maxima citra phlegmonem glutinata vulnera, sic, vt secũdo vel quarto die sint omnino in tuto. Nos verò etiam plurimos ex ijs qui vas in pulmone ex casu, clamore, plagáve rupissẽt, priusquam phlegmone in vase rupto excitaretur, curauimus. Quòd si horũ quoq; pulmones phlegmonem inuasisse asserit, ipse suis ipsius placitis repugnat, simul princeps viscus quod maximè vicinũ cordi sit, phlegmone laborare affirmãs, simul hominẽ febri carere, itemq; rupta phlegmone nihil expuisse. Ergo à nobis quoq; inuicem audiat, nec fieri posse vt glutinetur vlcus, si phlegmone pulmonẽ inuaserit, omninoq; si inuaserit, febricitaturum, ac purulenta deinde cùm phlegmone soluitur, tussi exputurũ. Ergo si quis nec febricitabit nec tussiet, nec saniẽ aliquã ex vlcere & phlegmone spuet: quæ ratio est vt huius inesse pulmoni phlegmonẽ dicas? Itaq; tum hoc maximũ certè præsidiũ nõ rectè ab eo damnatum est, tum purgatio sine vlla mẽtione prætermittitur. Ac nec vllũ pharmacon quod efficax sit, contra vllum ex comprehensis generibus ab eo est positũ. Quin siue caput fluxionem mittat: eo statu seruabitur: siue ex intẽperie ipsorum spiritualium, tussis incidat, etiam ipsa sic manebit. Ergo Erasistratus statuario illi adsimilis videtur, qui reliquis omnibus partibus scitè perfectis, statuam reliquit cæcam. Nam quæ, quæso,

quæso, reliquæ pulchritudinis gratia, cùm oculos desideres? Postea si diis placet, cũ tanti viri maximè aberrẽt, egregius vir Thessalus, qui artem ne nouit quidem, methodicũ se censet appellandum. Ac nũc fermè omnes sectatores eius sanguinẽ mittere videmus, tum aliis ægrorũ nõ paucis quibus non solùm non vtile, sed etiam noxiũ existimare id præsidij oportebat, præsertim si propriis ipsi hypothesibus starent: tum verò iis
10 *qui sanguinẽ, siue hunc per vomitum, siue etiam cum tussi, reiiciũt, modò valentes vires habeãt. Sed quomodo cohærebunt hæc secũ, vt venã vbi sanguis reiicitur, incidere iubeãt, & in commentariis suis scribant remedium id adstrictis vitiis conuenire? Ergo ne se methodicos amplius nominent, sed Empiricos, si reiecta ratione quã esse rectam putabant, experientia vtuntur ad inueniẽda præsidia. An igitur in iis quidem clarè deprehẽduntur nec methodo, nec omnino ratione*
20 *aliqua quicquã facere: vbi verò partes inutiles esse ad curationis inuentionem aiunt, non multò magis? Atqui si quis ad memoriam reuocet ea quæ de auribus, naribus, oculis, ore, pectore, pulmone, præterea vtero, vesica, & vẽtriculo, diximus: errare eos tota via videbit. Talis igitur erat qui ad phlegmonẽ quæ in pudẽdo erat, macedonico medicamẽto est vsus, ac cũ eo etiã cataplasmate quod relaxãdi vim habebat, nẽpe solẽni hoc quod ex pane, aqua, & oleo conficitur.*

Etiã alius quidã illi persimilis, qui ad sedẽ exul ceratam iisdem est usus. Verùm de talibus vbi de phlegmonis disputabitur, agemus. Cæterùm vlcera quæ citra phlegmonẽ in pene sedéve cõsistunt, nullũ cataplasma desyderãt, sed medicamẽ quod cicatricẽ inducat: non tamẽ mehercles eius naturæ quæ vlcera quæ in carne sunt, inducere cicatrice posit, imò quæ tanto magis siccare possit, quãto hæ partes sunt carne sicciores. Quinetiam quod magis admirere, ipsorũ quæ in pene 10 sunt vlcerũ magis etiã siccari postulant, & quæ in toto cole hæserunt, & quæ extra hũc etiã finẽ eius qui glans dicitur infestãt: minus verò quæ in præputio sunt: atq; etiam his minus, quæcunq; in reliqua sunt cute, quæ totũ colem vestit. Cùm igitur humidũ in glãde vlcus quidã ex Amethodis istis medicis, istis inquã Thessaliis, sanare aliquãdo non posset medicamẽtis iis quæ epulotica vocantur, id est quæ cicatricem inducũt, adhibuit in cõsilium me. Vbi igitur ex me audiuit 20 lõgè sicciore medicamẽto particulam egere, propterea quòd siccioris naturæ esset, primũ nõ credidit: vt verò coactus necessitate est aliquo ex nostris medicamẽtis vti, tribus diebus sanatum vlcus est: perspicuũq; erat medicũ non tam fuisse de salute hominis lætatum, quàm inde adeò tristatũ quòd in mala disciplinæ secta fuisset educatus. Siquidem medicamẽ quod ex papyracea charta combusta fit, hoc scilicet nobis vsitatũ, id

genus

genus vlcerum sanat, sicuti etiam anethū vstum simili modo inspersum, itémq; cucurbita sicca, atque vsta, ad eundem modum, alia præterea multa ex iis quæ vehementer sicut illa siccant. Si qua verò eiusmodi vlcerū sine madore sunt, ac recentia, iis sola aloë salutare medicamen est. Inspergitur autem sicca, sed in tenuissimum ceu pollinem redacta, hæc verò etiam quæ in sede consistunt sicca vlcera probè percurat. Simillimam huic vim habet & cadmia vino elota, & sicca. Ab hac quoque non longè abest argenti spuma, λιθάργυρος Græcè dicta. Deinceps verò molibdæna sequitur. Omnibus verò tum minus inferens, doloris, tum nullo minus efficax pompholyx est. Sin humidiora sunt, ipse per sepini cortex, itémq; lapis hæmatites idoneus est. Quòd si profunditas quæpiam ipsis adsit, vbi exiccata fuerint, dictorum alicui tantulum mannæ admiscendum est, quantum sit ad carnem gignendam satis. Neque igitur horum quicquam vel per somnium norunt, qui istius sunt alienæ à methodo sectæ cùm omne vlcus, in quacunque animantis sit parte, eandem postulare curationem opinentur, neque etiam quemadmodum suere quædam vlcera oporteat, veluti ea quæ in abdomine contingunt, de quibus in sequenti libro cum iis quæ restant vniuersis agetur.

GALENI METHODI MEDENDI, VEL DE morbis curandis, Thoma Linacro Anglo interprete.

LIBER VI.

Quæ in sexto Methodi medendi libro habentur.

Methodus curationis, quæ debetur neruis, & tendonibus vulneratis, punctis, contusis & denudatis.
De vulneribus quæ in peritonæo fiunt.
De interioribus peritonæi vulneribus quę vsque ad abdomen & omentum pertingunt.
Curatio affectuum quę ossibus accidunt.

CAPVT I.

NON dubito fore nõnullos quibus esse prolixus videbor, qui vnũ hactenus morborũ genus, quemadmodũ methodo curetur exponam. Par est autem non tã mihi longitudinẽ hanc imputent, 20 quàm iis qui parũ intelligẽtes quæ rectißimè ab Hippocrate sint scripta, ea calũniari sũnt conati, quos ne quemadmodũ vlcus quidẽ rectè curẽt, scire ostẽdi: nedũ quod maius sit quicquam. Atq; ipsum quidẽ morbi genus, cuius vna species vlcus est, seu cõtinuitatis, seu vnionis solutionẽ voces, nihil referat, illud monstratũ est methodũ curãdi eius, ĩ quocũq; corporis mẽbro sit, quæ quidẽ ab affectu ipso sumãtur indicationes seruare

uare cõmunes: quæ verò ex partibus præbeãtur, alias atque alias habere. Cum enim in carnosis particulis inciderit, nominatur quidẽ vlcus, habet verò curationis indicationẽ omniũ quidem quæ præter naturã sunt communem, sui scilicet adẽptionẽ, quã verò ceu affectus præstat, vt per cõtraria tollatur, quã vt diuisio est, vnitionem. Quippe generatio huius vitij in diuisione vnitatis cõsistit. Ideóq; in osse vocatur fractura, Græcè κάταγμα: in neruosis fibris σπᾶσμα, in musculis vlcus & ruptio, quorum differẽtia prius iã dicta est. Idẽ tamen morbus cũ in neruũ, & arteriã, & venã inciderit, nullã propriã appellationẽ est sortitus: mutuatur autẽ interdũ vlceris, interdum vulneris vel ruptionis appellationem. Cæterũ parũ esse de nominibus solicitũ debere eũ cui rerũ sciẽtiam inuenire sit propositũ, sæpe iam diximus. Itaq; huc potius nominibus neglectis properemus, quãdo non ex horũ exquisita impositiõe, sed ex appositis remediis ægro salus paritur. Rursus igitur reuocandũ ad memoriam est quemadmodũ audacissimus Thessalus, cùm nullã curãdi vlceris methodum tradiderit, omnes tamẽ dixisse se arbitrať. Siquidem quòd sinuosum vlcus postulet impleri, & simplex glutinari, hæc nec idiotis sunt ignota. Quemadmodũ tamẽ methodo quis pharmaca inueniat, quibus vel impleatur quod sinuosum est, vel glutinetur, quod simplex est, hæc vulgus nõ nouit. at id

est quod medicis cõsiderandum proponitur, atq; in eo alius alio est præstantior. Quippe veluti in præcedentibus ostendimus, & inueniet remedia, & inuentis rectè vtetur quisquis in medendi methodo est exercitatus.

CAPVT II.

VT enim iam aliquid persequamur quod præcedẽtibus sit deinceps, fingamus quempiam ad nos venire cui tantũ cutis acu sit pũcta. Hũc hominẽ, si is sit, cui facilè vlcera sanescãt, etiam si citra medicamẽtũ nudóq; mẽbro, ad opera cõsueta dimittas, nihil sentiet mali: sin cui difficulter sanẽtur: primũ quidẽ dolebit: post etiam tum pulsu particula infestabitur, tum phlegmone. Ac empiricus quidẽ examinãdo percontandóq; hominis naturã discet. Nos verò tũ ex eiusmodi examinatione omnibus his vsi quæ per experiẽtiã inueniãtur: tum nihilominus ex iis notis quas de bonis succi maliq; naturis habemus, præterea de iis qui acris hebetísq; sunt sensus, tũ plenitudine grauatis, modicéq; se in succis habentibus, non ignari quòd qui vel plethoricus est, vel vitiosis succis premitur, vel acris est sensus, vel horum quibusdã, omnibûsve premitur, phlegmone tentabitur. qui cõtrà est affectus, nihil mali sentiet, atq; hæc prospicientes, nõ equidẽ medicamen quod glutinet imponemus, cuiusmodi plurima sunt eorũ quæ enæma vocãt, (ea sunt quæ recẽtibus statim applicantur vulneribus) imò molle et

blan

blandũ,et quod dolorẽ mitiget. Siquidẽ ubi magna diuisio est, ibi studiũ impendi debebit, ut magis siccantibus remedijs labra ulceris uniãtur, atq; coalescãt, ubi autẽ acu stilóue facta diuisio est, id duntaxat curandũ est, ne phlegmone particula tẽtetur. Atq; ex hoc manifestũ est cruẽtorum ulcerũ indicationem quæ à Thessalo est prodita, nihil nos maius adhuc docere, quã sit cuilibet è plebe notũ. Nõ enim scire quid fieri o-
10 portet, id magna res est, ut qđ oĩbus hominibus natura insit, sed quibus rationibus illud efficias, id verò scire artificũ est. Nã si nauẽ quispiã sit ædificaturus, scimus profectò omnes, etiã qui nauiũ fabri nõ sumus quo loco poni gubernacula debeãt, quo loco puppis, quo prora, ac reliquorum quiduis, cæterũ nihil nobis hæc ad rẽ cõferũt, utpote nesciẽtibus quẽadmodũ ipsa struãtur. Aequè et qui ædes molit, utiq; nõ ignorat nec quòd iaciẽda primũ parietũ fundamẽta sint, nec quòd
20 super his erecti miniméq; inclinãtes erigendi sint parietes, nec quòd super his strui tectũ oporteat, nec quòd ostia, & fenestræ, singulaq; reliquarum domus partiũ proprijs collocãdæ sint locis, verũ hæc ad domũ ædificandã quid cõferãt quo ad ipse fabrilis artis ignarus ea fabricare nesciat? Vni igitur Thessalo oĩum hominũ sapiẽtissimo nosse quid fieri oporteat, ad artificiosam notitiã satis esse uidet. Sed nos p. superius cõprehẽsa mõstrauimus id eẽ operũ q ex artibus expectentur.

veluti principium quoddam nondum aliquam eorum propriam partem, sed quæ etiã sit cuius è plebe communis. Quippe primæ in omni arte indicationes omnibus hominibus natura sunt præsto. Quare si hæ satis sunt ad opifices faciendos, nihil vetat quin & naues ipsi ædificemus, & materiã fabricemus, prõptumq; sit omnibus tum calceos facere, tũ vestes, tum domos, sed & architectos esse, & cithara personare, & rhetoricari. Verùm nõ ita se res habet, nec qui vulne- 10 *ratæ parti naturalẽ vnitionem esse moliendam nouit, is medicus est, sed qui quibus id rebus perficiat, intelligit, quanquã ne hoc quidem ipsum per se satis est, si quis etiã quo pacto his sit vtendũ nesciat, sed qui viam omnẽ curationis eousq; percalluit, vt ipsum consequi destinatum finem queat, is demum est qui mederi nouit. Ergo istis Amethodis Thessali æmulis illud accidit, vt cũ maiora viribus audeant, nec ad ea quæ cõsequi alioqui possent, accedãt. Quippe cùm dudũ stilo* 20 *quidam vulneratus in manu esset, ita vt tota diuisa cute aliquid neruorũ qui suberãt, pungeretur, sapiens scilicet Thessalius in principio emplastrum quoddam imposuit, quo sæpe in maximis vulneribus vsus prosperè fuerat. Putabat enim (arbitror) omne vulnus eandẽ curationem requirere. Phlegmone verò oborta, ad cataplasma quod ex farina tritici cõponitur se cõferens, atq; interim hominẽ tabefaciens, intra septimũ*

diem

diem iugulauit. Nec sanè cõprehendere numero est, quot, vbi in Pæonias istorũ manus incidere, cõuulsione perierint: quò si diis placet, sanctio illa Thessali seruetur, omne cruentũ vlcus similiter esse curandũ, idq; partibus iis quæ laborent, nullã indicationẽ conferentibus. Cæterùm vera ipsa methodus, nõ perinde atq; hæc Thessali est Amethodos: imò potest vel nũc etiã post tot tãtosq; medicos non solùm meliora medicamenta quã prius fuere, sed etiã vniuersum curationis modũ inuenire. Nemo enim statim ab initio iis vsus quæ nos inuenimus, ex nerui vulnere in cõuulsionẽ incidit. Aduerti nãq; vbi pũctus neruus esset, ei ex sentiendi quod obtinet acumine, necesse esse tũ dolorẽ incidere, quàm reliquis partibus maiorẽ, tũ ex necessitate phlegmonẽ consequi: nisi quis & medelã dolori inueniret, et phlegmones generationẽ prohiberet. Ratiõabile igitur mihi est visum, cutis quidem vulnus apertum inglutinatũq; custodire, quò per id ex neruo vulnerato sanies efflueret, totũ verò corpus supervacuis humoribus liberare, ac ne quis dolor vulneratam partem vrgeret, in primis solicitudinẽ habere. Itaq; etiam medicamenta excogitaui nõ pauca, quæ vulneri imposita ad vtrũque mirè sunt comparata, tum vt dolorem mitigẽt, tum vt exitũ saniei patefaciant. Tutius verò fuerit etiam si quis cutem latius incidat, ac totum corpus sanguinis mißione inaniat, vtique si fortis

sit virtus. Si verò vitiosis succis repletũ corpus sit, protinus purget. Aqua verò calida quãquã reliquas phlegmonas valde mitigat, vulneratis tamẽ neruis est inimicissima, cũ præsertim eorũ substãtia ex refrigerata cõcretáq; humidiore materia sit cõdita. Omnis enim eiusmodi constitutio per ea quæ simul calefaciũt & humectant, resoluitur ac putrescit. Itaq; ab aqua calida eos qui ita vulnerati fuerãt, omnino prohibui, vtilius iudicans oleo calẽte fouere, propterea quòd 10 demõstratũ à me est, hoc quoq; si frigidũ applicetur, tenues meatus obstruere: sin calidũ, digerere. Porrò fugi ex huius quoq; generibus & crudũ, quod ὠμοτριβὲς Græcè dicitur, & quod denique adstringẽdi vim haberet. Delegi autẽ tenuissimũ, cuius generis Sabinũ est, quod etiã vtilius fuerit, si bimũ trimúmve sit. Quippe id quã recẽs magis per halitũ digerit, quoq; magis est antiquũ, hoc semper magis digerere est potẽs: verũ dolorẽ minus sedat, in pharmacis autẽ huc omne 20 cõsilium direxi, vt esset eorum facultas tum tenuis, tum modicè excalfaciẽs, & quæ siccare citra dolorẽ posset, cùm sola hæc trahere ex profundo saniem, neq; cõtracta neq; demorsa particula poßit, vsus sum autẽ primùm terebinthina resina, tũ per se, tum etiã paulum euphorbij admiscẽs. Et per se quidem in pueris, & mulieribus, et generaliter ijs qui molli essent carne. Cũ euphorbio verò in ijs qui dura. Nõ secus autem

tem & propoli, non per se modo, verũtiam cum euphorbio ipsam molliens. Quòd si durior esset, cũ tenui quopiã oleo. Quin & sagapeno in duris corporibus sum vsus vtiq; cũ oleo & terebinthina id miscẽs. Sed & opopanace ad eundẽ modũ quo & sagapeno. Mihi verò & lachryma cyrenaica non inutilis fore videtur, si quis emplastrũ ex ea faciat, cuiusmodi est quod nos ex euphorbio cõposuimus. Verũ nõdum id experien-
10 tia, quẽadmodum reliqua omnia, comprobauimus. Quippe præcedere oportet eã quæ à vera methodo proficiscitur remediorum inuentionem, huic verò experiẽtiã ad certiorem etiam fidem subscribere. Siquidẽ ex tali methodo etiam sulphur, quod ignem expertum nõ sit, quódq; lapidosum non sit, sed omnino tenuium partium, ei cui neruus vulneratus esse, conductũrũ sperauimus, tãtũ eius tenui oleo miscentes, dũ quod ex vtrisq; mistũ erat, strigmentitiã haberet cras-
20 situdinem. In valentioribus verò durioribúsq; corporibus etiã si ad mellis spißitudinẽ redigas, sic quoq; iuueris. Nam id quoque comprobatum experientia est. Quinetiã lotã calcem similiter oleo admistã his applicandam excogitauimus. quæ etiã si mari lauetur, magis proficiet. Lauatur optimè per æstatẽ in æstu caniculæ. Quòd si bis térve eam laueris, vtilius medicamen efficies. Quo pacto autem talia præparãda sint, ex commentarijs quos de medicamentorum compo-
sitioη

ſitione edidimus, intelliges. Nũc mihi tantùm dixiſſe ſufficit, me tum hæc tum alia multa medicamenta aduerſus neruorũ vulnera inueniſſe, cùm nec ſub aliquo magiſtro ea vſurpata viderim, nec in veterũ alicuius aut medẽdi libris, aut quos de facultatibus inſcribũt prodita: ſed ex ipſa rerũ natura indicationes ſumpſerim: id quod propriũ eſſe medici methodo vtẽtis exiſtimo. Mirificus autẽ Theſſalus, cùm ne vnũ quidẽ medicamẽtũ inuenerit, iam pridẽ materiam eorũ notã eſſe affirmat. Atqui multorũ medicamẽtorũ, quæ nos excogitauimus nõ modò Theſſalo, & qui ante eũ medici fuerunt, materia nota non eſt: ſed nec iis qui poſt eum in hunc vſque diẽ fuerũt. Siquidẽ ipſe cùm accerſitus aliquando eſſem ad quendã qui à Theſſaliis iſtis Amethodis medicis putris fuerat factus, ac cernerẽ eũ cataplaſma, quod ex triticea farina fit, impoſiturũ, vbi nullũ ad præſens mihi medicamentũ erat, popoſci ex figulo quodã quem viderã ægri vicino aquam lixiuam: tum coquens in ea farinam hordeaceã, non autẽ ſicut illi in oleo & aqua triticeã, impoſui. Poſtea verò farinam erui ſimili modo coctã, iam phlegmone inſlammato & putri ex bella horum curatione neruo imponens, vindicaui ab ea putrefactione hominẽ. Verùm de iis quæ cum phlegmone putreſcunt, alia diſceptatio ſequetur, eáq; diffuſa in opportuno opis loco. De neruis verò vulneratis ſatisfaciãt,

quæ

quæ dicta iã sunt. Et sanè ex iis quæ ipsi inueni mus, plurimi vno illo emplastro vtuntur, quod ex euphorbio, & cera, & ficta resina est cõposi tũ. Cui nescio quomodo aliqui sinopidis aliquid postea miscuerũt, aliqui ochræ, quo videlicet fucatũ, vnde componatur, lateret: ægrè ferentes, si meũ id esse videretur. Verùm nõ est à principio sic à me cõpositũ. Miscuerint fortaßis ei nõnulli & è salis flore aliquid, aut aliud quippiam tale, 10 quod colorẽ eius immutet, nec vim eius minuat. Potest quis per ignorãtiam etiam tale aliquid immiscere, quod facultatẽ eius immutet. Verùm nos illud ex cera, resina terebinthina, pice, & euphorbio, cõposuimus, immiscẽtes ex cera partem vnam, ex terebinthina, & pice, vtriusq; partis vnius dimidiũ, sic vt quod ex vtrisq; confiaretur, ceræ par esset: licet antẽ interim & plus sit quod ex ambobus confit, quàm cera, licet rursus & alterũ eorum tãtùm ceræ admiscere. Quin- 20 etiã in penuria terebinthinæ tũ humidã pineã, tũ etiam frictam cõmodè admisceas: non minus etiã his & abietinã immittas. Strobilina verò duris tantùm corporibus idonea est: ad mollia verò immiscẽda non est. Si itaq; humidam resinã immiscebis, tũsũm cribratũmq; euphorbiũ reliquis immittes liquatis. Esto verò pondus eius, ceræ pars duodecima: etiam plus aliquãdò, vbi scilicet valentius efficere est in animo. Sin siccã, sicuti quæ fricta est, vtique olei pusillum desyderabit

rabit euphorbiũ. Quare ego tũ id cũ oleo cõtũdēs, ac ad strigmentitiã spißitudinem redigens, mox reliquis post liquationem refrigeratis terens misceo. Sæpe etiã tãtulum aquæ immiscui medicamēto conficiendo, quantum in mistis ipsis liquãdis tum absumi, tum euanescere prorsus potuit: Verũ omnia huius generis ad tractationem de medicamētis magis attinent. Nunc suffecerit, sicuti antea fecimus, indicato quale esse debeat medicamēti genus, pauca particulatim exempli causa apponere. Vberē nãq; omniũ materiã in opere de simplicibus medicamētis inuenies. Præparare autē debebis, vt in opere de eorũ compositione est traditũ. Nunc igitur satis est hoc tantũ dixisse, atque ad alia trãsire. Vulnerati nerui curatio medicamēta postulat, quæ & tepidũ calorē excitent, & valenter siccent: tum quæ ex substãtiæ suæ natura & trahendi vim habeãt, & tenuiũ sint partiũ. Sanè nõ ad medicamētorũ modò victúsq; inuentionē ipsa medendi methodus proficit, sed etiã ad ipsum inuentorũ vsum. Nã veluti in superioribus ostendimus, quisquis citra methodum quæ vlceri apta medicamenta sunt, molitur, eum ne minimo quidē eorũ probè vti posse: ita & nunc ostendere licet. Siquidem intellexisse quãtopere affectum vel siccarit, vel calefecerit, vel mitigarit, vel lacesserit medicamenti applicatio, is demum potis est qui methodo quadam curat. Idē verò ipse solus etiam intendere

dere ea quibus inter initia est vsus, vel remittere nouit. Cũ nanq; quod διευφορβίου, propterea quòd euphorbium accipit, vocant, quidam vulnerato neruo statim imposuisset, ídque subinde prius prosperè fuerat expertus, tertio die indicauit mihi vulneratam partem tum dolentẽ, tum phlegmone tẽtatã, miratus, medicamẽ nihil contulisse. Percõtatus igitur laborantem sum, num primo die cùm impositũ medicamentũ esset, calorẽ quẽpiam veluti ex Sole suauẽ sensisset, is se quicquã eiusmodi sensisse negauit. Rursus itaq; percontabar & medicũ quanto iã tẽpore præparatũ apud se medicamẽtũ habuisset, ac quos eo sanasset. Ille plus anno apud se habuisse: sanatos verò à se aiebat pueros duos, & adolescentẽ vnum. Cùm autẽ & de corporis habitu adolescẽtis rogassem, album eũ, mollíq; corpore fuisse affirmabat. His ergo auditis, cũ intelligerem vt ad propositi adolescẽtis tẽperiem euphorbium deesse, postulãs tum ipsum emplasticum medicamẽtum, tum etiam euphorbium, suménsq; ex his quantum ad ea inter se miscenda satis putaui, iussi manibus medicamentũ subigere, ac euphorbiũ diligenter contundere, postea quàm hæc facta sunt, miscere ea simul iussi. Ipse verò oleũ Sabinum vtique subantiquum modicè calefaciẽs, foui vulneratam partem. Resectóq; leuiter pũcturæ quod cõniuebat foramine, imposui medicamẽ, iniũxíq; homini inediã. Medico verò præcepi,

cepi, vt vesperi rursus eũ solueret, ac simili modo quo me viderat, oleo vteretur. Atq; his peractis apparuit postridie pars ægra & sine dolore: & sine phlegmone, intellexerũtq; qui huic operi aderãt omnes, verissimum esse (quod nos sæpe vsurpamus) non esse adeò magnũ quod medicamẽ præstare possit, nisi nactũ sit qui eo dextrè vtatur. Est autẽ dexter vsus, qui tali planè methodo qualẽ ipsi iam sæpe in commentarijs qui ante hunc sunt, ostẽdimus, procedit, omniũ medicamẽtorum vsũ ad calidum, frigidum, humidũ, & siccum, veluti ad normas relato. Quam nimirum methodũ nõ solùm amethodi Thessali sectatores probè tractare non valent: sed nec Erasistratus, nec alius medicorum quisquã qui corporum elemẽta, aut prorsus non inuestigarunt, aut alia quàm quæ comprehensa à nobis sunt posuerunt. Sed de his hactenus. 10

CAPVT III.

SI autem nõ pũctus, sed planè cæsim vulneratus neruus sit, cõsyderãdũ est quo pacto facta vulneratio sit, vtrũmne per trãsuersum neruũ, an per longitudinem eius: tum verò quantũ interueniẽtis diuisum sit cutis. Proponatur igitur primũ multum esse cutis adapertũ, adeò vt neruus nudus appareat, ísq; per directũ nõ per trãsuersum diuisus. Huic neruo nullum iam memoratorum medicamẽtorum quæ ex euphorbio ac similiter acribus, emplastri specie fiunt, appli- 20

cabis.

cabis nudatus nãq; nõ feret corũ vim, ita vt cũ interposita cutis erat, tulit. Optimè igitur eo casu calce elota in multo oleo soluta vtere. Salutare verò est & quod ex põpholyge medicamẽtum fit, si in largo rosaceo sit liquatum, quod vtique melius fuerit, si tum rosaceũ ipsum, tum oleum salis sit expers. Siquidẽ nudato neruo, omnis curationis cõsiliũ huc tibi dirigẽdũ est, vt minima cum mordicatione sicces. Possunt verò id præ-
10 stare planè paucissima medicamẽta. Esto igitur hoc casu calx salubri aqua æstatis tẽpore sæpe elota. Esto præterea (vt dictũ est) & põpholyx elotus, ita videlicet vt elotus habetur in eo composito medicamẽto quo publicè vtimur, quódq; alia elota in se nõ pauca cõtinet. Quippe quæ ex metalis cõsistũt, ea elota esse omnia oportet, si modò citra morsum vllũ sint siccatura. Salubre verò medicamẽtũ est & quod ex melle sub emplastri specie componitur, vtique cùm ex optimo sit mel-
20 le. Solui verò & id rosaceo oportet, quod tum reliquis cõditionibus sit optimum, tũ salis omnino expers. Quinetiã cerã quæ eiusmodi medicamẽtis sit miscẽda, elotã esse cõuenit. Aequè & si quid terebinthinæ resinæ inijcies, hæc quoq; elota sit oportet, atque hac magis si alterius cuiusquã resinæ quid immittes. Quippe medicamentis omnibus quæ laueris, acris mordẽsq; sanies eluitur, atq; abstergitur. Si verò robustus sit qui vulnus accepit, & cui corpus sit à superuacuis

v

humoribus mũdũ, in hoc fas est etiã valentioribus remedijs nõnullis vti: veluti ipse aliquãdo cũ id genus vulneris in carpo accepisset iuuenis quidã philosophiæ studiosus, alioqui corpore bene habito, & tũ in æstiuo Sole perusto, ex polyidæ pastillis sapa solutis, postea super calida aqua tepefactis linamẽta imbuta imposui, nã id quoq; vel in primis semper habendum curæ est, ne quid ex ijs quæ vulnus contingẽt, frigidum sit, quandoquidẽ ipsa laborãs pars & sensilis maximè est, 10 & principiũ partiũ primati cõtinua, & tẽperamento suo frigida, quorũ omniũ occasione & ex facili à frigido offenditur, & suã offensam impertit cerebro. Quòd si ex ijs fuerit quæ in musculos perueniãt, etiã conuulsionẽ facilè accersit. Siquidẽ mõstratũ est musculos volũtarij motus instrumẽta esse. Idẽ fore & in tẽdonibus expectabis, ijsdẽ de causis. Cæterũ cũ memoratũ remediũ tũ vulneri ipsi iuuenis imposuissem, tum verò partium quæ suprà erant, non parum eodẽ 20 complexus fuissem, quæ circa axillas, collum caputq; eius erant, omnia calente oleo aßiduè madefeci. Detraxi verò illi & primo statim die sanguinẽ, scarificata vena. In quarto igitur hic quoq; iuuenis rectè habuit, adeò vt & rugosum, & paruum, & contractum vlcus iam cerneretur. Verumtamẽ cõsultius visum est vsque ad septimum nihil nouare, post quem diem planè redditus est sanus. Sanè oleo perfundere tale vlc

le vlc

le vlcus nō oportet, præſertim cùm vt nūc comprehēſum eſt, curatur. Nā oleum paſtilli huius viribus eſt aduerſum, ac ſordidum vlcus reddit. Neq; enim parū intereſt, nudóne neruo oleum, an per interpoſitā cutem admoueas. Abluenda igitur à vulnere ſanies eſt molli lana ſpecillo circunuoluta. Madefacere verò lanā ſi placet, ne ſcilicet ſicco vlcus attingas, ſi reū, id eſt ſapa ſuffecerit: quā & hepſema vulgò apud nos in Aſiā vocāt. In hac igitur lanā intingēs, mox exprimēs vlcus detergebis. Eſto verò hæc quoq; ipſa tepida primis maximè diebus. Quòd ſi omnia ex ſentētia ſucceſſerint, etiā vino dulci madefacere citra periculū licebit, verùm dulce id omni mordēte qualitate careat, cuiuſmodi tū theræū eſt, tū ſcybelites, atq; ab his quod caryinū vocāt. Quæcūq; verò & dulcia pariter & fulua ſunt, veluti phalernū, inutilia ſunt, quippe acria ſunt omnia talia, ac ſupra modū calida. Vlcere verò iā ad cicatricē veniēte, quæ alba planè ſunt & tenuia, nec multā aquā tolerāt, nec odora ſunt, ea dulcibus præſtāt. Aquæ verò vſum ad neruū vulneratū, ſemper fugies, ſicuti etiā relaxās cataplaſma. Ad iam dicti verò paſtilli vſum propè etiam accedit, & medicamēti vſus, quod diachalciteos vocāt, quo publicè vtimur. Liquari verò etiam hoc debebit æſtate roſaceo, hyeme ſabino oleo. Deſcriptum autem eſt medicamentū hoc in primo de medicamētorū compoſitione.

Polyidæ verò pastillus, vel troschiscus, vel quomodocũq; appellasse libet, omnibus fermè notus est. Cui⁹ si copia nõ est, Andronis, vel Pasionis, pro eo est sumẽdus, vel noster, qui etiã omnibus illis est valẽtior. Sanè iã dictũ est robustis corporibus valẽtiora medicamẽta, imbecillis mitiora esse adhibẽda. Ista & vera method⁹ inuenit, & experiẽtia cõfirmat. Thessalus verò cũ suis vnà sophistis in alto throno residẽs ἐν λεγïομύξοις ἀνδράσι, id est, apud pecuinos & brutos homines 10 *(vt Cercidas ait) in pretio erit, dũ suis ratiõibus cõfirmat omnis vlceris recẽtis eãdẽ esse curationẽ, neq; hãc vllã ex partiũ natura indicationẽ sumere. Vnus tamẽ magni in eius sapientia nominis admirãdã vulneratorũ neruorũ curationem excogitauit, nã protin⁹ eos totos præcidit, ne admonito quidẽ qui vulneratus fuerat, quãquã in hoc quoq; à secta sua desciuit. Siquidẽ par erat vel & musculos vulneratos, & arterias, & venas, et aliud quiduis totũ præcideret: vel nec neruũ.* 20 *Alioqui sic quod fugiũt, id facere deprehẽdũtur, vt diuersam pro discrimine partiũ indicationẽ accipiãt. Verũ hos iã mittamus, ac de trãsuerso nerui vulnere agamus, in quo maior cõuulsiõis metus impẽdet, phlegmone scilicet à desectis fibris ad nõ sectas cõmunicata: cæterũ, cõuulsione ab ipsis nõ sectis excitata. Ac quæ ad vlceris curationẽ attinent, his quoque sunt eadẽ. Cæterũ, detrahere largius sanguinẽ, ac tenui magis,*

quàm

quàm in illis vti victu, tũ in quiete omnino ac lectulo molli hominẽ cõtinere oportet: tũ oleo calẽti vbertim in axillis, collo, tẽdonibus, ligamẽtis, & capite vti. Quòd si vulneratus neruus ex ijs sit qui in crure habentur: sicuti cũ in manu erat alæ, ita in his bubones largo oleo imbuẽdi: tũ per totã spinã ad collũ, & caput ascẽdẽdũ. Contusi verò nerui, vbi cũ his vnà cutis quoq; cõtusa exulcerataq; est, medicamẽta postulãt quæ in siccãdo
10 quidẽ cõmune nerui vlcera sanãtiũ consiliũ seruẽt: cæterũ quæ partes quæ per cõtusionẽ à se dissideãt, cõtrahere cõstringereq; sint apta. Qui verò absq; cutis simili affectu sunt cõtusi, hos oleo calẽte, cui euocãdi facultas insit, sæpissimè perfundere oportet, ac totius corporis similẽ curam habere. Semel hoc incidere vidi, sanauiq; id maturè, ipsa ex oleo perfusione. Verũ vnà cum cute neruos cõtusos sæpenumero vidi: & propter eius symptomatis frequentiã athletæ ipso vsu edocti
20 habẽt cataplasma quod ex oxymelite & fabacea farina cõficitur: quod planè salutare medicamentum est. At si dolor vnà cum contusione vexat, etiam picem liquidam immiscere, ac bene coquere, tum calens medicamentum imponere oportet: vbi verò magis siccans efficere voles, erui farinã inijcies. Quòd si vt amplius quoque siccet desyderabis, irim illyricam immittes. Totius autem corporis cura his quoque cõmunis est. at si totus præcisus neruus sit, metus præterea

* ἀνά-πηρος, i. mutila.

nullus instat: *debilis tamẽ particula manebit. Curatio verò eius cõmunis est cũ ea quæ aliorũ est vlcerũ, quãq; vnã Thessali imitatores norũt. Ergo de neruis hæc abũde sint dicta. Phlegmonæ verò quæ his superuenient, quẽadmodum curãdæ sint, vbi de phlegmonis agemus, docebitur.

CAPVT IIII.

Ligamenta verò (quæ Græci συνδέσμους vocãt,) cùm simillimam habeãt tẽdonibus speciem, valentissimorum remediorũ vim tolerant: quòd nec ad cerebrũ pertingant, & sensus sint expertia, nam nerui omnes alij ex ipso statim cerebro ortum habẽt, alij spinali interueniẽte medulla. Tendones quoque quoniam compositam eorum esse substantiam ex neruo ligamentóq; ostẽdimus, quatenus nerui participes sunt, eatenus ex cerebro oriuntur. Cæterũ, minus saltem quàm ipsi nerui cõuulsionem accersunt. Ligamenta verò cùm ex osse ortum habeant, quæcũque rotunda sunt, ea neruis adsimilia sunt: duritie tamen plurimùm dissident. Verùm in eo quòd alba sunt, & exãguia, & cauitate carentia, & in fibras diuiduntur, similitudo illis cum neruis, & tendonibus constat. Ergo vbi teretia ligamenta tendonésque visuntur, qui dissectionũ sunt ignari, neruos eos imaginantur, potissimum qui multò duriora ea neruis esse non intelligũt. At vbi lata sunt, ibi ea à neruis diuersa esse intelligũt, quanquam ne id quidem omnia,

cat

ceterùm ipsa à sese discernere non valẽt. Verùm
tu qui præsertim cuiusq; triũ partiũ naturam
perspectã habes, tum verò & formã, & quam
in toto corpore posituram obtinent: in quocunq;
membro vulnus fieri contigerit, statim intelliges
neruúsne sit quod in eo vulneratũ est, an liga-
mentũ, tendó ve. Et de nerui quidem ac tendonis
curatione iam dictũ nobis est. Ligamẽtum verò
vulneratũ si id est quod ab osse ad os permeat,
10 & maximè sine periculo est, et quod siccas qui-
buslibet medicamentis, nihil hominem offendes.
Sin id quod in musculũ se inserit, quãto est ner-
uo & tendone minus periculo opportunum, tan
to vtique nisi ritè curetur, reliquis ligamentis
magis terrere debet. Horum nihil peragi metho
do ab ijs medicis potest, qui indicationem quæ à
particulis sumitur, vtilem esse ad vlcerum cura
tionem negant, nec ab ijs qui id quidẽ confiten-
tur, sed tamen cuiusq; particulæ naturam igno
20 rãt, quæ nimirũ (sicut ostẽdimus) ex ipso elemẽ-
torũ cõstat tẽperamento. Verùm ij quanquam
nihil aliud, saltem quæ ex instrumẽtaria par-
tiũ cõstitutione indicãtur, intelligunt. Thessalus
verò, et qui sequaces eius sunt, etiã hæc ignorãt,
veluti statim si diuisum abdomen tã altè sit, vt
intestinum ex eo procidat, nec quẽadmodum id
reponere conueniet, nec si omentũ exciderit, ab-
scindẽdúmne id sit, an nõ, nec an vinculo id ex-
cipiendum, an secus, nec an suendum vulnus sit,

nécne:nec si suendum sit, qua ratione suendum, quicquã intelligunt, vt quæ ne nos quidẽ intelligerem⁹, nisi ex dissectionis ratione omniũ quæ isthic cõtinentur partiũ naturam didicissemus. quam etiam exponere necessum est, non claritatis modo gratia eorũ quæ dicẽda sunt, sed etiam probationis. Cutis extrinsecus omnib⁹ antestat. hæc verò in membranã finitur. A cute, medio circiter loco, neruea tenuitas musculorũ (quam ἀπονεύρωσιν Græci vocant) gemina tenditur, 10 mẽbranarũ ritu. Eas pleriq; anatomicorũ duas esse minimè norũt. cùm & vnà cohæreant coalescãtq; sic, vt labor sit eas separasse, & summa præterea sint tenuitate. Post has deinceps habentur duo musculi recti, & carnosi, qui à pectore ad ipsa pubis ossa perueniũt. Atq; hæc quidem memorata omnia, & sibi cohærent coalescuntq; & quod conflatum ex ipsis est, Græci, qui quẽadmodum diuisum ventrẽ sui conueniat, prodiderunt, ἐπιγάστριον, id est abdomen nominarũt. 20 Quod verò hoc deinceps excipit, ab illis quidem vocatur περιτόναιον: putãtibus videlicet vnũ, & simplex id esse corpus, minimeq; compositũ, sed falsò: cùm id cõpositũ ex duobus corporibus sit, quorum vtrunq; & exangue, & neruosum sit. Verùm alterũ eorũ neruosa tenuitas eorũ musculorũ est, qui per transuersum se agũt. Alterũ mẽbrana prætenuis velut aranea, quæ vtiq; verè est peritonæũ. Ac tale quidẽ in medio sui

est abdomen: partes verò eius quæ vtrinq; ad latus ad quatuor quasi digitos recedũt, hæ statim à cute obliquos musculos habẽt: priores quidem qui à pectore demittũtur, secũdos qui ab ilibus ascẽdunt: deinde post hos trãsuersum musculum, sub quo est peritonæon. Ergo & minus periculi in hoc loco, quàm in medio est, cùm tenuem eiusmodi membranã qualẽ aponeurosin vocãt, nullam habeat, & sutura in medio difficulter ad-
10 ministret. Quippe cùm & procidãt hac parte maximè intestina, & ægrè inibi cõtineri queãt. Qui enim cõstrinxerant contraxerãtq; ea, recti illi carnosiq; musculi erant, quos ex pectore ad pubis ossa demissos diximus. Ergo quoties horum aliquis est vulneratus, duplici de causa procidere intestinũ est necessũ, à partibus quidem quæ sunt ad latus, propterea quòd musculis qui isthic sunt, cõstringitur: à medijs verò, quòd nec musculũ eũ qui contineret, habet etiamnum
20 validum, & quòd locus opportunè ad procidentiã est cõparatus. Quòd si maius etiã vuln⁹ fuerit, tum plura necesse est intestina excidere, tum difficili⁹ denuò immitti: porrò alia ratione parua vulnera tractatu sunt difficilia. Nam nisi quod procidit, illico in locũ suũ reponas, inflatũ, surgitq; in tumorẽ: quo euenit, vt per angustum foramẽ immitti nequeat. Minus igitũ in eiusmo divulnerationibus graue mediocre foramen est. Atq; hæc quidẽ præscisse oportet. Proximũ est,

vt quemadmodũ quis hoc genus vulnerum commodissimè contrectet, consyderemus. Nam Thessali præceptũ quo censet enæmis ea præsidijs glutinãda esse, parũ satisfacere manifestius puto quàm vt quenquam latêre qui cõpos sit mentis poßit. Quoniã igitur principio id agendum est, vt intestina quæ exciderũt in suũ locũ recondantur, secũdo loco vt vlcus suatur, tertio vt medicamen imponas, quarto vt nequa præstantior pars simul afficiatur prospicias: age iam de primo horũ agamus. Cùm igitur triplex (vt dictum est) discrimen horũ vulnerũ in magnitudine sit, propriam à quoque indicationem sumere tentemus. Esto autẽ principio vulnus adeò paruũ, vt inflatũ iam quod excidit intestinũ remittere ampliùs nõ sit. Nũquid igitur hoc loco alterũ è duobus est necessum, aut flatum educere, aut vulnus ampliare? Præstiterit autẽ (vt arbitror) prius si modò id cõsequi liceat. At nõ alia potius ratione id cõsequare, quàm si causam vnde excitata inflatio est, summoueris. Ea igitur quædemũ est? Certè ambiẽtis aëris refrigeratio. Itaq; etiã sanatio ex calefaciẽdo petetur. Ergo spongia molli & ex calẽte aqua madẽti, ac mox expressa calfacere intestinũ cõueniet. Præparetur verò interea vinũ austerũ calidũ: quippe id magis calefacit quã aqua, ac robur intestino acquirit. Quòd si huic etiã præsidio intestini inflatio nõ cesserit, incidendũ peritonæi tantulũ est, quã-

10

20

tum

tum ei quod excidit reponẽdo ſit ſatis. Appoſita porrò ad eiuſmodi inciſionẽ ſunt ea quæ Græci συριγγοτόμα vocãt, id eſt quæ ad fiſtulas incidẽdas ſunt cõparata. Scalpelli verò quibus acies vtrinq; habetur, aut quibus cuſpis acuta eſt, omnino fugiẽdi ſunt. Situs verò laborãti appoſitus fuerit, cũ in inferiore parte factum vulnus eſt, ſi ſurſum vergat, cũ verò in ſuperioribus, ſi deorſum. Vnũ autẽ vtrobiq; cauetur, ne quod exciderit, ab alijs quicquã inteſtinis degrauetur. Itaq; ex hac ratione cõueniet, vt ſi in dextris vulnus ſit, corpus in contrariã partem inclinetur, ſin in ſiniſtris ſit, in dextrã: ſic vt quæ vulnerata pars eſt, ſemper altiorẽ locũ occupet. Atq; hoc tum in magnis, tum etiã in mediocribus vulneribus cõducibile fuerit. Quippe id omnib⁹ cõmune cõſiliũ eſt. Cæterũ repoſitio inteſtinorũ in ſuũ locũ, vbi ex magno exciderũt vulnere, planè miniſtrum poſtulat dextrũ. Debet enim vbi manibus ſuis totũ vulnus extrinſecus apprehẽderit, intrò reprimere, tũ cõſtringere, ac exiguũ ſemper ſuẽti prænudare, quinctiã id ipſum quod aſſutũ eſt, modicè cõprimere, quoad totũ perſuat. Iam verò quæ cõmoda ratio ſuendi abdominis (γαστροραφίαν vocãt) in talibus vulneribus ſit, deinceps doceamus. Quoniam coire coaleſcereq; cum peritonæo oportet abdomẽ, incipiendũ quidem à cute eſt, atque ab externo introrſus acus inijcienda. Vbi verò tum cutẽ, tum rectum muſculum

sculum totum trãsierit, prætērito quod ei subest peritonæo, per reliquum peritonæum eam ab interno extrorsus iniicies, atq; inde per reliquum abdomen ab interno extrà transmittes. Vbi hoc penitus trãsmisit, rursus ab externo introrsum idem abdomen est per forandũ. Mox vbi peritonæum quod illi quoq; subhæret, prætērieris, atq; ad cõtrarium veneris, hoc quoq; ab interno extrorsus perpungendum, vnáq; cum eo totum ipsi coniunctum abdomẽ. Deinde ab hoc rursus incipiendum, atq; id cum cõtrario peritonæo consuendum, ac rursus vicina quoq; cute transmissa, iterũ ab ea parte acus introrsus est iniicienda, consuendumq; abdomen id cum cõtrario peritonæo, etiã inibi vicina cute transmissa. Atque hæc iterum iterumq; faciẽda, quo ad totum vulnus similiter cõsuerimus. Interuallum verò quod suturis interuenit, quod ad cõpescẽda pertinet ea q̃ subsũt, breuissimũ esse postulat. Quod verò ad firmitudinem ipsius cutis quæ in interuallis suturarũ est, necubi rũpatur, breuitas parũ tuta est. Quare vtriusq; vitato excessu, eligẽda mediocritas inter vtrumq; est. Iam hoc quoq; omniũ vlcerum cõmune quodammodo est: sicuti etiã ipsius quo suũtur fili consistẽtia. Nã quod iusto durius est, cutẽ rũpet necesse est. quod mollius, ipsum prius rũpitur. Aequè verò si proximè summas oras acum trãsegerit: quod reliquũ est cutis, quoniam minimum est, dum violenter

10

20

add

adducitur, cogitur perrumpi. Si plurimũ ab ijs recesseris, multũ cutis inglutinatum relinques. Hæc tametsi omnium sint vlcerum communia, maximè tamen fugienda in abdomine suendo sunt. Ipsa verò abdominis sutura, aut iam dicto modo administrabitur, vtiq; si quis huc studiũ dirigat, vt peritonæum abdomini coalescere faciat, vix enim cũ eo coalescit, vtpote neruosum. aut (sicut nõnulli faciũt) qui quæ cognatæ natu-
10 *ræ sunt, ea cõmittũt, vtiq; peritonæo peritonæũ, abdomini abdomẽ. Id fiet ad hunc modũ. Oportet à vicino nobis abdomine incipere, atque ab externo introrsum per id tantum acum transmittere, pòst præteritis vtrisq; peritonæi labris, ex aduersa parte ab externo introrsus per vtrũq; eius labrũ acum reuocare, deinde rursus hãc reuocare, atq; ab interno extrorsũ per aduersum abdomen traijcere. Hic modus à publico, & ex prompto, quo videlicet vno adactu per quatuor*
20 *labra acum transmittũt, hoc discriminis habet, quòd totũ peritonæũ intra abdomẽ prorsus abscondit. Deinceps verò de medicamẽtis præcipiamus. Sanè hæc quoq; eiusdem esse materiæ debebunt, cuius sunt ea quæ enæma dicuntur, quæq; aliarũ quoq; partiũ vnire vulnera in superioribus cõmentarijs ostẽdimus. Deligatio verò extrinsecus, vel præcipuè in his necessaria est. quarta verò curationis in his pars non paulò ab alijs dissidet, siquidẽ quod inter bubones, & axillas*

est, id

est, id totũ molli lana ex oleo mediocriter calido imbuta circũdare oportet. Satius item fuerit & si per clysterem intestinis aliud simile infundas. Quòd si quid ipsorũ intestinorũ sit vulneratũ, quæ extrinsecus fieri debent, omnia similiter, vt diximus, sunt peragẽda. Cæterũ, quod iniicitur, vinũ nigrũ austerũ, & tepens erit, eoq; magis si totũ perforatũ vsq; ad internũ meatum sit. Ac crassa quidẽ intestina facilia sanatu sunt: econtrario difficilia quæ tenuia sunt. Ieiunũ tamen 10 omnino incurabile est, tũ propter magnitudinẽ multitudinẽq; vasorũ: tum quòd tunica eius prætenuis neruosaq; est, adde quòd tum bilẽ syncerã hoc intestinũ recipit vniuersam, tũ quòd omniũ iocinori maximè est vicinũ. Ventriculi verò quæ carnosæ partes infernæ sunt, curare cũ fiducia tẽtabis. Nam fieri potest etiã, vt bene cedat, non solùm quòd hæ crassiores sunt, sed etiã quòd sanantia medicamenta facilè hoc loco ipsius subsistãt. At quæ in ore eius ac gula vlcerum sunt, 20 duntaxat contactu medicamentorũ in transitu fruunt. Quæ verò in ore eius sunt, iis sensus quoque acumẽ sanationi obstat. Verùm quánã ratione ventriculi vulnerati, aliorumq; exitialiũ vulnerum Hippocrates sanationem moliatur, ab ipso peti est satius. Ego nanq; non eo consilio vt nemo Hippocratis libros legat, ad hoc opus scribẽdum accessi. Verùm quoniam is mihi primus idonea vsus esse via videtur, nec tamẽ eam totam

totam cōpleui ſſe, cùm quædā minimè limitata, quędā imperfecta obſcuraq́; ab eo prodita inuenire liceat, idcirco ipſe tum omnia ea lucidè explicare, tum quæ parū diſcreta ſunt diſtinguere, tum quæ deficiunt ſupplere ſtudui. Vbi igitur aliquis ſe in his noſtris primitus exercuerit, tūc ſe ad libros Hippocratis legēdos cōferat: ac tum eius de vulceribus librū relegat, tū quæ de vulneribus exitioſis ſcripſit. Porrò ſimul maximū
10 adiumentum ex his noſtris libris habebit, ſimul certò intelliget neminē methodicæ ſectæ quæ nomine ſpecioſo ſe venditat, re autē maximè eſt à methodo aliena, cōmodè vlcus ſanare poſſe: ſed nec reliquorum rationalium quempiā, quicunq; parum cognitis ſimilariū partium elemētis, artem aggredi cenſent. Quippe neſciunt hi quoq; rationalē ſimpliciū animalis partiū curationē, vt qui ab inſtrumētalibus tantùm indicationes ſumant. Cæterùm, paucis etiamnū cōtra metho-
20 dicos additis de iſtis quæ in ventriculo accidunt vulneribus, aliò ſtilum conferemus. Vulnerato peritonæo excidit ſubinde omentū, quod primariáne pars ſit, an nō primaria, vel ex quibus cō datur, vel quē habeat actionē vſúmve, hi cōpertum nō habent. Itaque ſi iam liuet, aut nigricat portio ea quæ excidit, ibi quid faciāt, audire eſt operæpreciū: vtrúmne præcidēt, an intra peritonæon remittent. Omnino enim, vel ab ipſa experientia quid agendum ſit, intelligent, vel ab ipſa partic

particulæ natura indicationẽ ſumẽt. Atqui re fugiunt hæc vtraq;. Eam quidem quam experientia ſuppeditat cognitionẽ, dum venerãdum ſcilicet hoc ſectæ ſuæ nomẽ methodũ extollunt: eam verò quæ ex particulæ natura ſuggeritur, quod nec ſubſtãtiam eius norũt, nec actionem, nec vſum, dum à diſſectione ceu inutili abhorrent. Itaq; neſciũt ſítne ex ijs quæ neceſſariæ ad vitã ſint, an quæ neceſſariæ quidem nõ ſint, non tamen omnino infimæ notæ: ſed nec an cum eius affectu ſimul afficienda pars aliqua primaria ſit, an ſecus: adde quod nec an vaſorũ quæ in eo continentur, aliquod poßit per ſanguinis profuſionẽ hominẽ interimere: nec ſi quis poſt nigrum eius abſciſſum, quod integrũ eſt vinculo complectatur, quo ſanguinis profluuiũ declinet, an id ipſum periculo vlli ſit futurũ: nam leui ſaltem intuitu omentũ neruoſum videtur: proinde niſi quis exactè naturã eius habeat cõpertam: nunquam audebit vinculo vti, conuulſionis ſcilicet metu. Horũ cũ nihil mirifici iſti methodici intelligãt: vbi nigrum redditũ omentum eſt, ſanè dicere quid agendũ ſit, nõ poßũt. At nos (arbitror) poſſumus, qui cùm vſum eius non adeò eſſe animali magnũ, ſubſtantiamq; eius ex mẽbrana tenui ac arterijs venisq; cõpoſitã ſciamus, horum tamẽ initia ex maximis orta, tũ arterijs, tum venis intelligamus: ſanguinis quidẽ profuſionẽ cauebimus, coafficiẽdos verò neruos nõ time

me

mebimus, proinde id quod supra nigricans positum est, vinculo excipiemus: quod post vinculũ est, amputabimus: atq; vt in imo fine iam comprehensæ gastroraphiæ vinculi fines pendeant, curabimus: quò nimirum facilè eas cùm ex vulnere suppurante euomentur, recipiamus.

CAPVT V.

AC de reliquis quidem corporis partibus dictum abundè sit: nũc de ossibus agẽdum superest, quando his quoq;, de quo nunc agitur, morbus accidit, quem vnitionis siue cõtinuitatis solutionẽ appellamus. Huic cùm in hanc inciderit partẽ, proprium nomẽ inditũ Græcè est κάταγμα, omnibus ferè hominibus qui Græcè loqui norunt, tritũ: ἄπαγμα nanq;, medicorũ appellatio propria est, plebi inusitatũ. Solẽt autem ita nominare quoties ossis finis qua parte maximè cũ alio cõmittitur, abruptus est: sed & è fracturis ipsis quæcũq; fracti ossis partes iã prorsus separarũt, eas καυληδὸν factas Græcè dicunt. Patet verò eiusmodi diuisionẽ per transuersum esse factã: veluti alterã esse, quæ per longitudinẽ magis sit facta: in qua verò nõ omniuo separantur à se partes sic affecti ossis, sed veluti per rectitudinẽ findũtur, quòd genus σχιδακηδὸν fieri dicere solẽt. Nõ desunt ex medicis iunioribus qui adeò ambitiosè omnes fracturarũ differentias proprijs interpretẽtur nominibus, vt etiam aliquam ῥαφανιδὸν, id est ad raphani speciem

fieri dicant:non contenti oratione os quod variè sit fractum,explicasse. At nō Hippocrates huius fuit sententiæ:sed quoad fieri licuit,vsitatißimis vtens nominibus,oratione interpretari non est grauatus,non has modò fracturarū differentias,verumetiam earum quæ in capitis oßibus eueniunt. Ac si ad eum modum de omni vitio egisset, profectò breuis mihi proposita tractatio fuisset.Nunc cùm plurimorum viam qua sit insistēdum indicarit,sed quæ particulatim sunt agenda,inchoata indefinitáq; reliquerit,necessum est in illis immoremur,nec tamen in ipsis plus iusto : sed quæ tradita illi perfectè sunt, ea summatim commemoremus, quibusdam etiam demonstrationem adiiciamus,vtiqueiis quæ ab eo ratione parum sunt munita,eorum præterea quæ parum sunt definita quædam definiamus, & quæ inordinata sunt, ea in ordinem dispona mus,postremò ex iis quæ ille parum lucida reliquit,quibusdam lucem addamus. Verùm si in singulis verba eius adscripsero,expositorij commentarij lōgitudinem liber noster habebit. Nec deerit fortaßis aliquis,qui immodicā longitudinem nostrā hîc merito accusabit : qui de hac in tertio, et quarto volumine parū meritoest questus.In his enim necessefuit mihi multa Hippocratis ex eo libro,qui de vulneribus inscribitur, loca apponere:quibus reliquis medicis ostenderem cuiusmodi res sit methodo quadam vlcerum

curationẽ conſcribere. In libro aũt quo de fractu ris præcipit, quis adeò eſt ſtupidus, vt doctrinam eius omnem, ceu lucidam planéq; abſolutiſsimã non ſuſpiciat? Quòd ſi quis etiam, vnus videlicet altér ve dicat parum ſe id opus mirari, his oppor
» tuniſsimè reſpõdeatur illud poëtæ: Hos vnũ atq;
» alterum permitte tabeſcere. Quænam igitur ſit fracturæ curãdæ vera methodus, quãq; ipſa rei natura præſcribat, iam tempeſtiuũ dicere vide-
10 tur: atq; hinc ſumpto initio. Quoniã fracti oſsis ſoluta partiũ continuitas eſt, vtiq; finis quò tendet is qui eas curabit, ſaltem primus, vnitio eſt. Quòd ſi is per affectarum partiũ ſiccitatẽ perfici poſſe nõ videatur, reſtat alter, qui eſt vt alterius cuiuſdam interuentu glutinẽtur; qui ſi nec ipſe cõparabilis aduertitur, inſanabile eſſe vitiũ dixeris. Quòd igitur coaleſcere nequeat, tã durum os, quàm id quod in iuuenibus & adoleſcẽtibus, & viris, multóq; magis in ſenibus cerni-
20 tur, id profectò vel cuiuis patêre põteſt. Poteſt certè illud tantùm vnitionem recipere quod abundè molle eſt: cuiuſmodi conſpicitur in puerulis. Quòd autem alia quapiam interueniente ſubſtantia ſeu glutino quodam agglutinari colligaríq; ſecum ſeparatæ fracti oſsis particulæ queant, hinc maximè ſperet quiſpiam. Monſtratum eſt omnem animalis particulam proprium ac ſimile ſibi trahere alimentum. Id ſi verum eſt, oſsium certè idoneum nutrimentum,

& craßius, et magis terreũ, quàm aliud quod-uis nutrimentum in toto animali fuerit. Nõ est igitur nec à ratione alienũ, nec quod fieri omnino nõ poßit, vt quod ex hoc ipso proprio alimẽto redũdat, & in labris fracturæ concrescit, suo ipsius interuẽtu illa quoq; cõglutinet. Quinetiã ita vsu euenire conspicitur, subscribitq; spei quã ratio suppeditat, etiam experiẽtia ipsa. Itaq; cõsiderandum deinceps est quánam potißimũ ratione corpus hoc quod fracturis innascitur, quãtum qualéq; sit, prouenire poßit. Nam quòd nec quantũlibet, nec qualecunq;, sed quod mediocritatem in vtroq; seruet requirimus, id planè est euidens. Porrò huius symmetriæ, tum qualitate tum quantitate inuenta, deinceps est vt qua maximè quis vtrunque assequatur, rationẽ ipsam quærat. Sed nec tẽpus quo hæc effici cõueniat, minus necessariũ quæsitu est, vtrúmne statim à fractura facta, veluti statim in vulneribus moliebamur vnitionẽ, an id cõmodum tempus nõ est, sed aptius aliud requirẽdum. Sanè inuenias hoc quoq;, sicuti & reliqua omnia ex ipsa rei natura edoctus. Quænã igitur est ipsius rei natura? Nempe os fractum sub aliqua paulò antè cõprehensarũ differentiarũ. Agè igitur videamus, nũquid à singulis differentiis aliquid desumi ad eius curationem poßit: ab ea quam καυληδὸν: id est per trãsuersum fieri diximus, orsi. Disci-dẽt sic à se in hàc fracti oßis partes, vt è directo

10

20

nō iaceāt. Quare patet primùm id esse agendū, vt in directū agantur: tum eorum quæ deinceps sunt aliquid geratur. Sanè eum si tum habuerint, si quæ ea quæ sic dißidēt, integræ partis exēplo vsus, in contrarium adducat, à qua nimirū certißima indicatio transpositionis eorum erit. Fieri enim potest vt tum prorsum, tum retrorsum, tum in hanc partē, tum in illam membri facta trāslatio sit. Quæcunq; igitur retrorsum magis sunt acta, ea prorsum impelli cōueniet, nec minus alteram quoq; fracti oßis partem modicè ad cōtrariū retrudi. Contrà, quæ prorsum sunt emota, hæc rursus ipsa quidem retrorsum, reliquam verò partem sensim duci prorsum. Eodē etiam modo, & eorum quæ ad dextrā sunt detorta, medicatio est, si ad sinistram ducantur: contráq; eorum quæ ad sinistram, si mutētur ad dextram: semper scilicet altera parte modicè in contrarium acta. Cæterùm, in adducēdis cōtrario motu partibus, ne quæ frangantur earū extantiæ, nō leue periculum est. Neq; enim (veluti in serra defectis visitur) lænis est vtriusq; partis finis. Nā si illæ frangantur, non poterūt adamussim secū coaptari fracti oßis fines, duplici de causa. Nam siue ipsa fragmenta inter partes cōiungēdas interciderint, nō sinēt ea quæ adaptātur, se contingere, siue quid fortè oßium extra ciderit, ne sic quidem eorum quæ effinxeris, exacta cōiunctio erit sic, vt pristinam vnionem imiten-

tur, quippe quæ solùm tum demum erit, cũ ossis extantiæ in suas cauitates fuerint recondita. Quòd si semel cõminutæ perierint, necessum est inter applicata simul ossa vacãs interueniat spatium, in quod sanies collecta, atq; in tẽpore putrescens, totum pariter membrum secũ corrumpet, atq; ob hæc quidem, quæ dissident ossa, è directo admota esse oportet, quod commodè certè fieri nequit, nisi retrorsum prius sint tracta, ἀντίτασιν vocãt. Oportet igitur aut manib. ipsis 10 *vtiq; si paruum sit membrum, aut vinculis circũpositis, aut vnà cum iis etiã instrumẽtis cuiusmodi nos Hippocrates docuit, antitasin ossium facere. Postea verò quàm abundè retracta fuerint, nec vllus supersit metus ne se in adducendo tangãt, tum in directum opponere, vinculáq; remittere, ac musculis ipsis diductorum in idẽ commissionẽ permittere: interim verò teipsum quoq; manibus subseruire, ac sicubi aliquid paulũ subsultet, corrigere, atq; formare. Ab iis secũdum* 20 *quò diriges fuerit, vt immotũ prorsus mẽbrum cõsistat, ne quid eorũ quæ effinxeris, moueatur, quãdo ita necesse est ea rursum dissidere. Ac si ipsi quidẽ ægrotanti, vt quietudini mẽbri prospiciat, permiseris: vigilans fortassis probè id curauerit: at dormiẽs omnino membrũ mouebit. Vt igitur nõ dormientis modò hominis, sed etiã ad desidendum, itemq; cùm cubile resternitur surgẽtis, eorum quæ formata sunt, positura seruetur:*

tuta deligatura cōplecti fracturā oportet, quæq; fracti oßis partes secū coarctare adamußim posſit. At verò cùm laxior deligatura oßibus moueri permittat, arctior verò cōſtringēdo, dolorē excitet: danda opera eſt, vt vitato ambarū incōmodo, vtriuſq; fruamur cōmodo. Id fiet, ſi quod nimiū eſt, declinabimus. Ergo nec adeò arctare deligaturam debebimus, vt iam cōprimat, nec adeò remittere vt laxa ſit. Ac ſi quidē æqualis
10 eſſet craßitudinis membrū quodq;, vtiq; latißima faſcia eſſet commodißima, vtpote quæ totū, æqualiter continenterq; ex omni parte fractum os cōplecteretur. Sed quoniam id non eſt, pectori quidem latißimā licet, circūponas, artubus certè et inguло nō potes, ſed in talibus vtilior eſt anguſta, vtpote quæ nec rugas cōtrahet, & totius membri cui circūdata eſt, cutem cōtinget. Verū ſi paucis complexibus fracturā cōtinet, parū tuta eſt. Quantū igitᷣ ſecuritatis ex anguſtia deficit, tantū ei ex iniectionis numero & verſus integrū deductione eſt adiiciendum. Sed quoniam
20 deligationum quæcunq; citra dolorē carnē conſtipant coarctantq;, id virium habent vt ex iis partibus quibus primùm iniiciūtur, ſuccos exprimant, in eas in quas ipſæ ſunt finitæ reponāt, atq; figant: non alienum à ratione arbitror deligaturæ principiū ſuper ipſam fracturā iniici, abhinc verò ad reliquum membrū diſpenſari. Etenim qui cōtrà deligat, is ab integris ad ægrā

partem sanguinē cōpellit. Atqui si ab ægro loco incipiat, in integrum finiat, nā solùm innoxia eiusmodi deligatura in iis quæ diximus erit: sed etiam vtile quiddam cōtulerit, quippe cùm nullam circum fracturā sinet excitari phlegmonē. cuius rei curā habere in primis oportet. timendum enim est ne tum ex illa in diuersum vulsione, quam, membrum in suam formam effigentes administranimus, tum vel magis ex eo quod causæ quæ fracturam faciunt, plerunq; circundatam oßibus carnē constipando contundendóq; prius lædunt, magnæ subsequātur phlegmonæ. Nec sanè mirer si phlegmones quiddam simile etiam ipsis fractis oßibus ad portionem accidat, quando etiam quæ parum probe sunt curata, magis humida, quàm pro natura sua manifestè cernātur, vbi videlicet vnà cùm vulnere os perfractum sub aspectus notitiam venit. Quinimò nec oßis caries, quem sphacelō vocāt, ex alia occasione oboritur, quæ ipsa totius oßium substantiæ corruptela quædam est. Nō igitur negligendum quin totū superuacuū humidum ex omnibus quæ circa fracturam habētur partibus, exprimas. Incipies itaq; ab ægra parte, ac cùm bis térve circūdederis, inde sanū versus progredieris. Siquidē qui ita deligat, & ab integris ad laborātem partem sanguinis confluxum arcet, & quod iam collectū in ea est, exprimit. Cùm verò duæ partes sint quæ et recipere aliquid à laborā-

te particula, & trāsmittere ad eā possint, vtiq; quæ superiacēt, tū propter multitudinē, tum magnitudinē ad ambo magis sunt habiles. Extremæ verò propter cōtrarias cōditiones exiguum quidē aliquid, vel recipere, vel trāsmittere possunt, multū verò nec ægris partib. sumministrare, nec ab ipsis recipere, quocirca cum duas primas fecerit Hippoc. deligaturas, priore quidem tū quod in laborāte particula cōtinetur ad superposita expellit: tū quod ex his cōfluit, repellit, reliqua verò primis quidē cōplexibus, quos sup ipsam fracturam facit, itemq; fasciæ ad inferna progressu, eo quædā extrudit, quædā ne quid illinc cōfluat, ꝓhibet. Reliquis deinceps omnibus, quibus videlicet ab infimis partibus sursum recurrere deligaturā censet, vt eodē videlicet loco cū priore finiatur: tū ad superiora repellit, tum confluxū ab iis prohibet. Muniūt igitur ac stabiliūt fracturā, nec phlegmonen oriri sinūt prima duo lintea, nō tamen ea quæ dicta sunt, ad ambos hos vsus satisfaciūt, præsertim sola. Vnde ad eorum quidem tutelam Hippocrates præsidiū excogitauit, vt splenia vnà cum exterioribus fasciis adhiberentur, quæ hæc quoq; ipsa stabiliant. Ne autē phlegmone oriatur, medicamēto quopiā ex iis quæ phlegmonē prohibēt, vti iubet, quale nimirū est ceratū humidum. Hæc igitur omnia ratione vt comprehēsum est dictāte, sunt inuēta, & præter hæc ipsa repositionis figu-

ra, quæ ipsa quoq; geminæ indicationi subiicitur, priori quæ ex solis communibus notionibus pẽdet, alteri quæ ex curandorum organorũ naturali cõstitutione præstatur. Prior igitur eam quæ maximè à dolore abest, eligendã figuram suadet, quò nec phlegmonẽ particula contrahat, & æger persistere in vna ea diutißimè immotus poßit. Secũda quæ ex curandorũ sumitur natura, arterias, venas neruos & musculos quã rectißimos poni præcipit. Sed & cõsentiunt inter 10 se hæ indicationes: quãdo & rectißima cuiusq; partis figura maximè est à dolore aliena: et quæcũq; magis quàm alia est à dolore libera, ea maximè naturalis mẽbro est: brachio quidẽ angulo sa, quæ ἐγγώνιος Græcè dicitur, cruri verò quæ paulominus porrecta est. Porrò ad dolorẽ vitãdũ nõ modo naturalis habitus cuiuis instrumẽto est vtilis, verumetiã consuetudo quoq; conducere nonnihil videtur. Atque hæc quidẽ figuræ, in qua custodire membrum conueniat, inueniendæ 20 ratio est, eadem porrò inueniẽdæ figuræ ratio est & in retractione partiũ à se: quã antitasin vocãt, & cũ in naturalẽ situm aptãtur fracti oßis partes. Etenim expedit, vt in rectißima atq; à dolore alienißima forma mẽbrũ tum retrorsum retrahas, tum in naturalẽ habitũ coaptes: multóq; etiam magis vt sub eadem figura tum deliges, tum ad quietem reponas. Siquidem sub alia deligare, in aliam verò mutare, nõ dolorẽ modò

inci

incitare potest, verumetiã ossa intorquere: nam nisi eorũ quæ præcepta sunt in cõmentariis, quos de musculorũ motibus scripsimus, obliuio obrepsit: necesse est vbi figura mutatur, alios musculorum tendi, ac velut contractos rotundari, alios solui, ac remitti. Ergo vbi tendũtur, tũ premi eos à deligatura est necesse, tum ex compressiõe ipsa dolere: vbi verò tensio remittitur, ea in parte deligaturã esse laxã fracturãq; fulcimento destitui. Horũ igitur omniũ causa tũ extendere, tum effingere, tum deligare, tum reponere vna ea figura, quæ doloris minimũ habeat, præcipuè est studendũ. Atq; ad primũ quidem opus, quod in fracturis molimur, nullũ iam relictum est præceptũ. Soluere autẽ ex Hippocratis sentẽtia tertio die debebis, quò in mẽbro præter solitũ cooperto, nec dolor nec pruritus creetur, nec eius quod iam infixũ fracturæ est, perspiratio prohibeatur. Cuius occasione nõ modò noxius pruritus quibusdam accidit, sed etiã cutẽ ex acrimonia saniei erosam exulcerati. Infundendũ igitur tantũ temperatæ aquæ est, quantũ ad euocandũ eiusmodi saniẽ est satis. Quod si rursus quoq; simili modo facies, vtiq; septimo id à primo die facere debebis. Apparuerint verò iam oĩa, modò nihil impediat, phlegmone libera, ac quàm pro naturali habitu magis aliquãdo gracilia. Tum igitur licebit & ferulas circũponere, & soluere ex maiore interuallo. Nã antea cũ phlegmones

scopus

scopus vinceret, tutum nō erat ferulis premere. Nunc cū ea desijt, ac stabilire fracturā est opus: sanè non incommodè his vtare. Sed & exsoluere maiore interuallo licet, videlicet nō desyderantibus præterea partibus saniē exernere. Quinetiā callus, quē πῶρον Græci dicūt, felicius ita prouenerit: quādo ad hunc gignēdum (sicut dictum est) cogi cōcrescereq; aliquid proprij oßium alimēti oportet. Non est igitur hoc à labris fracturæ eluendū, aut foras euocandū: quod certè aßidua solutio faciet. At verò nec tāto interuallo intermittēdū, vt nescias quemadmodū fractura procedat. Vidimus enim nō semel cùm valēter siccarētur ossa, ægrè prouenisse callū. Expedit igitur istis tertio vel quarto die modicè aquā calidā infundamus, hanc metā finiendæ perfusionis habentes, cum carnes in rubrū tumorē attollūtur. Atq; in his quidē priusquā subsidere incipiāt, desistendū est. Contrà, vbi digeri quid volumus, nō prius est desistēdum, quàm quod ex perfusione intumuit, subsidat. In quibus verò quo minus callus in fractura proueniat, humiditas abūdantior obstat, ibi hanc siccare (sicut prius est dictū) cōuenienti deligatura, & perfusione aquæ quæ vel minima omnino sit, vel plurima, conabimur. Quippe minima cum prius desistat quàm aliquid cōfluat: & qui ad manū humores sunt, per spiritum digerit: & qui in alto sunt, modicè liquat. Expedit autem ita solui liqua

quariq; ea quæ per deligaturã sunt expellenda. Plurima verò digerit, plus quã attrahit. Sanè cõstat in ea quidẽ deligatura quæ exprimet, minus esse arctãdos fasciarũ fines: in ea verò quæ ad renutriẽdũ est cõparata, nec minus hos arctãdos, & vniuersos circũductus laxiores faciẽdos. Quoniã autẽ nõ solũ quo tẽpore subueniẽdũ callo gignẽdo sit, sed etiã quo pacto, est inuẽtũ: reliquũ fuerit de vniuersa victus ratione præcipere. Ac quòd in principio quidẽ sit tenuissimè cibãdũ, id vbi de propria phlegmonarũ curatione agemus, dicetur. Porrò mõstrabitur & quòd venã incidere interdũ oportet, & per vẽtrẽ superuacua expellere. At quo tẽpore callus gignitur, nutriẽdum corpus est cibis boni succi, & qui multũ nutriãt, ex quibus prouenire succus soleat nõ solũ bonus, sed etiã tenax: ex quali fieri callũ maximè expedit: quippe cũ ex serosa humiditate ac tenui gigni prorsus nequeat. Ex crassa verò sed quæ fragilis sit, ac pinguitudinis expers gigni quidẽ poterit nõ segniter: cæterũ tẽpore siccescẽs friabilior atq; ita fractioni obnoxius reddetur. Magnitudo calli ea sit quæ & ossibus tuto vinculo sit nec musculos tamẽ cõprimat. Nã qui minor iusto est, hic ossa parum reddet tuta: qui maior est, dolorem musculis inuehet. Attẽdendum verò diligenter est, vt vel promoueatur si minor iusto proueniat; vel inhibeatur, si immodicè increscat. Sunt verò quibus hæc efficies

ipsius

ipsius perfusionis, tum quãtitas, tum verò qualitas: prætereáq; ciborum quantitas, ac medicaminũ quæ illi extrinsecus imponũtur facultates. Ac de perfundendo quidem & victus ratione suprà est dictũ. Ex medicamẽtis verò quæcunq; emplasticã substãtiã habẽt, ac modicè calfaciũt, ea callos tũ promouent, tum verò augent. Quæ verò digerendi vim obtinent; ea magnos iam callos diminuunt. Si verò nec augere callum, nec minuere studes, sed eo sicut vltrò prouenit, es cõtẽtus, medicamento aliquo eorum quæ cruentis adhibentur vulneribus, vtere: quæ cum modicè siccẽt, etiã coagulari ac concrescere mediocriter callũ faciũt. Ac de transuersis quidem fractu ris hæc satisfaciãt. De lõgis verò reliqua omnia ad eũdem se habent modũ: cæterùm cõprimendæ hæ magis in ipso fracturæ loco sunt: tum quod recessit, retrudẽdum introrsus est. Quæ verò confracta multifariã sunt, potissimum cùm vlcere, quẽadmodũ fieri plurimũ solet, ijs splenia circundãda asciæ ritu incurua. Hippocrates præcepit, eáq; vino imbuta tum austero, tum nigro, æstate potissimum. Quippe putrescunt siue oleo quis vtatur, siue cerato: cùm postulent amplius quàm reliqua siccari, vtpote vitio ipso reliquis maiore. Quinetiã medicamẽta quoq; omnia ex siccãtium sint numero: sicuti ille præcepit, sed simul modũ ipsum siccationis definiẽs. Etenim ex enæmis eiusmodi esse pharmaca vult. Quòd si

pro

protinus ab initio quis ipsis vtatur, tale esse debe re enemō suadet, quod imbui sit aptū. Ac reliqua quidē omnia ex illius præceptis sunt peragēda, non in ijs quæ dicta sunt modo, verūetiā siue nudatū os desecari serra postulet, siue fragmēta quæpiā vel teipsum eximere, vel expellēti naturæ subseruire oporteat. De ijs verò quæ cruribus supponuntur organis, quos σωλῆνας Græci vocāt, quæcūq; Hipocrates addubitauit vtēdáne sint, nécne, & omnes norūt, & laudādas esse rationes cēseo. Quod autē neotericis inuētū est glossocomiū, quo maximè tēpore gignendi calli vtimur, laudādū id quidē quantū aliā quāuis eiusmodi machinarū ducimus. Verū nō videtur id Hippocrates nouisse, quāquā aliàs in organis: quæ vsui forēt, excogitādis nō indiligēs. At verò quod cruribus subijcitur instrumētū, rectè illis excogitatū est: quod per vnicū axē, qui in fine machinæ ad infernā eius partē est collocatus, cōtrariū nixū toti mēbro gemina tēsione efficit. Nominatur earū altera (quæ vtiq; mēbrū tendit in directū) Græcè ἰυθύπορος, id est in rectū procedēs: quæ verò prius sursum, mox deorsum, ea μεταληπτικὴ Græcè dicitur, quasi ranslatiuam dixeris. Obeuntur ambæ per laqueorū circircumplexum. Porrò aptißimus in hunc vsum laqueus est, qui duas habeat appendices. Hic igitur cū in partibus membri quæ infra fracturā sant iniectus est, priorem siue euthyporon efficit

tensi

tensionẽ, brachijs scilicet ipsius axi circũpositis. Cũ verò in partibus quæ supra fracturã sunt, idẽ laqueus imponitur, metaleptice tẽsionẽ efficit, abactis videlicet ipsius brachijs pri⁹ sursum, mox deorsum. Quippe hæc quoq; circũdãda axi sunt. Porrò circũactũ ac veluti flexũ brachiorũ laquei qui à superiorib⁹ partibus ad inferiores agitur, per trochilia fieri oportet quæ in lateribus glottocomi sint posita. Licebit & solena voces eiusmodi machinã & cũ adiectione sic, solena mechanicũ, aut glottocomiõ mechanicũ. Verũ de instrumẽtis vberius præcipiemus, quãdo de luxatis agemus, vbi etiã de varietate deligaturarũ quæ superimponũtur, nõ minus dicetur. Nũc verò postquã de mechanico solene mentionẽ feci: qui plurimũ cruri cõmodat, tum aliâs cũ reponitur, tũ vel magis cum æger cubile mutat, aut etiam è vẽtre aliquid excernit: non ab re fuerit, quo nihil tractationi de eo desyderetur, multò magis illud glottocomiõ laudare, cuius alterum laterũ, itémq; tabellulã in qua pedẽ collocãt, quo nulli nõ quadret membri magnitudini, mobilia faciũt. Ac de reliquis quidẽ fracturis hæc nosse, cum ijs quæ Hippocrates præcepit, sat fuerit.

10

20

CAPVT VI.

DE ijs verò quæ in capite accidũt, Hippocrates certè integrum volumẽ scripsit, vbi omnia præcipit quæ in his sunt agenda, & nos cùm huic operi finem imposuerimus, enarranda

eius

eius opera aggrediemur. Ad præsens verò quoniã in his cõmẽtarijs, et quæ supra ea, quæ ille dixit sunt inuẽta, adijcimus, & quæ indefinitè dixit definimus, necesse est primũ de cauis excisorijs scalpris, quos Græcè κυκλίσκους vocãt, mox de ijs quos à lẽticulæ speciẽ φακωτὸς vocant, post hos, de angustis scalpellis, demũ de medicamentorũ vsu, aliquid agamus. Ergo de fracturis caluariæ quædam vsq; ad secũdam laminam, quã
10 Græcè διπλόην vocãt, perueniunt, quædã vsq; ad internam ossiũ faciem, quædam etiam simplices fracturæ, quædã contusiones, quædam vestigia eorum quibus inflicta plaga est. Quæ igitur simplices fracturæ ad secundam vsq; laminã perueniunt, ijs quos modò diximus angustis scalpellis indigẽt. Expedit autem hos vt numero multos, ita magnitudine impares esse, necubi desit quod operi sit cõmodissimũ, postea verò nudato prout fieri solet vitiato osse, vtẽdum primo
20 quidẽ latiore, secundo loco, eo quod illo est angustius, mox ita reliquis deinceps vsq; ad angustissimũ. Hoc verò in ipsa diploë est vtẽdum. Post hæc tũ protinus, tum ad finem vsq; siccis medicamẽtis est medendum. Quæ ob id ipsum κεφαλικὰ Græcè, id est capitalia sunt dicta. Ea cõponũtur ex iri illyrica, & erui farina, & manna, & aristolochia, & panacis radicis cortice: et in summa, omnibus quæ extergere citra morsum possunt, ipsa nanq; generatio carnis, natu-

ræ opus eſt. Itaq; ægro ad eã rẽ nihil opus eſt arte medica. Vt autẽ quæ prouenit caro, coaleſcat circũhæreátq; omni oſsis parti, id inde maximè eueniet, ſi neq; ſordes ſuper eo ſit, nec oleoſa quæpiã pinguitudo. Id igitur eſt quod ægris medici ad carnis productionẽ præſtãt vt totus locus ſiccus ſit, tũ quælibet vitiati oſsis pars planè pura. Atq; hæc quidẽ omnium fracturarũ cũ caro in his produci incipit, communia ſunt. Ex fracturis verò quæ ad cerebri vſq; mẽbranas peruenerunt, ſi ſimplex tãtùm fractura ſit, iã dictis ſcalpellis anguſtis vtendũ. Sin cũ contuſione aliquã, quod contuſum eſt, excidi debebit, ídq; vel terebellis prius in circuitu perforatũ, mox deinde ſcalpris admotis, vel protinus ab initio cycliſcis. Ac quæ per terebellã quidẽ ratio fungitur, parũ tuta eſt, propterea quòd dum audacius eã tractãt, durã membranam quæ oſsi ſubſternitur, nõ rarò violãt. Quod verò per cycliſcos opus adminiſtratur, ne id quidem omnino vitio caret, cũ quatiat immodicè caput, quod potius quietem poſtulat. Mihi igitur hîc quoque placet, ſi magnæ ſint fracturæ & oſſa quæ fracta ſunt, vehementer mota, cycliſcis vti, quippe paucis exciſionibus facies lenticulatis exciſorijs locum. Sin firma plurimùm oſſa ſint foranda terebella ſunt. Quidam autem quo minus vſquam aberrẽt, eiuſmodi terebellas excogitarunt quæ mergi nõ poſsint, quas ab argumẽto ἀβάπτιστα dicunt.

dicũt. Circuncurrit enim parũ supra terebellæ acutã cuspidẽ* circulus quidã parũ extãs. Sanè expedit cõplures id genus præparatas habere, ad omnẽ caluariæ craßitudinẽ. Nã craßiori lõgior terebra cõueniet, voco autẽ ita cuius spatiũ quod inter summã est cuspidem, & circulũ qui extãs circũcurrit, maius est) tenuiori breuior, est autẽ huic quoq; quod interest inter cuspidẽ & quod circuncurrit, minus. Aliqui verò (siue illos his timidiores, siue tutiores appellẽ) etiam ijs quas χοινικίδας vocãt, sunt vsi. Tu verò si neq; improuidus eorũ quæ fallere possunt sis futurus, neq; plusquam satis est timidus, commodißimè cycliscis vtere, & primo quidẽ aggressu, latioribus, postea magis angustis, donec ad crassam membranam perueneris. Cæterùm quòd excidi oportet, id totum circulo cycliscis nudandum nõ est, sed ex ea maximè parte qua fractura est grauißima. Nam præter alia, etiam mẽbrana ipsa ab oßibus quæ vehementer sunt afflicta, celerrimè recedit: adeò vt nullus sit metus eã, quæ iam seiũcta est tetigisse. Si verò vnã semel nudaueris partẽ, ac scalprum qui in cuspide præfixum habet obtusam leuémq; lẽticulæ speciem, aciem verò per lõgitudinẽ erectam, submiseris: vbi latam partem lenticulæ super membranã statueris, feries malleolo, ac sic caluariã diuides. Eueniẽt enim ita agentibus quæ requirimus omnia. Nam membrana, ne si dormitans quidem quis

* ἴτυς, id est labrum, siue superciliũ.

agat, lata tantũ lẽticulæ parte occurrens vulnerari potest. Qui sicubi adhæreat caluariæ, huius quoque adhærentiam innoxiè dirimit ipsa lenticulæ rotunditas. Subsequitur verò præeuntẽ eã à tergo ipse scalper caluariam secans. Quare nec qui minus cum periculo, nec qui celerius perficiatur, forãdi modũ alium inuenias. Maximè tamen hunc in vehementissimis fracturis laudabis, quas vtique recentiorum nonnulli medicorũ Græcè ἐγγεισώματα & καμαρώσεις nominãt. Eggeisomata quidem, quæ in medio sui mẽbranæ innituntur. Camaromata verò, quæ eandẽ ipsam partem, exaltatam habent. Cæterũ qua primùm ab integris fracturæ partibus diduci ægrã cœpit, intrò magis recedũt, ac membranæ innitũtur. Quippe celerrimè in talibus quod ægrũ est, totum exciditur, vtpote cũ promptius subintret lẽticulati scalpri finis in ijs quæ plurimũ à naturali habitu recesserunt. Quinetiam instrumento quod ὀστάγραν vocant, aliquibus ossiũ quæ vehementer sunt comminuta vel exaltatis, vel cõuersis: ea potissimùm parte, vt demittatur lẽticulatum scalprum, præparabimus. Quo facto, succedũt deinceps omnia quibus est opus, cũ securitate simul ac celeritate: vt fermè dixeris celebre illud dictũ in reliquis quidẽ omnibus probè se habere, Dimidiũ facti qui bene cœpit, habet. Hîc verò nõ totius dimidium sed vel totũ, vel paulominus totum habeas, vbi

len

lenticulatũ ſcalprũ immiſeris. Atq; hæc optima eſt fracturarũ quæ in caluaria ſunt manualis tractatio: quam χειρουργίαν vocant. Quantũ verò excidere conueniat eius quod affectum eſt, deinceps exponã. Quod vehementer eſt confractum, id totũ eſt auferẽdum. Si verò ab eo fragmenta quædam longius excurrant, (quẽadmodum aliquando cernitur accidere) hæc perſequi ad finẽ non expedit: illud perſuaſum habẽtibus, minimè futurum vt ex eo noxa ſequatur vlla, modò reliqua omnia ritè ſint peracta. Nos enim non ſemel aut bis, ſed planè perſæpe ſic facientes voti cõpotes fuimus. Indicatio verò agendorum hîc quoq; ex natura ipſarũ partiũ affectarum ſumminiſtrata eſt. Nam deligaturam quam in alijs fracturis ceu maximè phlegmonas arcẽtem ratio inuenit, capiti adaptare non poſsis: itaque nec quod affluit reprimi, nec quod in ægris partibus continetur, exprimere queas. Sine quibus præſidijs nec reliquorum oſsium vllum ſeruari ſanum poteſt. Nam pone in brachio ad medullam vſq; fractum os eſſe, neminemq; poſtea pro fracturæ legibus id deligaſſe: omnino neceſſum erit ſaniem non ſolùm quæ foris ſub cute & ſub muſculis eſt collecta, ſed etiam quæ in medulla cõtinetur, tum ipſam primùm ac maximè corrumpere, tum cum ipſa os vniuerſum: quando etiam nunc quoque omnibus ritè peractis aliquãdo talia contingũt. Quomodo ergo non vel

magis in capite ea accidăt, cùm nec deligatură quæ fracturis debetur admittat, & omnis sanies prona feratur, sic vt super membranam vniuersa coaceruetur? In alijs igitur fracturis deligatura cùm ritè adhibetur, tãtùm abest vt superuacuam aliquam humiditatem colligi in læso osse patiatur, vt etiam gracilius quàm pro naturali habitu membrum reddat, in capite verò ratio quæ per deligatură est excogitata, nec potest ita tũ os ipsum confractũ, tum quæ illi circunstant siccare, vt neque phlegmonen cõtrahăt neq; penitus vllam efficiant saniem: nec medicamentum est vllum, quod vel in alijs quidem partibus citra deligaturam os fractum quatenus nunc dictũ est, siccũ atque ab superuacuis purũ reddere valeat. Necessum igitur est nobis primũ fracturæ aliquid nudare: quò videlicet detergere & abluere saniem à membrana liceat, post verò cùm phlegmones tempus præterijt, omniáque sicca ad vnguem sunt, carnem producere, ac cicatrice locum includere. Non est hic sermo nudus, rerúmq; vacuus, cuiusmodi est ille sophistarũ, qui operũ artis nescij quærunt cur capitis fracturæ callũ non ducant. Ducunt enim, ô viri boni. Vósq; tă dementes estis, vt eorum quæ non sunt tanquă sint causas aßignetis, nouimus enim aliquando sincipitis os fractum, quod autem os huic oßi protinus succedit, tẽporis os vocatur, in quo ipsas squamatim compactas commissuras

esse

esse accidit, in eo luculẽta fractura lõgißimè pertinebat, quã ipse equidẽ minimè contingens, sed tantùm sinciputis os excindẽs, hominem sanaui, sicut nũc quoq; multos iam annos viuat. Quòd si sinciputis quoq; os dimisissem, putruisset citius quæ illi suberat cerebri mẽbrana, quam callum fractura duxisset. Nã si nulla ex læsis partibus sanies intrò cõflueret, superfluũ esset os excindere. Ergo illi prout solent nugentur. Ego verò in
10 alia similiter se habẽte fractura cogitaram supernum os dimittere, ac quod à lateribus erat quò sanies deflueret, eximere, mox cũ & crassitudinem eius & duritiam æstimassem, vtilius fore iudicaui supernũ os potius eximere, quàm ob defluxus solicitudinẽ cerebrum valenter concutere. Cogitaui præterea accidere posse vt si à latere magnũ fieret in oßibus foramen, prominerет fortaßis hac parte cerebrũ. Est porrò & in lateribus non vno in loco etiam neruorũ, ho-
20 rumq; nõ leuis momenti, quidã exortus: cùm in supernis capitis ne minimus quidẽ vsquam oriatur neruus. His admonitus abstinui ab eximẽdo osse, quod in latere capitis esset. At callum semper duxit, modò ritè curaret. Ac iã quod disquiramus, hoc ferè superest, quænã sit postquam foratum os est, tum medicamentorũ, tum vniuersæ diligentiæ nostræ præcipua omniũ ratio, vtrúmne blandißima, & quæ maximè voluptati cubãtis subscribat, veluti qua nũc pleri-

quæ vtuntur: an quæ huic maximè est aduersa, nempe quæ per medicamẽta quæ vehementissimè siccẽt, perficitur, cuiusmodi & Meges Sidonius laudat, & ciuis quidam noster semper est vsus, sic, vt etiam emplastrum quod isin vocãt, illico nudatæ mẽbranæ imponeret, & super hãc foris oxymeli. Sanè is senex erat satis exercitat⁹ in hac artis parte, cæterùm neq; aliũ quempiam his vsum vidi, nec ipse vti sum ausus. Tãtùm tamen testificari Eudemo possum (nã id seni nomen erat) magis fuisse seruatos qui ab illo curabantur, quàm qui ab ijs qui blandis vtebantur. Aggressus verò fuissẽ aliquãdo ipse quoq; experiri eiusmodi curationis rationẽ, si perpetuò in Asia mãsissem. Sed cũ Romæ plurimùm agerẽ, ciuitatis morẽ sum secutus, permissa ijs quos chirurgos vocãt, maxima eiusmodi operũ parte. Cæterùm ipsam rei naturã æstimans, talem quandã determinationẽ longa nostra experientia confirmatã concipio. Qui auditorius meatus dicitur, nõ solùm vsq; ad cerebri durã membranã pertinet, sed etiã neruum cõtingit, qui in ipsum à cerebro descẽdit. Is autẽ quanquam ita positus in vicino, tamen vehementissima (sicut dictum prius est) medicamenta tolerat. Nihil igitur miri sit, si post forationes crassa cerebri membrana antequam notabiliter phlegmone occupetur, valentissimis gaudeat medicamentis, seu siccam naturaliter substantiam habens.

GAL

GALENI METHODI MEDENDI, VEL DE morbis curandis, Thoma Linacro Anglo interprete,

LIBER VII.

Quæ in ſeptimo libro Methodi medendi habentur.

Curatio morborum qui partibus ſimilaribus contingunt, & præſertim ventriculi, quo in vniuerſum exempli loco vtitur.

Curatio ventriculi mala temperie laborantis citra humorum multitudinem.

Curatio ventriculi mala temperie vexati ex vitioſis humoribus in eo congregatis.

De lacte, & melle, & quo pacto is qui ſicciore temperie laborat nutriendus ſit.

Quo pacto ventriculus curari debeat, ſi quando à prauis ſuccis obſideatur, qui in eius tunicis ſint imbibiti.

Vniuerſales rationes quæ ad ea pertinent, de quibus ipſe particulatim exempli vice diſſeruit.

CAPVT I.

MEDENDI *methodum, Eugeniane chariſsime, quam olim in Hieronis gratiā ſcribēdam ſuſceperā, poſtea quàm illū ſubitò longū iter ingredi coactum nō multò pòſt diē obijſſe nunciatū, ipſi quoq; perſequi deſtitimus. Tu enim mihi cōſcius es, neq; hoc me opus, neq; aliud vllum, popularis auræ ſtudio fuiſſe aggreſſum: ſed quò vel amicis*

gratificarer, vel meipsum simul vtilissima ratione ad rem propositā exercitarē, simul ad obliuionē senij (vt Plato inquit) cōmentarios mihi reponerē. Quippe multitudinis laus, cōmodū ad vsus nōnullos instrumentū viuētibus aliquādo est: mortuis certè nihil prodest, sicut neq; viuentiū quibusdā. Nam qui viuere in trāquillo optarunt, ac fructum ex philosophia cœperūt, & ijs quæ corpori curando sufficiunt sunt contenti, ijs vtiq; impedimento non paruo est apud vulgum fama, vt quæ eos à rebus pulcherrimis plus iusto trāsuersos auferat: veluti me quoq; nō ignoras ab ijs quæ sunt molesta sic nonnunquam tædio affectum, vt bono interim spatio ne tāgere quidem librū possim. Ego verò (haud scio qua ratione) ab ipsa vsq; adolescētia mirificè, siue inspiratus, siue furore percitus, siue quomodocunq; dixisse libet, & vulgi famā contēpsi, & veritatis scientiæq; studio flagraui, nullam esse hominibus nec honestiorē nec diuiniorē possessionem ratus. Atq; ideò nulli librorū meorum nomen meum præscripsi: imò vos (sicut ipse testis es) rogaui ne me immodicè (vt soletis) apud homines laudaretis: nec nomen meū operibus quæ proderem, inscriberetis. Ob hæc igitur omnia etiam medendi methodus quam inceperam, à me est deposita, cùm capita inuentorum breuibus commētarijs mihi ipsi scripsissem, nec vllam pleniorem docendi rationem etiámnum adiecissem. Nunc quādo &

do & tu, & alij ex amicis non pauci exigitis quæ subinde me opere in ægris peragere vidistis, vt ea in commentarios redigam, adijciam huic operi quod reliquum est.

CAPVT II.

ERgo in horum commentariorum tertio, quarto, quinto, & sexto quemadmodum similarium instrumentaliumq; partium cōmunem morbum curari conueniat, scripseram, id-
10 *circo nimirū ab eo auspicatus, quòd & conspectior reliquis esset, & euidenter omnes propemodum priores medicos qui certa methodo artem tradere polliciti, Amethodi in ipsis curationibus deprehenduntur, confutaret. Nam cùm ab Hippocrate discesseris, qui nobis omniū salutarium præceptorū semina præbuit, reliquorū certè nemo vel conatus est genus hoc morbi methodo curare. Postulant autē & quæ Hippocrates ipse reliquit, nō malos agricolas, qui ea tum*
20 *seminent commodè, tum augeant, tum perficiāt. Id autem fecisse antè nos neminem, sed plerosq; etiam semina quæ reliquit, corrupisse, ijs qui animum aduerterunt, clarè monstratum arbitror. Porrò hoc morbi genus vel continuitatis solutionem, vel vnitionis, vel qualitercunq; est libitum, appellare cuique permisimus: quando de nominibus nec in hoc opere nec in alio medicinaliū vllo laboramus, sed quo pacto artis maximè finem consequamur. Reuertamur autem*

nunc ad morbũ eũ qui omniũ est primus, nempe qui in similaribus nascitur, quibus scilicet primùm animãtis functiones referũtur acceptæ. Si quidem mõstratum in aliis operibus est quemadmodũ instrumentaliũ quãq; partiũ aliquid agere dicam⁹, veluti oculũ videre, aut crus ambulare. Esse enim sicuti id quod præcipuum est actionis crurũ, nõ cruris totius, sed musculosi in eo generis: sic visionem non oculi totius, sed crystallini in ipso humoris: ac in reliquis quibusque organis ad portionem. Porrò ostensum in secundo horũ voluminum est, genus hoc morbi non solùm cognitu esse maximè necessariũ, sed etiam neminem ipsum ratione curare posse, qui prima corporis elemẽta non norit. Præterea nõ intelligere ea quæ dicãt, nonnullos eorum qui rationales se nominant, quoties imbecillitatẽ esse dicunt vel ventriculi, vel intestinorũ, vel iocinoris, vel oculorum, vel alterius cuiuslibet partis. Si nãq; infirmitatem impotentiamq; ad naturale opus ita nominãt, nihil plus plebeio intelligũt, quippe quem dicere audias imbecillum sibi vẽtriculum esse, nõ enim concoquere eum vel minima leuissimaq; quæ sumpsit. Quòd si imbecillitatẽ qua est in vẽtriculo affectum quempiam esse aiunt, interpretẽtur quæso nobis quemnam demũ hũc esse volunt, quemadmodum in phlegmone fecerunt, nã empirico sat fuerit, si symptomata laborantis particulæ exposuerit, nempe tumorẽ præ-

ter

ter naturã, & renixũ, & pulsatilem dolorem, & tensionem, & ruborẽ, aliaq; id genus, impositaq; nonnunquã breuitatis docendi causa, cunctis simul collectis vnum nomen, sicuti cõprehensis iam phlegmonẽ. Dogmatici verò nõ itidem: sed ipsam morbi naturã inspiciũt, quã symptomatũ illorũ collectio necessariò sequitur. Siquidẽ Erasistrato videtur sanguis qui in arterias incidit, vbi spiritu impellitur, in exitu earũ impa-
10 ctus hærere: idq; phlegmone esse. At par (arbitror) erat vel Erasistratũ ipsum, vel aliquẽ ex sectatoribus eius, simili modo affectũ qui in imbecillitate cuiusq; partis subest interpretari. Tãquam enim de phlegmone in quidnã translatus naturalis partis habitus sit, explicuit: ita ratio exigebat, vt & translatio cuiusq; particulæ in imbecillitatẽ, ab eo explicaretur. Non enim cùm pro naturæ ratione est affecta, ad propriã actionẽ est imbecilla: sed accessit omnino aliqua præ-
20 ter naturã occasio, quæ eã dissoluit deiecitq;, & mortuæ similem effecit, quam vtiq; nec Erasistratus dixit, nec Herophilus, nec alius quispiã medicorum, qui de primorũ corporum natura ausi aliquid pronunciare non sunt.

CAPVT III.

Cæterùm, immorandũ in his diutius non est, cũ præsertim abundè prius mõstratum sit & genus hoc morbi vtilißimum esse quod à medicis disquiratũ: & qui cõmodè id sit tractaturus

turus, huic necesse prius esse de elemẽtis consyderasse, itaq; qui nobis habendus sermo est, is totus ex prius demõstratis elemẽtis absoluetur, de quibus vnũ (vt scis) volumẽ edidimus, quod De elementis secundũ Hippocratẽ, inscripsimus. Sanè eadẽ opinio de corporis natura est tũ Diocli, tũ Mnesitheo, tũ Dieuchi, tũ Atheneo, tũ probatissimis ferè quibusq; medicorũ, itidẽ vt præstãtissimis philosophorũ: vt qui ex calido, frigido, humido & sicco mista putẽt tum alia corpora vniuersa, tũ verò animantiũ in primis. Cæterũ ei qui de his omnibus primùm pronũciauit, demõstrauitq́; iustũ arbitror reddere quod inuenit. Ideoq; et nos ea secũdũ Hippocratẽ elemẽta vocamus, etiã si maximè Chrysipp⁹, Aristoteles've aut alius quisq̃ iã medic⁹ philosophúsve similiter de ijs sit opinat⁹. ergo quoniã vnaquæq; animalis particula propriam actionẽ ædit, quæ tãtũ ab aliarũ actionib⁹ differt, quãtũ ipsa particula ab alijs q̃ illas ædũt, est diuersa. Differt verò ab alijs particula quæq; eò quòd calidior, vel frigidior, vel siccior vel humidior sit, aut quòd binis horũ quibuslibet sit affecta, qui tueri actionẽ vult, hic tẽperamẽtũ earũ custodiat oportet. Custodiet autẽ, si id quod ad calidius est cõuersum, refrigerabit: quod ad frigidius inclinatũ est, calfaciet. Pari modo si quod ad siccius est alteratũ, humectabit: & quod ad humẽtius est versum, siccabit. Rursus quoq; si siccabit pariter, ac

ter, ac

ter, ac calfaciet quod humidũ est redditũ, & fri gidum: siccabit pariter & refrigerabit quod humidius simul & calidius euasit: & in reliquis duabus cõiugationibus ad portionẽ. Sẽper enim pro eo quod exuperat, inducẽdũ eo vsq; cõtrariũ est, quoad particulã in symmetriã, & naturalẽ habitũ vindicaueris. Ac genere quidẽ, omnis ægritudinis, quæ in similaribus cõsistit, iam dicta mihi medẽdi est methodus. Cùm enim octo earũ sint differẽtiæ, veluti in libris de morborũ differẽtia est traditũ, octo nimirũ erunt & medendi rationes: quarũ vna (quò medẽdi consilia dirigũtur) curationis meta communis est, ipsius similaris corporis alteratio: quãdoquidẽ etiam morbus ipse ex intemperie & naturalis tẽperamenti alteratione est ortus. At quæ mẽbratim medicatio agitur, ex his duobus cõficitur: nempe materiæ copia, & huius cõgruo vsu. Ac medicamentorũ quidẽ copiã, tum ex libro de simplicium medicamentorũ viribus, tum ex eo qui de eorũ cõpositione præcipit methodo, haurias licebit. Eorũ quæ ad victus rationẽ pertinent, hinc sumimus. Sed & quemadmodum cuiusq; morbi intẽperiem agnoscere oporteat, ex tribus operibus intelligas: primo eo quod de temperamentis, secundo eo quod de partibus affectis, deinde eo quod ars medica inscribitur. Non est igitur ad ea quæ nunc ordimur, ijs qui prudentes natura sunt, ac cogitationẽ in primis exercitarũt, multis præ-

tis præterea opus: cui neutrum horum adest, huic certè ad præsentem disputationem non parua re est opus. Quòd si in praua doctrinæ secta præterea sit altus, hic geminum tempus requirit: alterũ in quo prauas opiniones dediscat, alterum in quo melioribus se exerceat.

CAPVT IIII.

Sanè te scimus & ex ijs quæ in vniuersum dicta sunt, particularia per te inuenire posse: & alioqui multos id genus morbos à nobis 10 *percuratos vidisse sic, vt vtraq; ratione particulariũ tractationẽ minus requiras. Sed quoniam (vt Plato ait) nõ possunt quæ scripta sunt, nõ è manibus excidere: quò si quãdo liber in alterius nõ exercitatæ rationis manus deuenerit, facilius hũc doceat, adijci particularium quæpiam oportet: ex quibus etiã protinus clarè id quod proximè dixi, intelligetur fieri posse, vt per teipsum particularia inuenias. Siquidem ipse ea per meipsum omnia inuestigaui, ratione ipsa viã mon* 20 *strãte: quãdo si præceptores secutus fuissem, ipse quoq; vẽtriculo imbecillis suasissem, vt cibis adstringẽtibus, & subamaris vterẽtur, vino quoq; similiter austero, præterea absynthio, & quod ex mali cotonei conficitur succo, alijsq; eiusmodi quæ deuorãtur medicamẽtis. At verò quod ad ea pertinet quæ extrinsecus applicãtur, primùm perfundi vẽtriculum ex absynthio & oleo crudo iußissem: mox hapsum lanæ, tum ex ijsdem ipsis,*

ipsis, tum verò ex vnguētis melino, & mastichino, & nardino imponi: ab iis ceratum ex iisdem cōpositum: post alia pharmaca, vtiq; ceratis valentiora; quæ à medicis vocātur epithemata. Ea tum ex dictis vnguentis, tum ex iis quæ similem vim obtinent medicamentis cōponuntur. In quibus est aromatum quoq; multitudo non parua: spica nardi, & amomū, & calamus aromaticus, & iris, & ladanū, & malabathri foliū, &
10 styrax, & bdelliū, & opobalsamum, & balsamum, & xylobalsamum, reliquusq; aromatū catalogus. Quòd si horum nihil profecisset, commune omniū remedium, quibus imbecillitas nocet, in fine adhibuissem, nempe rubrificationem, (φοινιγμὸν Græcè vocant) quæ vel per thapsiā, vel sinapi, vel tale aliquid excitatur. Deinde ad vsum aquarū* calidarū ablegassem. Quippe vt contra hæc Empiricus nihil nouit, velùti cōmentarij eorum docēt. Quintus verò iis qui de cruditate, aut inappetētia quererētur, primū quidem exercitari suadebat, tū esse quæ & cōcoctu quā facillima essent, & nō multa, quibus hæc nō contulissent, cogebatur ipse quoq; ad Empiricorum dogmata cōfugere. Nam quis nescit quemadmodum calidum, frigidum, humidum, & siccum, mordere sit solitus, balneatorum esse nomina dictitans? Sine quibus tamē methodo curare partium imbecillitatē omnino nō est. Quare per hos nihil obstitit, quo minus ipse quoq; eadem insti-

20

* αὐτοφυῶν, id est spontè nascentium.

tissem via in eiusmodi affectibus sanandis. Verùm ratio me docuit octo imbecilli vētriculi curationes. Vidisti igitur & tu quosdam vno die, vel potius hora, frigida potione leuatos: quorum aliis non aquam modò dedi fontanam recentē, sed etiã quæ niue esset refrigerata, veluti Romæ præparare solent, calfaciens scilicet prius, quàm ipsi Δικὸνταν, id est decoctã appellãt: cibos præterea ad eundē modũ refrigeratos identidem me illis permittere vidisti: in quibus est & quã mel- 10 cam vocant, vnus is quoq; Romæ laudatorum, ciborum, veluti etiam aphrogala: sed & frigidæ facultatis fructus, similiter refrigerans: iisdem dedi & ptissanam probè coctã, pari ratione refrigeratam, aliáq; id genus sexcenta. In quibus vnã rem mihi proposui, ipsam scilicet refrigerationem. Vetui autem absynthiũ & quicquid adstringeret cõtingere, veluti alios rursus à refrigerantibus abstinui. Calfeci autem omni ratione, vinũ vetus ex eorũ genere quæ facultate valde 20 calfaciũt exhibens: (cuius maximè generis sunt phalernũ, & Surrentinũ) tũ nutrimentũ quod calfaciēdi vim haberet, cũ largo pipere. In nonnullis omne cõsiliũ curationis ad siccandũ direxi: dabamq; iis tum cibos qui natura essent sicci, ac probè assati: tum prorsus exiguã portionem. Iniunxi autē & adstringentiũ omniũ vsum, quem vnũ qui illis citra rationem medentur, norunt. Aliũ verò nõ pridē, qui iam adeò siccatus fue

rat

rat, vt simillimum habitũ præferret iis qui marasmo, id est senili ariditate marcescũt, sanaui, contrariis omnino exhibitis iis quæ egregij isti medici suaserant. Quippe nõ ex alia occasiõe eõ periculi venerat, (cùm inter initia exiguã intẽperiem ex siccitate quæ madefieri postulabat, habuisset) quàm quòd ij qui eum curandũ suscepe rũt, tum absynthio potãtes, tum amaros asparagos, & bulbos edendos dantes, itemq; mala cotonea, & cestiana, & punica, pòst quoq; vbi vẽter nihil horũ continebat, etiam rhois succũ bibere cogentes, tum quæ paulò supra dixi extrinsecus imponẽtes, paulominus omnis madoris expertẽ reddiderunt, hunc nos sanauimus omni ratione humectantes, ipsiq; materiam inuenientes ex ea methodo quæ ĩ opere de medicamẽtis est tradita.

CAPVT V.

NAM sicuti in libro de demõstratiua secta dixi, numerosis medicorũ inter se dissidiis vndiq; confusus, vbi me ad indicandum de his conuerti, intellexi prius in demonstratiua methodo exercitandum me esse. Quod cùm multis deinceps annis fecissem, singula ipsi dogmata subieci: atque prout inuentorum indicatio me ducebat, ita curationes institui. Verùm quoniam id non omnes saltem possunt, expediet ipsis scribi per octo curandi indicationes particularis materiæ comparandæ meditationes, à ventriculo rursus sumpto initio, quoniam huius pri-

mum mentionem modò fecimus. Ac facillimæ quidẽ ad curandũ alterationes sunt, quæ ex calido & frigido consistunt, propterea quòd maximè actiuis qualitatibus corriguntur. Aegrius curantur quæ in humido siccóq; habẽtur, quòd imbecillis & (vt sic dicam) magis materialibus qualitatibus eorum curatio perficitur, potissimumq; cùm humectãdum esse requiritur. Ac tempus quidem caloris frigorisq; reparandi, par quodãmodo est, securitas tamẽ impar. Nisi enim 10 cuncta quæ ei quod curatur circũdata sunt corpora, valida planè sint, metus est ne ab iis quæ refrigerent, noxam contrahant non leuem. In reliquis duabus qualitatibus securitas similis est. Tẽpus curationis in sicca intẽperie multò amplius, quippe quod senium in sanis est, id sicca intemperies est in ægris. Itaque etiam insanabilis est, si prorsus sit consummata.

CAPVT VI.

Est autẽ prorsus consummata, vbi solida 20 similarium partium substãtia reddita est siccior. Nam est & altera siccitas, vtiq; cùm ea quorum substantia ex humore concreto constat, sicut caro & adeps, sunt liquata. Etiam tertia, cùm propria humiditas vnde partes nutriũtur, omnino est assumpta. Continetur ea in omnibus animalis partibus, ceu ros quidã per eas sparsus. de qua dictũ alibi sæpe est. Hãc igit̃ inserere particulis sine nutrimẽto nõ est. Ideóq; difficil'

li

lima est omniũ eiusmodi affectuũ curatio. Diuersa ab iis siccitas est, quæ in propriis cuiusque particulæ exilibus arteriis venisq; cõsistit. Prouenit et hæc ex sanguinis penuria. Omnibus itaq; his siccitatibus maximè cõtrarius est austeroris vsus, siue ea cibi sint, siue potiones, siue etiã medicamenta, quippe quæ si quid in iis superest naturalis humoris, id absumũt, partim ebibentia, partim in sinũ vẽtris per exiguos meatus exprimentia, partim ad continentes partes trudẽtia.

10 Curabis igitur ipsas, si meatus qui cõtracti sint dilataueris: ac quod in vicinas particulas est cõpulsum, reuellas: præterea singulas similarium partiũ ꝓpria humiditate, humectãtis nutrimẽti ope repleas: veluti nos quem memorauimus à medicis siccatum, curauimus. Is in ea contrarietate quæ in frigido & calido cõsistit, nullam euidenter vincentem habebat intemperiem, nec in vniuerso corpore, nec in ventriculo, siccus tamẽ

20 et gracilis admodũ est redditus, propterea quòd vẽtriculus eius ex sicca intẽperie imbecillus* male concoxerat. Huic nãq; omne curationis consilium huc tẽdebat, vt humectaretur tum ventriculus ipse, tum reliquũ omne corpus. Quibus autẽ sigillatim agẽdis, quibusq; maximè materiis sim vsus, vt voti cõpos essem, non sit ab re dicere. Domũ ei paraui maximè balneo vicinã, quales multas esse in diuitũ domib. nõ ignoras. Ab hac statim in balneũ super linteis manè intuli,

vtiq; ne si ipse se moueret, tũ siccaretur, tũ ante-quã commodũ esset, exolueretur. Horũ enim alterũ contrarium affectui est: alterũ moram in balneo minuit. Lõgißimè nanq; in aqua versari hominẽ expedit, ideóq; etiã natationes vtiliores sunt quàm parui aluei, quos πύελους Græcè vocãt, atq; ex ipsis natationibus potißimũ quæ propinquæ sunt foras egressui, quò scilicet illi ab aqua foras nõ longa sit via. Nam aërem balnei in iis qui ita sunt affecti, haud quaquam deside ramus. Esto autẽ aqua ad vnguem temperata, cùm quæ frigidior est, latenter frigus corpori infirmo insinuet, calidior autẽ cogat cõstringatq; tenues meatus, ac dẽset. At nos eos cum coacti sunt, remitti, laxari, ac dilatari postulamus, qđ tẽperatæ aquæ qualitas præstat, vtpote quæ iucũdißima cùm sit naturam ad explicandã se, atq; ad dulcedinẽ quam præstat, quoquo versus extendendam prouocat, cõtraria videlicet ratione iis quæ sunt iniucũda: ab iis enim recedit, fugitq; ad profundum. Quo minus mirum est ex offendentium contactu stipari, constringi, ac durari corpora, tenuesq; eorũ meatus cogi, ac dẽsari: cõtrà q; iis scilicet quæ iucunda sunt, succedere contraria, vtiq; fundi ac molliri corpora, dilatariq; meatus. Ab eiusmodi lauacro statim asininũ exhibui lac: sed inducta in ipsam qua iacebat domũ asina. Quippe sic mihi persuaseram maximè quidẽ celeriter hominẽ sanandũ si fieri pos-

set,

*ſet, vt ipſe aſinā ſuggeret: ſin id grauaretur, expedire vt quàm minimo tēpore in aëre ambiēte lac moraretur, propterea quòd celerrimè mutari ſit aptū, vtiq; genitalis ſeminis ritu, quod nec ipſum aliquandiu extra propria vaſa, ſi modò ſuas vires ſeruabit, morari patitur: ſed vel in ipſius maris partibus cōtineri, vel ipſius fœminæ partibus ſitū eſſe poſtulat. Et ſanè vtiliſſimū lac eſt cū ex ipſis mamillis quis hauſerit, veluti Euryphon, & Herodotus, [& Prodicus] cēſent, qui tantā in eo ad corpora reficiēda fiduciā habuerunt, vt etiā qui phthoē cōtabuerant, ex ipſa mulieris papilla lac ſuggere iuberēt. Verùm cùm hoc plurimis nō placeat, melius eſt calens adhuc ex mamillis id in ægri ventriculum, quāocyſſimè trāsferre. Ac optimū quidē, vt pote cognatū, muliebre lac eſt. Sed quoniā id exhibere ſibi ceu pueris pleriq; recuſant, vtiq; ceu aſinis, aſininum ipſis dari cōueniet. Id enim reliquis omnibus ad propoſitū affectum eſt vtilius, quippe cùm tenuiſſimū ſit, & minimè coagulatur, & quoquouerſus ocyſſimè in corpus digeritur. Eget autem horum vtriuſq; cui vētriculus laborat, vtiq; *ne glatietur, cōmunis commodi gratia, omnibus enim id eſt incōmodum: vt quoquouerſus digeratur, propterea quòd et celeriter nutriri eſt opus, et quòd viæ per quas alimentū trāſit, iam conniuent. Igitur tum lac ipſum per ſe eſt bis dandū, tum etiā mellis tepidi pauxillulū*

* μὴ τυρῶσθαι, id eſt ne in caſeum denſetur.

immiſcendũ. Maxima verò habẽda cura eſt in eiuſmodi affectibus de vtriuſq; bonitate. Quod igitur mel colore flauo eſt, & odore ſuaui, tũ purum adeò vt totum pelluceat, ac guſtanti parum acre iucũdiſſimũq́; præterea tam ſibi cohærens vt ſi digito attollatur, continuũ ſibi nec interciſum ad humum defluat: id omnium eſt optimũ. Si verò abrũpitur, nec demiſſum ad terrã vſq; continuitatẽ ſeruat: id aut craſſius iuſto eſt, aut tenuius, aut partiũ diſſimiliũ. Græci ἀνομοιομερὲς vocãt. Voco autem partium diſſimilarium, (quod ſanè & nomen ipſum indicat,) quod ex diſſimilibus partibus eſt cõpoſitum. Deprehendas autem id, ſi diligentius inſpicias, aut craſſitudines, aut humiditates habere innatãtes, quæ nec inter ſe ſint ſimiles, nec etiam toti. Ceroſum itaq; magis mel eſt quod & craſſius eſt, & cui tales quæpiam craſſitudines innatãt. Excremẽtoſius verò ac perfici concoquíq; difficilius, tum quod totum humidum eſt, tum in quo multæ in partibus ſparſæ apparent humoris guttæ. Porrò in quo vel ceræ qualitas aliqua, vel propolis, vel id genus alia guſtu deprehenditur, adeò non eſt optimum, vt etiã malum ſit. Quippe nullã penitus alterius cuiuſquam rei eminentẽ in ſe continere qualitatem debet. Quocirca quod thymũ planè redolet, non probo. Eſt enim id parũ conſummatum, nec planè quodãmodo mel. Quanquam non ignoro à quibuſdam id laudari, eóq; fieri

fieri ut nōnulli venditores incisum thymum illi iniiciant, quò id redoleat, videaturq; optimum. Ipse tamē quod tam improbè thymum olet, non laudo: multóq; minus si cui iniectū thymum sit. Quod autem confusam quandā qualitatē odore gustúve præfert, id nō vitupero. Ad eūdem modum & lac nullam externā qualitatē odore gustúve præ se ferat, sed esto quàm dulcißimū, & sibiipsi continuū, & prout lacti cōuenit splen
10 dens, super omnia, quoad eius fieri potest, similes habeto partes. Nanque hanc dotem, veluti mel optimum, ad perfectionem nō recipit. Quo verò tale lac fiat, & idoneis nutrimentis alendū animal est, & exercitationibus mediocribus admouendū, & pullus si quē lactat, auferēdus. Quòd autem ætatis quoq; maximè florētis esse debeat, id neminem latet. Curandū item, vt quamoptime concoquat: contemptis videlicet iis qui si asinis quoq; victus rationem præscribemus, ride-
20 bunt. Si enim Veneti, & Prasini studiosi sectatores, equorum stercora, quo intelligat quemadmodum alimenta concoxerint, odorantur, tanquam ex eo omnem eorum bonam habitudinem cognituri, multò profectò magis nostrum fuerit pro hominis salute nihil tale non prospicere, atque herbas animali quæ non admodū sint humidæ, fœnúmq;, & hordeum quod sit mediocre, obiicere: sed nec illa omittere, vt asinæ corpus refigeremus, & fricemus, & detergamus, et mū-

* Δυσω-δέστερα, id est grauëolentiora.

*demus. Porrò si humidiora, & *olētiora, & flatus plena excreuerit, planū profectò est nō concoxisse probè. Quare aut detrahendū aliquid de alimēto est, aut exercitationi aliquid adiiciendū, aut qualitates immutandæ, aut refrigerationis frictiōisq; curæ variāda. Sin duriora reddat animalis aluus, ad cōtraria est inspiciendū, atq; illorū aliquid immutādū. Nā si ipse omnia quæ cōsideranda circa animal sunt, cuius lacte vsuri sumus, deinceps persequar, totā tuendæ sanitatis artem cōmemorem, quā teneat necesse est, quisquis idoneū lac præparabit, nunc verò dici opus non est, cùm alibi de ea traditū sit absolutissimè. Sed ad propositum reuertor. Ac mihi iam rursus memoria repetes hominē, qui & lauatus est, & lac sumpsit. Hūc itaq; ad secundā vsq; lauationē quiescere permittemus, tum modicè fricabimus, & pinguiter: vtiq; si lac quod sumpsit, iam ad vnguē cōfecit, id quod tū ex ructu, tum vētriculi mole licebit cōiicere. Modicū vero temporis inter primā & secundam lauationem interuallū erit, si quatuor, aut quinq; æquinoctialium horarum spatium intersit, scilicet si tertiò adhuc lauare paras: sin aliter, pluriū. Sanè tertiò lauabis, si multis lauatiōibus fuit assuetus. Hi nāq; & delectantur, & iuuātur, si sæpe lauent. Quinetiā post quanq; lauationē hominem vngemus priusquam se vestiat. Quippe conducit ad renutritionem id quoq;, sicut & fri-*

ctio. Reddita verò de horũ omniũ facultate ratio est in libris, qui de sanitate tuẽda sunt scripti: nõ tamen inutile fuerit nũc quoq; summatim ea repetisse. Nã siue cuilibet parti corporis tẽperatã infundas calidã aquã, siue frices, siue laues, siue aliter quomodocunq; calfacias, idẽ fieri cernes quod Hippocrates de ijs dixit, quibus aqua calida desuper infunditur. Nã primũ attollitur mox gracile efficitur. Ideóq; vbi carne implere
10 quodlibet corpus studemus, id eatenus calfaciẽdũ nobis est, dũ intumescat. Vbi verò digerere, & vacuare cupimus, eatenus cõtinuãdũ est, dũ quod prius intumuit subsidat. Sanè qui eiusmodi operibus præficitur, solicitè attẽtus esse debebit, potißimũq; vbi carne implere studetur. Nã digerẽdi certè tẽpus adeò latè patet, vt etiã si velis in eo nõ aberres. At carne implendi planè præceps est occasio. Siquidẽ cũ primũ intumuerit, tũ est desistẽdũ. At intumescere hoc singu-
20 lis corporibus suũ est. Nõ enim fieri potest, vt qui nunc nobis propositus gracilis est, ita intumescat vt illi qui sani sunt: imò postquàm leuiter intumuit, protinus digeritur. Itaq; attendendũ diligenter est, ne clam te elabatur propositus temporis articulus. Siue igitur hominem qui extrema gracilitate est, perfrices, sufficiat tibi solus rubor: siue laues, satis esto mediocris calor. Si quid vltrà peragas, resolues hominem magis, quàm nutries. Vngendum verò post

lauatio

lauationẽ oleo est, ne videlicet plus iusto digeratur, sed obstruantur exigua cutis spiramẽta, idẽ protinus & siccitatis remediũ fuerit: & aduersus incõmodum quod ab aëre ambiente contingit, veluti munimẽtũ. Ac si quidẽ delectatur lacte, post secundã quoq; lauationem id exhibebis, sin aliter, ptissanã diligenter coctam, aut alicã ptissanæ ritu præparatam. Hinc vbi rursus quieuerit, ad tertiã reducẽdus lauationẽ est, aut illico ad cœnã. Sit autẽ præparatus illi panis purus, & qui curiose in furno sit coctus, & tum fermenti, tũ salis quod satis est habuerit. Opsoniũ quoq; ex saxatilibus piscibus, aut ex albo iure asellus. Præterea alæ testésq; gallinacei, qui lacte sit altus, idonei sunt. Quorum si copia non est, aliјs vtendum. Ad eundem modum & perdicibus, & passerculis qui montani sint, & mollis carnis, vescendum. Vitanda autem & quæ palustria sunt, & quæ carne sunt dura. Et (vt paucis alimẽti summã cõplectar) sit coctu facile & nutriens, miniméq; glutinosum, atque excrementosum. Porrò omnium, quos nouimus, ciborũ maximè nutriẽs suilla caro est. Verùm nõ æquè, ac prædicta cõcoctu facilis est: præterea glutinosum succum crassúmq; generat. Alioqui nec alio esse habitu potest, quod in summo sit nutriens. Quippe adhærere id debet, & firmiter adfigi, non autem præ tenuitate diffluere. Non tamen ad propositum affectum vti hac conuenit.

nit. Si enim nutrimentum ipsum seipsum concoqueret, ac in partes digereret, præterea alendis partibus assimilaret, & quibus alimento plurimo est opus adhæresceret: proculdubiò maximè nutriēte cibo esset opus. Verùm quoniā nō aliud est quod nutrimētū desyderat, aliud quod ipsum conficit: sed quod nutriendum est, ipsum sibi & nutrimētum attrahit, & mutat, & concoquit, & adiūgit, & adsimilat: ad duo nimirum nobis
10 in opportuno cibo eligendo spectandum esse dictat: vnum ipsius cibi naturam, alterum vires suas proprias insitásq;. Itaque ex his illud patet, nec planè quod maximè nutriat, optimū esse ijs corporibus quæ refici magis egēt, vtpote quibus concoquendi facilitas non est: nec etiā quod facillimum cōcoctu est, cùm scilicet ipsum nequeat maximè esse nutriēs. Cùm igitur hæ indicationes ex aduerso pugnent, cōmittendum non est vt dum alteri nimium sis intētus, alterius omnino
20 obliuiscaris, sed vtriusque memor, quoad licet vtrunque misceas, quod mihi præceptum vbique memoria teneri velim. Iam vini tum qualitatem, tum quantitatem memoremus, vtpote quod maximam ad talia vim habeat: quando vno hoc in potu vtēdum censeo omnibus, quibus refici corpus est opus, modò nō febricitent. Esto igitur vinū (quod exēpli loco dicatur) quale est Sabinū in italia, Arsinium verò in Asia, ac (vt summa quadā ac generatim cōprehendam)

quod

quod aquosum quidē alioqui est, cæterū leuiter adstringit. Aquosum natura appello vinū, quod tenue est, & purū, & ὀλιγοφόρον, vt Hippocrates Græcè nominauit. Est autē ὀλιγοφόρον, quod si diluatur, minimā sustinet aquæ mistionē. Id est sanè imbecillissimū, & vt in vinis aquosissimū. Nā quod plurimū aquæ in mistura sustinet id tū vehemētissimū, tū validissimū, est. Eiusmodi vinū Hippocrates οἰνώδης, hoc est (vt verbi vim exprimā) vinosum nominat. Verū ab hoc 10 *cauēdū est, quoniā imbecillas vires feriat. At quod aquosum natura est, cæterū austerū, id percōmodū est, quòd & ab aquæ imbecillitate recessit, & vini noxā nōdū habet. Ad hæc itaq; respiciēs, tū ætatē eius, tū tēperamentum inuenias. Quippe quod nouellū est, id tū aquosius, tū verò imbecillius quodāmodo est quā vt vino conueniat. Adde etiā quod ægrius cōcoquitur, ac magis excremētosum est. Antiquius verò, vt vinosius est, ita vehementius est, quā vt propositis sit* 20 *ex vsu. Quocirca citius sexto anno nobile Sabinū idoneū nō est, quòd et diutissimè in stomacho, ac ventriculo innatet, & fluctuationes faciat. Nobile voco, quod austerū, est nō Sabinū modò, verūetiā Adrianū & Albanū, & * Arsiniū, & TitacaZenum, omniáque id genus. Dictum nanq; fusius de omnibus vinis seorsum est. Ad has igitur veluti metas respiciens, etiam misturam eius cum aqua temperabis. Quinetiam*

* In antiquis, Arsyinum.

etiam exactius cõiecturam de iam dictis facies, si vitiorum aquæ capita memoria tenueris. Porrò pendẽt ea ex frigiditate eius omnia: cuius culpa & in præcordijs diutißimè moratur, & fluctuationes excitat, & in flatũ mutatur, & corrũpitur, & ita vẽtriculi resoluit robur, sic vt deterius proinde cõcoquat, sed nec digerẽdo per corpus alimẽto aliquid magnopere cõducit. At verò memoratorũ vinorum virtutes, comprehẽsis iã aquæ vitijs, aduersam quodãmodo naturam habẽt, cùm nec inflent præcordia, imò si inflata sint, subsidere faciãt: nec inibi moram trahant, propter caloris mediocritatẽ. Adde quòd cũ digestionis vias aperiant, & pariter impellãt, ac nutrimẽtũ sursum agãt: ad celeritatẽ deductionis in corpus cõducunt. Sunt præterea boni succi, & ad miscenda cõcoquẽdáque ea quæ in ventriculo & venis sunt, idonea. Iam vires quoque organorum adaugẽt, & expellendis excrementis viam faciũt. Eóq; fit, vt etiam talia vina præter cætera vrinas moueãt, quãdo & ipsa totum corpus celeriter trãseunt, & impetu cursus sui excrementa secũ expellunt. Ac dictum quidem alibi diligentius est de vinorum facultate: æquè ac ciborum. Conuenítq; vt qui artem methodo tradi sibi studet, omnis materiæ vires prius prædidicerit, nec expectet vt eas in singulis affectibus audiat, sed simul ac curationis tantùm speciem norit, debitã victus rationẽ inuenire poßit.

Ego

Ego verò iis cõsulens, qui veritatis discẽdæ sunt auidi, eiusmodi doctrinã attingere saltẽ non grauabor: quò scilicet qui minus exercitata cogitatione sunt, exemplis à generalibus ad particularia, veluti manuducti descendant. Ergo quod reliquũ est, apponẽdũ. Potionis is modus erit, vt nec in vẽtriculo innatet, nec fluctuationis vllius sensum inuehat. Ciborum verò, potissimũ si fieri potest, vt ne grauẽt quidẽ ipsum. Quod cũ difficile sit, vel fortasse eiusmodi quod vitari in imbecillo vẽtriculo omnino nequeat, proximũ est vt quãcitissimè grauis esse desinat. Ab hoc tensio inflatióq; præcordiorũ vitãdæ iis sunt. Quòd si tale quippiã primo die inciderit, pro magnitudine symptomatis ad portionẽ detrahẽdũ postridie de cibo est, sin rectẽ omnia cedũt, paululũ adiiciẽdũ. Ad eũdẽ modũ & in tertio die, vel demere, vel adiicere cõueniet, cũ præcedẽte cõferẽtibus. Atq; ita semper omnia pro renutriendi reficiendiq; ratione, frictionibus, gestationibus, inambulationibus, prout corporis incrementum procedit, administrare: etiam reliqua omnia pro refectoria vocata ratione adiicientibus. Quæ sanè genere à proposita ratione nõ differt, sed in eo quòd sub illa perinde totum corpus est affectum, sicuti sub hac ventriculus. Accidit autem sic affici corpus in diuturnis potissimum morbis: vtiq; cùm natiua cuiusque partis humiditas, ex qua prima nutritur, propemodum omnis

10

20

mnis exhausta iam est, nam vt solidarũ ipsarũ siccitas corrigatur, id fieri omnino non potest, sicuti nec senium: veluti in libro de marasmo docuimus, hãc verò humiditatẽ etiã si omnino sit absumpta, regigni modo dicta victus ratione licet. Atq; in alijs refectionibus vẽtriculus egregiè præ cætera non afficitur: in proposito autem affectu morbus est ipsius vẽtriculi. Tempore verò totũ corpus, vtpote parũ probè nutritũ, ma-
10 *crescit. Quo rationabilius est exquisitiorem hos victus rationem requirere, propter concoctionis imbecillitatẽ. Cæterùm, cùm meliores sunt effecti, trãsferẽdi sensim sunt ad renutritoriam refectoriámq; vocatã victus rationem, ἀναληπτικὴν Græci vocãt. Id fiet si pluribus, & frictionibus, & gestationibus, quã ante vtemur. Mutanda verò interea est, & ciborum tũ qualitas, tum quantitas, sic vt tum plures, tum valentiores, quàm prius exhibeantur. Ac tẽpore proce-*
20 *dẽte, cùm ad sanitatis statũ propè ventum iam est, seponẽda sunt ptissana, & lac, præterea sorbitio ex alica: ac ad cõsuetos cibos veniẽdũ pòst etiam pisces detrahendi, nisi si in consuetudine fuerũt, ac volatilibus cibãdum, tum suillas carnes esse, à pedibus in ptissana elixis incipiẽt, pòst verò etiã imũ crus rectè sumant, ab hoc etiam reliquas partes, primùm quidẽ iuuenis porcelli, qui si hyẽs sit, etiã pridie iuguletur. Nã hesternum, quàm recẽs necatum, facilius cõcoquitur.*

A

Aestate sat fuerit, si manè immolatus porcellus sit, ac circa Solis occasum comedatur. Quippe quod in superioribus suasimus, cũ valẽtius alimẽtũ vesperi exhibẽdũ cẽsuimus, id semper obseruare studebimus: vtiq; nõ leue percepturis cõmodũ ijs qui ita cibabũtur, quod sanè diligẽtius inspiciẽs agnosces. Satius enim est à principio rẽ cœpisse. Quoniã qui ita se habẽt, plurimo nutrimẽto indigẽt, nequeũt autem vel quod mediocre est cõcoquere, paulatim hos & sæpius cibare melius fuerit. Atq; idcirco fieri nõ potest, vt semel eos cibasse sit satis, sed nec bis, quo ad scilicet sunt gracillißimi. Atq; hac de causa ipse ter eos cibare sum solitus. Verũ quãdo iã manifestè meliores facti apparẽt, etiam bis nutriuisse sit satis. Ergo tãtã exiberi primã cibationẽ est rationabile, quãta priusquã secũda sumatur, tota prorsus erit cõcocta. Id cõtingere valẽtiori alimento nõ potest. Quare primo loco leue sumẽdũ his est, quò videlicet, & concoquatur celerrimè, & excrementum eius discedat, & vacuus purúsque ventriculus secundum excipiat. At quoniam non solum quies, & somnus, sed etiam longius tempus huius naturalem administrationem excipit, rationabile est vt valentiores ciborum hoc maximè tempore offerantur. Itaque etiã athletæ omnes sic faciunt, qui eum vsum non solùm aliqua ratione inuenerunt, sed etiam longa experientia comprobarunt. Sed enim & quod illi

faciūt, nihil mali sit, si ij qui cōualescētiū victu
vtuntur, etiam faciant, vt illico post cœnam non
bibant, videlicet antequam cibus fuerit conco-
ctus. Siquidem innatāt cibi si bibant, ita vt eos
vētriculi corpus propter interpositum humorem
nō contingat. Verùm si sitibundi fuerint, prohi-
bere eos in totum vt graue est, ita nec expediēs:
sed tātillum indulgendum, quod & molestiam
soletur, & sitim leuet. Postea verò quàm nutri-
10 mētum concoxerint, abundè bibere sunt sinendi.
Quippe celerrimè si ita faciant, per corpus dige-
ritur. Manè verò post somnū cū deiecerint, &
paulū inambulauerint, modicè sunt fricādi. Est
autē modica his frictio, quæ eatenus administra
tur, dū corpus incaleat: mox gestationibus vtē-
dum: dein rursus tum lauandi sunt, tum fricandi,
idque intra meridiem, aut planè circa ipsum
meridiē: quo videlicet inde ad vesperam abundè
spatium interueniat. Quòd autē & de domibus
20 in quibus conualescēs nutritur, habenda in pri-
mis cura sit, potissimū ne frigidiores calidioréſve
iusto sint, superuacuū dicere arbitror: pari mo-
do & de alijs eius generis, quæ inuenire sibi quis-
que sine nostra opera potest, doctus videlicet nō
solùm ex his quæ hîc, sed etiam quæ in opere de
sanitate tuenda sunt dicta. Est nanque conua-
lescentium victus ratio media quædam inter
eam quæ sanorum propria est, & quæ ægrotan
tiū. Quare difficile nō est ex ijs quę de vtraque

*sunt ꝓdita, vt per seipsum quis mediã inueniat. Nã sicut nec aliarũ rerũ, ita nec victus vna omnibus species in cõsuetudine est: cũ alijs semel esse, alijs bis: & alijs citius, alijs ad vesperã incepisse cibũ, moris sit. Iã cibus ipse alijs piscibus plurimũ est, aut denique aliquid ex mari: alijs olera magis, aut deniq; hortẽsia, alijs * poma, alijs legumina, alijs nuces, alijs aliud quippiã, alijs quadrupedũ carnes, atq; harũ alijs aliæ, alijs, auiũ, idq; alijs aliarũ. Quinetiã caseo & lacte vtũtur nõnulli plus, quã cæteris cibis, generaliter quidẽ caprarũ, vel boũ. Sunt tamẽ qui & aliorũ animaliũ. Bibũt quoq; alij calidũ, alij frigidũ, & vinũ vel liberaliter, vel parcius, vel omnino nullũ, vel hoc genus, vel illud. Ad ea igitur reducẽdus quisq; est, quibus insueuit. Scriptũ autẽ diligẽtius de cõsuetudine seorsum est. Nũc illud dixisse abundè sit, non modò in conualescentium victus ratione, sed etiã in morbis magnã partẽ ad totius victus medicamentorũq; inuẽtionẽ ex cõsuetudine sumi. Ratio enim totũ genus indicare potest. Materia cũ ex alijs quæ retuli, tũ verò ex cõsuetudine non minimè est sumenda. Sed & naturarum inspiciendæ sunt proprietates. Noui enim quosdã, qui si quod vigilantiũ opus nocte obire fuissent coacti, dormire præterea nõ poterãt. Talibus igitur vt noctu * laborẽt, cõsulẽdũ nõ est: ne videlicet ea occasione vigilare coacti, maximã inde noxã sentiãt. Siccat nanq; totum*

corp

* ὀπώρας, id est fructus autũnales.

* corrigendus locus est & pro bibunt hic restituẽdũ laborẽt, vt in Græco codice pro πιεῖν, πονεῖν.

corporis habitum vigilia: eóq; infestissima est ijs qui ex siccitate laborãt. Sunt & qui si ptissanã gustẽt, protinus nausẽt. Eadem in quibusdam facilè acescit. Esse verò aliquos qui facilè carnẽ bubulã cõcoquant, iam vnũ ex publicè iactatis est, præterea alios esse qui ad alios cibos potúsq; rectè se aut non rectè habeant. Non solùm autem ex his materiæ quæ ad victum pertinet, copia suggeritur, sed etiã ex regione & tempore.
10 Scriptáq; iam hæc sunt à multis qui me præcesserũt, quo minus ipse istis insisto, qui ideò tãtùm ea cõmemoro, ne quid videlicet sit omissũ. Quod verò ab omnibus iunioribus medicis est omissum id persequar: nẽpe quemadmodum affectus corporum methodo curentur, eam methodum veteres, (vt antè dixi) probè inchoarũt: nemo tamen eorũ ipsam absoluit. Verùm rursus ad propositũ redeũdum. Siccæ intemperies vbi solida ipsa corpora cõtigerunt, si quidem in vna quapiam
20 parte consistant, veluti nunc in ventriculo propositũ est, nunquam ad perfectionem sanabuntur, nec in eum statũ qui ante morbum fuit reuertẽtur. Sed quod dici in cõsuetudine vulgò solet, re scilicet ipsa edocto, id talibus maximè intẽperãtijs accidit, morbũ vẽtriculum afflixisse & in reliquã vitã imbecillũ reddidisse. Quippe senum ij ventriculũ obtinent priusquam consenuerint: quo fit, vt facilè ex leuibus lædantur causis, perinde ac senes, nec probè cõcoquere pos-

magis in quarto & quinto. Atque hoc sanè
» *erat, quod Hippocrates præcepit: Quæ longo*
» *spatio extenuata corpora sunt, ea segniter refi-*
» *cere oportet: quæ breui, breuius.*

CAPVT VII.

Scire autem licet solidorũ corporum siccitati-bus, si perdurent, succedere necessariò frigiditatem. Quippe permanere siccitas ipsa per se nõ mutata oppositione quæ ex calido & frigido cõ-
10 *sistit, nõ potest. Celerrimè enim ex nutriendi defectu refrigerant͂ partes, propterea scilicet quod ex calido succo sanguinis nutriuntur. Sed quod inter initia dictũ est, nunc siccitatis curationem executi sumus et quæ ab initio sola est cõtracta, & quã nulla diutissimè secuta est notabilis frigiditas. Ergo proximum fuerit frigiditatem illi copulare, quæ euidentes quidem habeat notas, cæterùm magna non sit. Est itaque curationis * consilium non simplex, vt prius: cùm non mo-*
20 *dò tibi vt humectes danda sit opera, sed etiam vt calefacias. Quare intendendum acriter est ad præsidiorum materiam, necubi imprudentes ijs quæ humectant, ea quæ nimium calefaciãt, adiungamus, quippe his vehementer siccandi vis subest. Iam verò quantitas noxæ in vtraq; intemperie ad materiæ inuentionem potest viam ostẽdere, vt iamiam maximè quidem siccitatis sanationem modò perscripsimus. Modicè verò adeò scrupulosa victus ratione non indigent.*

frigidi, et sicci curatio.

* σκοπὸς.

quãdoquidem nec vires ipsis funditus sunt collapsæ. Etenim nulla alia de causa difficilis redditur validæ siccitatis in corpore cõmoda curatio, quàm quòd refici quidẽ corpus postulat, cibus verò per se coalescere cũ eo nõ potest: sed eius quod nutritur, operã qua præparetur requirit, quod est imbecillũ. Ergo cùm id modicè siccum fuerit propterea quòd vires nõ penitus conciderũt, vberius cibare licet: nec metus est vllus ne à modo aberres. quo magis ipsi de difficillima in- 10 temperie disserere instituimus: ac in ea veluti exemplo studiosos exercuimus. Hinc namq; orsi ipsimet, ad mediocres siccitates corrigendas idoneam materiã inuenient. Proponatur autẽ & nũc siccitas quidẽ similis priori, copuleturq; ei frigiditas. Ergo calefacientis materiæ admiscendũ iam dictis tãtum erit, quantũ particula ad frigus inclinauit. Proponamus igitur eã primùm modice refrigeratã. Ergo ijs quæ paulò antè retulimus, in lactis quidẽ vsu mel vberius adijcie 20 tur. Vinum verò, quod quidem ad genus spectat idẽ, cæterùm quod minus aquosum quàm prius & plurium annorum sit, dabimus. Quinetiam esculẽta omnia calidiora exhibebimus, idq; non naturalibus modò ipsorũ temperamentis, verũ etiã recẽtibus [ex igni] qualitatibus. Nardino præterea vnguento vngendus assiduè vẽter est, sic vt nunquam remaneat siccus. Sin id vnguẽtum non adsit, mastichinum satisfecerit, sed &

opoba

opobalsamo eum perungas, tum ipso per se, tum verò cum iam dictis mistο. Quòd si corpori ac magis adhærere studebis, etiã ceræ aliquid admiscebis. Si verò etiam aër ambiens sit frigidus, lanam ex his imbutã impones. Quin etiã chiam mastichẽ in opobalsamo aut nardino vnguento liquans, lanam inde madentẽ ventriculo impones. Sanè vtilius fuerit, si quod madefacies, etiã optima sit purpura: qualis est tyria: quando & adstringi ipsum modicè, & cutis eius meatus obstrui expedit. Siquidẽ quæ rarũ habitũ faciũt & relaxãt, ea tum digerunt succos, tum particulas frigidis extrinsecus aduenientibus obnoxias reddunt. Quæ verò valenter adstringũt, ea siccant. Quo fit, vt medicamentum quod eiusmodi corpora excalfaciat, id nec euocantẽ vim habere expediat, nec adstrictoriã multã sibi immistã. Memineris enim velim tum eorũ quæ in ægris es contẽplatus, tum quæ in opere de medicamentis es edoctus, nempe acerbam qualitatem sua quidem ipsius virtute & refrigerare & siccare: quòd si cui validè calfacientium sit admista, quod ex ambobus cõpositum est, minus quidem in calfaciẽdi munere efficere quàm alterũ: siccãdo verò nõ minus quàm vtrũq;. Maximè contraria faciunt ijs quæ præcepimus, nostri tẽporis medici: qui siccæ parti, & quæ nutrimento malè fruitur, compositum sæpe medicamentum ex calida & acerba materia imponũt. Est an-

tem eorũ quæ στρυφνὰ Græcè dicuntur, nos inopia cõmodioris vocabuli acerba diximus, nullũ profectò modicè adstringens, ideoq; nec modicè ſiccãs: quo videlicet magis prohibenda ea in iam dictis affectibus ſunt. At verò ſi cum ſiccitatis intẽperie multa frigiditas ſit, ſic vt fortius calfacere ſubigat, omniũ primum intemperamẽti genus ad memoriã reuocabis, quippe quod omniũ grauiſſimũ eſſe oſtendimus. Quocirca ad corrigendum quoq; eſſe difficillimũ, multaq; ſolicitudine egere, id minimè eſt ignorandum. Incipere 10
verò ſimili modo à comprehenſis prius materijs tentabis, ſperans ſcilicet fore vt longiore tempore per tutiores ſanetur affectus. Sũt porrò tutiores hæ (nam repetere ea quæ ſunt tã neceſſaria, eſt ſatius.) In nardino vnguento ſolues maſtichem chiã quã pinguiſſimã, ac purpura excipiẽs vtẽris. Eritq; vtilius, modò copia eius ſit, ſi opobalſamũ adieceris. Dandũ præterea vberius cũ lacte mel eſt: ſed detracta prius ſpuma: quò & mi 20
nus ſit excremẽtoſum, & magis nutriat. Quinetiã mel ipſum deſpumatũ, per ſe optimũ nutrimentum frigido ventriculo eſt, ita vt calido aduerſiſſimũ. Atq; hæc ambo meminiſſe in primis oportet, vtiq; à plurimis medicis ignota. Ac neque aliquid frigido corpori melle potius expetere, neq; ad calidum magis reſpuere. Ergo plurimũ huic affectui pro nutrimẽto mel optimum eſto: ſed quod prius ſuper prunas ex quercu vitéve ad

ve ad summũ candẽtes, fuerit decoctũ, ac curiosè dispumatũ. Vinum autem eligendum semper est antiquum: eoq; antiquius, quo maior fuerit frigiditas. Tum si res postulabit, totũ genus immutãdum: ac primo loco Adrianũ, mox Tyburtinũ, aliúdve similis generis eligẽdum: vetera quidem omnia, cæterùm non adeò vt amara iam sint. Siccãt enim quæ amara sunt, immodicè. Sanè optimũ medicamentũ talibus omnibus
10 sit, quo piscatores quotidie vtũtur: ergo illinire eo totũ ventrẽ conueniet, ac pòst auelli, priusquã refrigeretur. Atq; hoc si bis vno die deinceps feceris, abundè erit, sæpius autẽ non expedit: quãdo ita per halitum digeras, non sanguine bono particulam impleas. At nos ex propinquis locis attrahere, nõ id quod continetur educere studemus. Idem omnibus particulis quæ ex nutrimento fructũ non sentiunt, (ἀτροφοῦσας Græci vocant) mirificũ medicamen est si quis eo mo-
20 deratè sciat vti. Sed & calfacere ventriculum, ita vt in qualitate calorem eius non intendas, sed quammaximè naturale eius temperamentum tuearis, ac substantiã inaugeas: id ex leuissimis in eiusmodi affectu cõsiliјs non est. Efficit hoc in victu simul cum ijs quæ iam dicta sunt, maximè vinũ. Ex ijs verò quæ ventri extrinsecus applicãtur, boni habitus puellus vnà sic accubans, vt semper abdomen eius contingat. Sũt qui catellos pingues in hunc vsum habeant, neq;
id in

id in aduersa modò valetudine, verumetiam in prospera, tales itaque ijs qui propter siccitatem quoque solam imbecillum ventriculum habent, sunt idonei. Seruãdumq́; ante omnia est ne puellus humecta sit cute. qui enim noctu sudore perfunduntur, refrigerãt potius quàm calefaciant. Nocent præterea tali affectui & calida fomẽta, quæ quidem sicca sunt, eò quòd rorẽ similarium corporũ depascũt, quæ humida sunt, quòd hunc digerunt, potissimùm vbi largius his vtimur, præterea quòd nimis rarũ frigoriq́; opportunum corpus efficiunt. Ac de hac intemperãtiarum coniugatione hactenus sit satis.

CAPVT VIII.

Ab hinc multæ vt propositum est, siccitati iuncta caliditas esto non admodum multa. In eiusmodi intemperie primũ curationis modum seruabimus: sed vini vim, mellisq́; copiã diminuentes, non solùm non augentes: ita vt mel prorsus nõ degustetur, vinum verò exhibeatur quod minimè sit antiquũ. Iam cibos apponemus * *sub lactis tempore: sed si æstas est,* * *sub aquæ fontanæ frigore. Sed & ventriculum vngemus oleo tum crudo, tũ melino. Ac multò sanè magis si pluscula caliditas sit ipsum vinũ tũ aquosius exhibebimus, tum sub eo frigore quod fontis aqua per mediũ ver exhibet: illud nobis persuadentes, eiusmodi affectũ ad portionẽ esse febrẽ. Quippe quod illa vel in toto animali vel in corde est,*

*tepentes, quos medici γαλακτώδη, id est lacteos vocare cõsueuerunt. Sic legitur in Aldino exemplari.

* quos vocant κρηναίας id est fontanos.

de est, id propositus nunc affectus in ventriculo est. Atq; ipse scio me vna cũ præceptoribus primum omnium vidisse hominẽ quẽdam maturæ ætatis non paucos iam menses vexatum. sed nec eorum quisquam affectũ eius intellexit, nec etiã ipse. postea verò cùm iam medẽdi [eius affectus] methodũ inuenissem, venit mihi in mẽtem hunc vtiq; illum esse affectũ, quem olim fueram contemplatus. Melius autẽ est rem etiam exponã.
10 Quippe vtilis omnino erit ijs qui audierint, non secus ac fuit mihi. Homo erat quadraginta annos natus: medio dum valebat, craßitudinis, & gracilitatis habitu. Is siti vehementer affligebatur, ac calidã auersari se dicebat, cùm illi frigidam nemo daret, tametsi hanc impensè flagitabat, febricitare tamen medicis nõ videbatur, & ventriculus, quæ sumpserat, tribus aut quatuor horis pòst euomuit simul cum potione. Itaq; gracilis iam effectus est, ac periculo propinquus, ni-
20 mirùm videlicet adiutus ab austeris acerbisq; tum cibis, tum medicamẽtis. Sumpsit verò & post cibum, austerum vinũ is homo, cùm nec vltrà sitim toleraret, ac (vt aiebat) mori mallet quàm in cruciatu viuere, aquã frigidam simul multã super cibũ hauriens protinus sitire destitit, paulò verò pòst plurimũ [eius] euomuit. Ab hinc horrorẽ in toto corpore sensit, pluraq; operimenta poposcit, cũ prius omnia abijceret, tũc igitur reliquũ totũ diem quo id fecit, noctemq; totam

in quiet

in quiete egit, cooperimẽtis se fouens. Venter verò circa mediam noctẽ semel excreuit, quæ mediocriter erãt * cocta. Itaq; nec siticulosus præterea erat. Postero autẽ die tũ coloratior multò, tũ firmior est effectus. Ac deliberabãt iam medici an hominẽ lauare expediret: alij quidem suadentes, alij dissuadẽtes, vicit autem sentẽtia eorũ qui lauare suaserunt. Itaq; etiam lauatus citra offensam est, ac modicè cibatus, tũ melius ei quàm pridie venter cõcoxit. Questus autẽ est quòd difficulter trãsglutiret, visumq; omnibus est propter vomitũ, qui præter cõsuetudinẽ inciderat, vellicatã illi gulã fuisse, ac proinde malè habere. Cæterũ vt etiã secutis diebus symptoma permãsit, cõstabat nobis omnibus vẽtriculi imbecillitatem esse sanatã, gulam autem esse perfrigeratã. Nec sanè mirandũ erat, sicut potione illa quod immodicè calfactũ erat, ad mediocritatẽ est reuersum: sic quod mediocriter calebat, fuisse refrigeratum. Cæterùm gulam eius nemo potuit sanare: sed vitio in vitium mutato, tandem mortuus est. Alium verò huic similẽ non paucis annis pòst vidi, cũ omnẽ ventriculi intẽperiẽ discernere iam possẽ. Visum igitur est mihi statim maiore conatu refrigerãdũ esse, priusquam homo magis extenuatus simile quippiam priori ex refrigeratione pateretur. Tutius igitur visum est primùm refrigerantia medicamenta, quæ præcordijs imponuntur, experiri. Quo facto,

* συνεστῶτα. id est constantia.

cto, æstus sanè ventriculi est remissus: cæterùm homo suspiranti similiter respirabat, tanquam ęgrè totum thoracem moueret. Quin ipse quoq; interrogatus, talem quampiam sentire se offensam fatebatur. Aduerti iam itaq; illi trãsuersum septũ refrigeratũ esse: proindeq; abiectis refrigeratorijs, foui locũ oleo calido. Cùm autem respiratio statim naturalem motus sui ordinem recepisset, à fouẽdo destiti. Statui autem hominem lõgiore spatio moderatè refrigerare. Ergo & quæ extrinsecus applicui, infra magis imposui à septo vmbilicũ versus recedens: & cibum potionemq; omnem (excepto lacte) sub fontanæ aquæ frigiditate exhibui. Atque ita longiore spatio sanatus est, nusquam alibi offensus. Sciri tamen illud ante omnia debebit, vbi validè in ambabus qualitatibus immutata quæuis particula est, omnem eius actionẽ perire: nec facilè quod sic est affectum, ad suã naturam reuerti posse. Vbi verò altera tantùm qualitas pluscu- lum immutata est (veluti nunc siccitatem finximus) reliquarum aliqua mediocriter se habet, vtique qui ita affectus est, sanari potest.

CAPVT IX.

PRoponamus itaq; rursus exuperare intemperiem calidam, huic autem adiunctã esse modò humiditatem, modò siccitatem, sed mediocrem vtranque hac prius humiditatem. Hanc intemperiem minore metu aqua frigida curabimus:

mus: quādo minimè ex ea lædentur vicinæ partes, quæ mediocriter se habeāt. Nā in siccis affectibus necesse est nō ea modò quæ proxima sūt, sed etiam totū corpus gracilius reddi. Vētriculo autem ipso nondū siccato, vt nunc est propositū, nec totū attenuatū esse corpus potest: quare nec frigidæ potu lædi. Sicubi verò adeò vehemēs caloris intemperies vētriculum occupet, vt vsq; ad cor ipsum perueniat, febricitare hominē necesse est. Quo minus mirū est, si eiusmodi intēperiem maius periculum insequitur, sanatio tamen genere eadem est: tradetur autē postea, vbi de febrium curatione differetur. Qui autē cum siccitate coniunctus calor est, eadē genere remedia poscit: cæterùm non adeò securus est refrigerantium vsus, propter eas quas retuli causas. Humida verò intēperies, siue sola cōsistat, siue cum calore frigoréve coniuncta sit: omniū facillimè curatur. Et quoniā tres hæ intemperies creberrimè ventriculum affligūt, suntq; curatu facillimæ: harum curationū in memoria habēt quicūq; absq; methodo, hoc est via & ratione, morbis medentur: ac ad alias eam intēperiem (vt dictum est) transferūt, ignorātes videlicet plures esse. Sūt porrò ipsius humidæ intēperantiæ cùm sola cōsistit, remedia, cibi qui citra valentē calefactionem refrigerationémve siccēt: præterea cōsuetæ potionis parcitas. Eius autē quæ cū caliditate coniuncta est, adstringentium & ciborum

rum

rum & potionum vſus. Sint autẽ & hi auſteri ſine calefactione. At eius quæ cũ frigiditate eſt coniuncta, optima præſidia ſunt, acria omnia, quibus admiſceri debebũt quæ acerba, ſed citra manifeſtum frigus ſint. Optimũ eſt & his præſidium exigua potio, atq; ea vini cuiuſquam inſigniter calentis: conſtat autem id minimè nouũ eſſe. Ad portionẽ verò eorum quæ comeſta & bibita ſunt, etiam reliqua omnia quæ foris ap-
10 plicantur, adhiberi debebunt.

CAPVT X.

ET quoniam de his abundè tractatũ eſt: repetito rurſus ſermonis initio, capita eius colligamus. Calida ergo intẽperies refrigerãda eſt, frigida verò calfaciẽda. Similiter hũida ſiccãda, & ſicca humectãda. Quòd ſi per copulationem aliquã duarum qualitatũ intemperies cõſiſtat, miſcenda amborũ cõſilia ſunt: ac quæ humida calidáq; eſt, ſiccãda & refrigeranda, quæ
20 verò humida & frigida, ſiccãda ac calfaciẽda. Ad eundẽ modũ ſicca & frigida humectanda ac calfacienda, ſicca verò & calida humectãda: & refrigerãda. Scire verò licet omniũ harum peſſimam eſſe inter ſimplices ſiccã, in compoſitis ſiccam ſimul & frigidam. Atq; hoc loco finem habeant vẽtriculi intemperies, quas ſcilicet extrinſecus nullus alit ſuperuacuus humor. Deinceps ad eas quæ ex eiuſmodi quapiam occaſione fiunt, ſtilum conuertam.

CAPVT XI.

SAEPE igitur in ipso sinu ventriculi contentus humor, qui aut calfaciendi, aut perfrigerandi, aut humectandi, aut siccãdi, aut etiã horum aliqua per cõiugationẽ efficiendi naturam obtinet, intẽperiẽ creat: interim verò & in ipsas vẽtriculi tunicas (vt ita dicã) imbibitus siue impactus. Ergo prior affectus si semel constiterit, per vomitũ expurgatus, facilè quiescit. Sin rursus ex alia quapiã vel aliis particulis humor cõ- 10 fluit, diligenter discerni indiget. Curatio verò post effectricis causæ cognitionẽ statim se exhibet. Dictũ enim nobis est tum alibi, tum verò in iis quæ de differentiis febriũ scripsimus, cõfluere nõnunquã ex aliis in alias particulas id quod in his redundat: veluti ex capite ad oculos. Quo casu oportet curata ea parte, quæ transmittit, dũtaxat firmitati prospicere oculorũ: quò videlicet eorũ quæ ad sese cõfluunt, minus prõptè quicquam admittãt. Ita igitur & in vẽtriculi affe- 20 ctu oportet vbi id quod superuacuũ transmittit inueneris, omnẽ huc curam cõferre: de ventriculo autẽ tantisper esse solicitum, ne quæ cõfluant, promptè recipiat. Id quod duplici (vt arbitror) ratione fiet: vna omniũ fluxionũ cõmuni: quippe quæ ab adstringentibus repercutiuntur: altera verò nõ minus ipsa quoq; omniũ partium quæ ad bonã habitudinem reducuntur cõmuni: nẽpe ex ipsarũ tẽperiei mediocritate. Ergo primùm inspi

inspiciendum totum corpus est, an excrementosum, an plethoricon, id est nimia æqualium humorum copia redundãs fluxionẽ ventriculo immittat. Secundo loco si id non videtur, singulæ partes expendendæ. Atq; in toto quidè corpore æstimando, tum redũdantiæ, tum excrementorũ notas, & ex opere de sanitate tuẽda, & ex libro de plenitudine didicisti. Super has tamẽ illa quoque æstimabis: primũ quidẽ in mulieribus an na
10 *turaliter nõ purgẽtur: mox in viris an excretio aliqua cõsueta his retẽta sit. Plerisq; enim ora venarũ quæ in sede habẽtur, vacuare superflua sunt sueta. Aliis proflues è narib. sanguis, aut vomitus, aut alio quopiã modò in certis periodis vas aliquod reclusum. Noui enim tum in ore, tum in faucibus id multis contingere. Non desunt quibus & per vẽtriculũ sanguinis expulsio certo tẽpore fiat: potissimùm iis qui cùm vehemẽtem exercitationem deposuerũt, à priore tamen*
20 *victu non destiterunt: aut etiam artuum toto aliquo sunt priuati: veluti etiam Hippocrates indicauit. Sunt quibus diarrhææ & choleræ certis interuallis omnem corporis redũdantiam educant. Ab his illud æstimandũ, quãnã victus ratione sit vsus, vtrùmne frequẽti cruditati aut satietati inciderit, idq; in ociosa vita, ac præcipuè præter consuetudinẽ, an cõtrà. Illud deinde perpendendũ, an aliud membrũ corporis certo temporũ circuitu vexari solitum, nũc non vexetur.*

Aliis enim articularis morbus, aut coxēdicus, aut podagra: aliis cephalæa, aut etiā fluxio aliqua, quæ in oculos vel aures procubuit, nūc migrauit ad ventriculum. Nō paucis verò catharri & coryzæ [id est destillationes per guttur & nares] quæ assiduè vexabāt, cōuersæ certo tēpore in ventriculi loca sunt. His igitur omnibus cōsideratis, si quidē ex minus momētaneis trāslatio facta est, quod superfluum est, rursus ad ea reuelles. Sin ex iis quæ maioris sunt momēti, ambobus simul consules eum semper summouēs affectū, qui fluxionē excitet. Fiet id si omnes corporis partes ad bonā habitudinē reducamus, ac omnes naturales expulsiones, fluxiles semper reddamus. Hæc quemadmodum efficere possis, in opere de sanitate tuenda est præceptū. Nec illud latet, si propter æqualiū in toto corpore succorum redundantiā vētriculus fluxione tētatur, totum corpus vacuandum esse. Simili modo si propter mali succi abundantiā, eam purgandā esse, atq; hinc ad vētriculū veniendū. Prorsus enim cùm plures iam dies delata in eum superuacua sint, aliquid vitij ex malitia eorum cōtraxit. Itaque nō intempestiuè qui ita laborat, absynthij potione vtetur. Sed nec quæ postea adhibenda prouidentia sit, quoad ventriculo pristinū habitū recuperaris, latêre arbitror. Quippe si pro temperamento noxiæ fluxionis, intemperie aliquando laboret, corrigi nimirū per contraria præsidia postu-

postulat. Facillimū verò est eiusmodi noxā corrigere, vbi paucos durauit dies. Nam si desiderio eius qui curasset, longiore spatio permansit, aliquādo tunicæ eius malo succo implentur: aliquādo ipsa similaris earū substantia intemperata non leuiter effecta, similis curæ indiget ei quā prius de intēperantiis in hoc libro retulimus. Reliquum igitur est, vt exponamus quemadmodū curari succus vitiosus debeat, qui in ventriculi

10 *tunicis est receptus. Sunt porrò ad eiusmodi affectus idonea pharmaca genere quidē ea quæ modicè purgant, sic vt eorū vis super ventriculi & intestinorum loca non ascendat: aut si quid vltra, vasa tantùm in mesenterio cōtingant. Speciatim verò quæ ex aloë cōponuntur, sunt aptissima. Etiā si illa præsto nō sint, aloë ipsa per se. Hæc itaq; non elota valētius vacuat: elota purgat quidem minus, sed roborat ventriculū magis, expedit ergo paratam habere, quam omnes*

20 *medici picran, id est amaram vocāt, atq; hanc dupliciter confectā: vti q; ex aloë elota & non elota. Admiscētur autē huic cinamomū, & xylobalsamū, & asarū, & spica nardi, & crocū, & chia mastiche. Sūto autē horū cuiusq; drachmæ sex: solius autē aloës drachmæ centū. Præstātissimū hoc medicamentum est ad vitiosos succos qui in tunicis ventriculi habētur, vtiliusq; est eo sicco ex aqua vti duū paruorū cochleariū mēsura, vbi mediocriter ac medio quodā modo*

eo vti studemus, nã maximus eius modus ac ab solutißimus est duorum non vtiq; paruorũ, sed magnorum potio in aquæ temperatæ cyathis tribus: minimus vnius parui. Vtendũ verò hoc tempore & ptissanæ cremore est, qui primus à balneo sumetur. Nã medicamen ipsum solito purgãtiũ medicamentorũ tẽpore dabitur. Post id verò vbi modicè inambulauerit & modicè se mouerit, de reliqua victus ratione nihil est immutandũ. Sũt qui reponũt medicamentũ, excipiẽtes id despumato melle. Et fit quidẽ ita durabilius: cæterũ nõ perinde ad propositos hoc loco affectus vtile, cũ et minus vẽtriculũ roboret, & magis al uũ deiiciat. Verùm quibus lẽta pituita vẽtriculo est infixa, iis prius exhibẽda sunt quæcũq; hanc dissecẽt. pòst deinde purgandũ. Quòd si ad vomẽdũ sunt idonei, nõ inutile sit per radiculã ex oxymelite vomere. Sin verò nec lẽtus humor sit, nec crassus, vtiq; abũdè sit à ptissanæ solius cremore vomuisse, itẽ à mulsa. Quo casu sumendum vtriusvis plus est, quàm vel nutrimẽti vel etiam deiectionis causa sumeretur, idoneũ verò est & si mulsa in qua incoctũ absynthiũ sit, bibatur. Nàm id quoq; tenues succos quicunq; videlicet in ipsius ventriculi ore continẽtur, commodè deorsum impellit. Sanè communis est totus hic sermo qui de intemperie agit, cum sanitatis tuendæ præceptis, ea scilicet sui parte qua de parum firmis actionibus disputat. Nõ enim profectò ea

qua

qua de perditis, aut vitiosè functis agit. Quippe pars illa à sanitatis tuendæ contemplatione planè seiũcta est. Imbecilla verò actio prout magis minúsve talis est, aut ad sanitatis tuẽdæ, aut ad medẽdi tractationẽ pertinet, leuiter quidem impedita ad priorẽ, grauius ad posteriorẽ. Discernitur vtraq; ex eo quòd à consuetis actionibus obeundis propter noxæ magnitudinem vel desistatur, vel non desistatur.

10

CAPVT XII.

DIctum autem & de his est in opere de sanitate tuenda: quo vtiq; celerius transeunda eorũ tractatio nunc est: præsertim omni methodo, qua ventris intẽperies sint curandæ, iam perscripta, siue hæ firmius ei ex mora inhæserint, siue* leuius. Nec verò illud latêre puto, esse aliquãdo mistum ex tribus iam dictis simplicibus in ventriculo affectum, ita vt & ipsæ solidæ partes intẽperie laborẽt, & mali succi ita vẽ*
20 *triculo sint infixi, vt elui ex facili nequeant, & alij in interno eius sinu cõtineantur. Potest nãq; interim fieri vt primus cum secũdo consistat, potest & secũdus vnà cum tertio: potest et primus cum tertio, sæpe etiam omnes simul. Pro quibus methodũ quã prius de vulneribus tradidimus, vbi oẽs affectus simul cõiũximus, ad memoriam reuocabis. Quã nũc quoq; apponere nõ sit inutile. Primũ nãq; in eiusmodi cõplexu æstimabis à quo maximè discrimen ægro impẽdere videat.*

* καθῆσιν.
* κατὰ σχέσιν.

Secundo loco quid quæve ex his causæ rationem obtineāt, & quæ ab ipsis efficiātur. Tertio quæ sanari ante alia poßint, & quæ nō poßint: veluti de vlceribus quæ vnà cum phlegmonis consistere, ostēdimus. Vbi nanq; à quoquam affectu um nō leue periculum instat, ad id quod vrget, dirigi primùm curantis consilium debet. Vbi aliud efficiens est, aliud quod ab eo efficitur: ipsa causa spectanda. At vbi curari hoc ante illud nō licet: ad id quod ordo dictat, est respiciendū. Atq; in eo quidē curationis cōsilio quod ab vrgente initur, affectus magnitudo perpendenda est. Ea triplex est, alia quæ ex læsæ actiōis præstantia spectatur, alia quæ ex propria affectus essentia, & tertia præter has quæ ex facultate, quæ læsum corpus gubernat, æstimatur. In eo verò cōsilio quod ex causæ ratione initur, animaduertendum est quidnam eorū quæ inter se cōiuncta sunt, augere aut gignere reliqua poßit. Quæ rursus vel gignantur, vel incrementū ab eo accipiāt. In eo verò qđ ordo præscribit, quid ante quod, vel quid cū quo, vel quid post quid, sanari poßit. Fingatur igitur in ventriculum defluere ex cerebro superfluū quendā humorem frigidum, atq; eius occasione intēperiem quandam in vētriculo cātractā iam esse: quin potius malū iam succū per totū eius corpus media oīa similarium particularum spatia occupasse. In eiusmodi cōplicatis dignatione maior est intem-

pe

peries, propterea videlicet quòd & ipsa *tempe- *εὐκρασία.
ries. propriæ verò essentiæ ratione quodcunque
vtiq; tale fuerit circa ꝓpositũ in sermone ægrũ.
Ac ponatur ad præsens maximus trium affe-
ctus esse succorũ, qui in tunicis vẽtris cõtinẽtur,
Esto (si libet) vt idẽ quoq; affectus morsus sen-
sum faciat, atq; ex eo ipso animi defectũ et sudo
res quosdã cũ syncopes dissolutiõe accersat: ita vi
delicet, vt quatenus supra vires est, reliquis sit
10 maior. Cõstat igitur primã esse adhibendã cu-
rã, vt ei quod vires resoluit, occurrat. Deinde
quoniã omniũ maximũ propriæ essentiæ ratiõe
hoc finximus, vtiq; ad id primùm te verteris, ac
primùm id sanes. Vbi id mediocriter se habue-
rit, ac neq; vires amplius labẽt, neq; plurimum
vitiosi succi in vẽtriculo sit: tũ nimirũ ad cau-
sam accedes, illud pro comperto habẽs, non posse
ad perfectionem vllum affectum sanari, manẽ
te adhuc ipsa vnde natus est causa. Ordo autem
20 curationis, modò cõtraria inter se remedia, sicut
in phlegmone & vlcere, indicat: (ostensum nã-
que est quæ phlegmonen sanant, ea maius red-
dere vlcus) modò alteri affectui nihil nocet, si-
cut in ꝓposito nũc casu. Qui enim educit humo-
rem qui in sinu vẽtriculi continetur, is humorũ
qui in tunicis cõtinentur alimentũ adimit, æquè
& qui cerebrũ ita sanat, ne quam sensibilẽ re-
dundantiã creet, is veluti fontẽ fluxiõis in ven-
triculũ destruit. In his ergo ordo curationis cum

ordine causarũ consentit, quanquã in aliis dissentit. Cæterũ, quod ex magnitudine spectatur, id distingui prout dictum est, debebit. Ac primùm quidẽ id agendũ est, vt ei quod maximum est, propriã medicamentorũ materiẽ accõmodes: deinde pro causarũ ordine totum cures. Etenim cùm neq; copia notabilis excrementorũ in ventriculo sit, nec eorũ quæ in capacitate eius cõtinẽtur, nec eorũ quæ in tunicis, sed neq; mordicatio quæ viribus officiat: tũ omniũ primũ sanãdũ 10 *ipsum cerebrũ est. Ab hoc sinus ipse ventriculi vacuãdus extergendusq; est: postea ipsæ tunicæ expurgãdæ: postremò intẽperiei est medendum. Dicta verò prius sunt cuiusq; horũ medicamẽta. Itaq; nec prolixus habẽdus adhuc sermo est, sed finis iam libro imponendus. Omnium enim reliquarum partium intemperies similiter iis quas in ventriculo proposuimus, sanabuntur.*

CAPVT XIII.

SEmper enim cõparandum remediũ est quod 20 *sit affectui contrariũ: ac illi remediorũ indicatio quæ à laborãtis natura sumitur, adiiciẽda, de qua dictum in superioribus iã est: dicetur tamẽ in sequẽtibus vberius. Necessum verò erit & nunc paucis de ea mentionem facere. Prima quidem indicatio à laborãtis loci temperie sumitur, quæ calfaciendi, refrigerãdi, siccandi, vel humectãdi, vel aliquid horum cõiunctè cum alio, faciẽdi mensuram præscribit. Secunda, ex eo sumi*

mitur, quòd actio eius omnibus animalis partibus sit cõmunis, aut quòd cõmunẽ virtutẽ sumministret. Tertia, ab ipsa partis figura. Quarta ab ipsius positura. Cuius portio est ad vicinas animalis partes societas. Tũ præter hæc omnia, ipsa sentiendi, vel acrimonia, vel hebetudo. Ac dicetur quidẽ in sequentibus de singulis horũ latius: nũc paucis ea trãscurramus. Quæcũq; calidiores natura partes ex frigore laborãt, hæ & liberalius & diutius calfieri postulãt: sicuti etiã quæ frigidiores natura sunt, si ex calore laborẽt, refrigerari, & sicciores, si ex humiditate malè habeãt, siccari. Ad eũdẽ verò modũ & humectari quæ humidiora naturaliter sunt, vbi ex siccitate laborãt, tũ vberius, tũ diutius postulãt. Quippe eatenus redeat ad naturã eorũ quodq; necesse est, quatenus à natura recessit: ac veluti quadã via retro feratur, quæ in diuersum agat ei, quæ facta in ipso est, trãsmutationi. Cõtrà verò pars quæ calidior natura est, si calido morbo ægrotat, exigua breuísve tẽporis refrigeratione eget: sicut quæ frigidior est calfactione. Ad quẽ modũ in humidis quoq; & siccis se habet. Si quidẽ paruus est in eiusmodi in id quod præter naturã est lapsus: & rursus in id quod secũdũ naturã, reditus. Vnde etiã minus periclitãtur quicũq; cognato naturæ suæ morbo laborant. Non latet verò & quòd sicubi coniugatæ intemperies inciderunt, eatenus hæ reduci ad naturam postul

postulant, quatenus à natura recesserũt. Atq; ita quidẽ à temperamẽto laborãtis partis, auxiliorum indicatio sumitur. Ab eo verò quòd actio eius omnibus animalis partibus vtilis sit, aut paucis quibusdã, aut vni sibi, in iis intemperiei generibus quæ absq; humore infestãt, vtique nihil ex hac indicatione sumitur. Nam & refrigerari, & calfieri, & siccari, & humectari, & per cõiugationẽ quiduis horũ pati singulæ particulæ pro morbi portione requirũt. In iis tamẽ 10 quæ ex humoribus sunt ortæ, si particula soli sibi inseruiat, audacter vacues licet, prout affectus suadebit, sed tamẽ etiã virtuti attẽtus. Sin necessariũ opus eius sit omnibus animalis partibus, veluti ventriculi, & iocinoris: nõ leuis habẽda solicitudo de robore virtutis est, ne hanc magna semel vacuatione vsus dissoluas. Est porrò cõmune opus, & venarũ, & arteriarũ, & cordis, & thoracis, & renũ, & vtriusq; vesicæ, tũ eius quæ lotiũ excipit, tũ bilem: cũ vasis etiã quæ 20 ab vtraque procedũt. Cerebri verò opus, cùm sani sumus, ad volũtarias actiones necessariũ est, iis scilicet instrumẽtis quibus eiusmodi actiones obimus. Cùm ægri sumus, necessariũ nõ est, nisi iis tãtùm quæ ad respiratũ sunt deputata. Reliquorũ verò organorũ actio certè nõ est: ministerium tamẽ est ad vitã necessariũ, veluti pulmonis, et asperæ arteriæ, et fauciũ. Ergo ex eiusmodi particulis quãprimùm vacuare redũdantiã licet,

licet, put volueris. Ex vētriculo verò, & iocinore vtcūq; vacuare nō licet: sed cū cautione, vt ne quid virtuti officias. Quoniā autē nō par est actionū dignitas ad ægros seruādos, sed aliæ magis his aliæ minus vtiles sūt: vtiq; ad portionē actionū dignitatis etiā cuiusq; partis prospiciēdū est robori. Maxima igitur est cordis officij dignitas, atq; ægrotātibus maximè omniū necessaria. Cerebri verò ad vitā quidē par est momentū: nō tamē par robur eius in ægrotis requirimus, cū necesse omnibus nō sit neruorū ac musculorū opera vti. Itaq; abundè fuerit, si tātū eius seruatū sit, quo respirationis munus sit obeūdū. At verò iocinoris opus omnibus particulis pernecessarium est: nō tamē adeò saltē perpetuā necessitatē habet sicuti ipsius cordis. Ad portionē autē iocinoris, etiā vētriculi opus se habet. Intelligēs ergo omniū particularū, tū functiones, tū vsus, quos in alijs commētarijs tradidimus: haud difficulter inuenies, quatenus cuiusq; robur custodiri oporteat. Ad eūdem verò modū & quæcūq; partes alijs authores facultatū sunt, harum quoque robur seruare decet pro facultatis earū vsus portione, quo videlicet animalis partibus sumministrent. Sanè de his particulis illud (arbitror) didicisti, cerebrum neruis, ac musculis, cor arterijs, iecur venis suppeditare virtutem. A figura verò indicatio ipsius modi vacuandi excrementi suggeritur, ad hunc modum: Ventriculus vomitu

deiect

deiectionéque inanitur. Intestina deiectione tãtũ, sicuti etiam iocinoris caua. Renes verò, & vesica, ac iocinoris gibba, si multo vitioso succo sunt referta, per deiectiones, & pharmaca deiectoria (καθαρτήρια Græci vocãt) expurgãtur: sin mediocri, per vrinales meatus. Cerebrũ verò per palatũ, & nares, & aures. Pectus & pulmones per asperã arteriã, & fauces. A situ indicatio dabitur, tũ ad solidarũ intẽperies, tũ autẽ ad succorũ vitiũ sanè nõ leuis. Nã qui per summa corporis intẽperie laborãt, ijs medicamenta quæ intẽperies requirit, applicabimus. Quibus autẽ in profundo corpore intẽperies est, in ijs rationẽ interualli inibimus. Si enim medicamentis ijs vtêre quæ intẽperies requirit, vtiq; multò imbecilliora, quàm pro vsu tuo ad locũ affectũ perueniẽt. Iã ad vacuationes quoq; nõnihil situs indicat, dũ societatẽ laborãtis particulæ cum alijs docet. Nã nisi illud cõpertũ haberemus, quòd cauo iocinoris subijcitur ventriculus, & ieiunum, tum quod ieiuno ipsi tenue intestinum succedit, id verò colon excipit, ac colon quod appellant rectum: vtique inuenisse illud non licuisset, quòd iecur, & per aluum, & per vomitum expurgari possit. Cæterũ aptior sit prior vacuatio tãquã vsu iã callẽtibus intestinis iocinoris superflua tolerare. Nõ spernẽda verò indicatio est, & ea quã sensus partiũ acuitas hebetudóq; suppeditẽt: quãdo omne medicamẽ contemnũt quæ tardi

sunt

sunt sensus, etiā si nō leuiter mordeāt. At quæ acuti sunt sensus, eorum vires dolore resoluūtur. Expedit igitur has nec confertim, nec semel valentibus auxiliјs mederi tentes, sed tutò potius in tēpore. At vbi tardus est sensus, in his etiā celeriter obire quod iustum est licet, semel vsis remedio quod sit idoneum. Verùm quod suprà dixi de horum indicatione: latius disceptabitur in sequentibus, ídque eo præcipuè loco, quo de tu- 10 *morum præter naturam curatione agemus.*

GALENI METHODI MEDENDI, VEL DE morbis curandis, Thoma Linacro Anglo interprete,

LIBER VIII.

Quæ in octauo libro Methodi medendi habentur.

Si ven

Si venter omnino adstringetur.
Si rosione vexetur.
Si flatuum copia adsit.
Si cruditas in acidam qualitatem sit mutata.
De febrium diariarum dignotione, & curatione.

CAPVT I.

QVEMADMODVM verò febres quoq; , nõ secus quàm alij morbi, qui ex intẽperie in nobis cõsistũt, quósq; in præcedẽti libro narraui, methodo curẽtur, tẽpestiuũ nũc dicere videtur. Quod igitur. Eugeniane charissime simpliciũ ac primarũ partiũ (quas Aristoteles similares vocat) natura ex calido, frigido, humido, & sicco, inter se mistis cõstẽt, vno volumine ostẽdimus, in quo de elemẽtis secũdũ Hippocr. disputauimus. Quòd verò ex eo quòd hæc calidior sit, illa frigidior, vel humidior, vel siccior, vel simul horũ aliquibus copulatis affecta, simplices ac primæ particulæ inter se differãt, id in libro de tẽperamẽtis est assertũ. At in libro, quo de morborũ differentijs agitur, duo in vniuersum esse morborũ genera, quæ in simplicibus animalis particulis oriãtur, docuimus. Alterũ, quod etiã secũdis, & cõpositis, & instrumẽtalibus sit cõmune. Vocauimus autẽ id vnitionis solutionẽ. Alterũ ipsarũ peculiare, quod in calidi, frigidi, humidi, & sicci intẽperie cõsistat. Esse autẽ ex intemperantijs ipsis, quæ quidẽ in vna sunt contrarietate, simplices: quæ in ambabus, compositas. In ea itaq; quæ est in

inter calidũ,& frigidũ oppositione,duas esse simplices intẽperies. Alterã,vbi quicquã tãto efficitur,quã antè erat,calidius,vt eius lædatur actio. Alterã,vbi pari modo inualuit frigidũ. In ea verò oppositione quæ est inter humidũ,& siccũ,alteras etiã geminas,nẽpe humidã, & siccã. Copulatis verò inuicẽ simplicibus,alias existere quatuor,humidã & frigidã,humidã & calidã, siccã & frigidã, siccã & calidã. Traditæ verò
10 sunt & causæ,quæ has intẽperies generẽt,in alio libro,in quo morbũ causas reddidimus. Sanè vnus quispiã morborũ est quos intẽperies creat, & febris:vtiq; cùm adeò immodicè auctus calor est: vt & hominem offendat,& actionẽ lædat:quando si neutrũ adhuc efficiat, quãtumvis sit homo nũc quàm antè calidior,nõdum tamen febricitare eũ mõstrauimus. Quoniã autẽ quicquid præter naturam in nobis oritur,siue specia le nomẽ sortitũ sit,siue generale,id extra corpus
20 non est, sed tum pleuritis,tum phlegmone, tum morbus,tria simul in vno cõsistũt corpore,verbi gratia Dionis, indicat autẽ & horũ quodq; propriã indicationẽ, æquè profectò vt eius quod maximè omnium speciale est, ipsæ differẽtia:ob hæc vtilius visum est seorsum de febriũ differentijs tractare,quò omnibus prius præparatis,sermo nobis hoc loco citra omnẽ eorũ qui parũ rectè de ijs scripserũt,refutationem absolueretur. Reuocemus igitur ad memoriã discriminis ea-

C

rũ capita, quo propriã ex vnaquaq; indicationẽ sumamus. Est igitur vna earũ differẽtia illa, in qua causa adhuc adest febrim creãs, aut febri excitata iã desijt. altera verò qua vel (vt Græci loquũtur) hectica febris est, q̃ iam facta est: vel etiã (vt aliquis eorũdẽ dixerit) schetica. Nã quoniã eos affectus qui facilè discutiũtur, ἐν σχέσει Græcè vocãt: qui tales nõ sunt, ἐν ἕξει: cõcedẽdũ est dilucidioris doctrinæ causa etiã febriũ ipsarũ eas quæ ægrè discutiũtur, hecticas: quæ facilè, scheticas nominari. Dicẽdũq; febriũ alias facilè solubili affectu esse, perinde vt per calfactũ in Sole lignũ. Alias difficilè solubili, veluti quod igni eatenus excalfactũ est, vt iã accẽdatur, & fumum edat. Hæ sunt primæ febriũ differẽtiæ. Quas vbi cũ summis primũ indicationibus iunxerimus, mox ad magis illis speciales veniemus. Prima enim omnis febris indicatio veluti à morbo est, ablationem eius præscribens. Secunda verò ceu abs tali est morbo, quæ non absolutè sublationem, vt prior, sed certam quandã sublationem, indicat. Nam cùm febricitantes ex intemperie laborant, necesse est sanationẽ quoq; eorum intemperantiæ depulsionem esse. Omnis autem excessus per contrarium excessum sanatur. Etenim id quoq; ante est ostensum. Quare febrilis quoq; intemperantiæ excessus per cõtrariũ excessum sanabitur. Est autem febrilis intemperantiæ excessus in caloris abundãtia. Huic

ergo

ergo ad temperamentum via erit per id quod refrigeret. Itaq; si iã præsens febris est, sed causa quæ eam excitauit, iam desijt: huc tantùm sanandæ eius consilium dirigetur, vt refrigeretur. Quare quærẽda nobis talis materia est, quæ cũ redũdante calore paria refrigerãdo faciat. At si in generatione adhuc febris est: causa quæ eã accẽdit, submouenda est. Sin pars eius iam genita est, pars in gignendo adhuc est: vtriq; consu-
10 lendũ est. Primũ quidem submouendo quæ eam accendit causam, deinde extinguendo quæ ab hac accensa est febrẽ. Ergo nisi quis ad vnguem memoria teneat, & quæ causæ febres generent, & in quo cuiusque corporis affectu: is nũquam methodo febri prospiciet.

CAPVT II.

DIctũ nãq; est in ijs corporibus meatuũ cõstipationẽ febrẽ excitare, in quibus quod trãspirat halituosũ nõ est (ἀτμῶδες Græci dicũt)
20 cuiusmodi visitur in ijs qui bõi sunt succi: sed mordax & acre: fumo fuliginíve nõ absimile. His igitur corporibus saluberrima est ex aqua dulci, & tẽperata lauatio, tũ frictio quæ rarefaciat, & exercitationes mediocres, & victus qui dulces efficiat succos. Aduersissima verò sunt lauatio frigida, et aluminosa, & lauationis abstinẽtia, & exercitatio acuta, & frictio, vel planè nulla, vel dura, & victus mali succi, & vigiliæ, & ira, & tristitia, & cura, vstióq; in Sole,

febris ex minore ob cutis constipationem curatio.

& fatigatio. Verũ de reliquis pòst dicã. De stipatione verò meatuũ, vnde digressus sermo est liquidò scire licet solã eã, si reliqua omnia desint, accendere febrẽ posse. Si itaq; eiusmodi naturas à cõuenientibus sibi lauationibus prohibeas, protinus febricitant. Vidisti autem profectò quo tempore Romæ nobiscum egisti, aliquos ita laborare. In quibus qui mirificam diatriton trãsmittere eos in cibi inedia censent, ipsi * difficillimas febres faciunt: quando protinus in primæ accessionis inclinatione, in balneum eos ducere oportebat: ibiq; sinere crebrò, si vellet, nedum semel, aut bis lauare. Ego nanq; reliquis omnibus omißis, eum tibi in memoriam reuocabo, qui in aquis aluminosis (quæ Albula vocãt) lauerat: ac ex eo cute densata, pòst cœperat febricitare. Quippe satisfaciet is pro claritate sermonis nostri, veluti exemplũ. Sanè hominem inuisebant medici quidam nõ incelebres, alter Erasistratius, alter methodicus, visum autẽ est ambobus, hominem à cibo cõtinere. Quod tamen nos, cùm pòst illos digressos superuenimus, nõ permisimus, sed statim in balneũ perductũ, & tepẽti oleo largißimè perfusum, tũ blãdißimè perfrictũ, quam plurimum temporis in calidi solij aqua versari iußimus. Mox egresso, ac frigida ex cõsuetudine vso, tũ sindone cooperto, cõsidere paululũ ad vires recreãdas præcepimus. Postea denuò in balneum perducto, ac rursus similiter tum vncto, tum

* λιχνοκινδυνώτατοι (margin: * λιχνοκιθιστάτους.)

10

20

tū perfricto, ac in calida morari iusso, dein rursum educto ac frigida merso detersóq;, exhibuimus cibum, protinus quidē, vt egressus est, atq; aquā bibit ptissanæ cremorē: dein paruo interuallo lactucam: ac post hāc ex simplici albo iure pisciū aliquid eorum qui molli sunt carne: cuiusmodi saxatiles sunt omnes, & aselli quos vocāt. Porrò nō alienum sit, quo nihil narrationi desit, omnia recensere. Tempus anni erat quo hæc
10 agebātur, paululū post caniculares quos vocant dies. Homo ipse circiter quinq; & triginta annorū, colore nigello, & habitu corporis gracili, atq; hirto: tum qui tangētibus etiam cùm valeret, manifestè calorē exhiberet mordentē. Vrinas quoq; habuit abūdè flauas: ac si plusculū cibo abstineret, etiā mordētes. Aluus assiduè sicca erat. Tū quæ excernebat, exigua acriáq; & sicca. Mores animi ad irā, & cogitationē propē si. Ipse pauci omnino somni, & qui perpetuò de
20 vigilijs quereretur. Hic quodā loco quo negotiorū gratia cōcesserat, albulis (quæ haud longè aberāt) est vsus septima (vt aiebat) diei hora: acter quatérq; se lauit. salubriter sibi cōsuluisse ratus. Hinc quoq; vbi rursus in agrū se recipisset ac cibū sumpsisset, & paululū indormisset, venit ad vrbē sero vespere: vbi destitutus idoneo balneo, nocte febricitauit. Cū mautē tertia ferè diei hora contēplati eum medici essent, iusserunt nō eū modo diem, verūetiā posterum totum per

inediam trāsigere: quò tertiæ diei noctē obseruarēt. atq; his dictis abierūt. Nos tū lauato, tū vt prædictū est, cibato, ministris præcepimus, si medici vesperi venirēt, quiescere hominē dicerent: eósq; statim remitterent, ac postridie manè redire iuberēt. Vt verò abierunt, rursus hominē simili modo lauatū, ac cibatū, ijs ipsis quæ egimus, dormire probè fecimus. Accedētes aūt manè postridie medici, ci fuerūt etiā eo die cibo illi abstinendū, etiā si quammaximè sine febri prorsus esset. 10 *Illo verò promittēte se facturū quod iuberent, scis quātus illis digreßis risus sit excitatus: quem nos paulò pòst superuenietes deprehēdimus. Non fugit verò nec quomodo cum laborāte ipso sit actū. Nā quoniā (inquam) cū valeres, bis lauare solebas, ac medici cibū tibi omnino circūcidunt: nec illis iure in totū obsequēdū esse, & aliquid eorū quibus per sanitatē es vsus, immutādū arbitror. Eo verò putāte me sibi suadere vt lauaret quidē, sed nō bis: tū paratū se affirmāte quicquid* 20 *iußerim exequi: ergo (inquam) neque inediam tolerabis, neq; lauabis bis. Siquidem & laborasse mihi videris iam triduo, & calfactus vehemētius à Sole fuisse. Propter igitur laborem (inquam) & vstionem, vnam te adijcere lauationem ad duas oportet, ac ter mihi audientem lauari: quoniā id mihi facturum te pollicitus es. Ille subridēs, dura (inquit) imperas. Cæterùm quoniā stare pactis est iustum, faciam quæ iubes.*

bes. Quæ verò medici post hæc egere, nosti planè quanto erant digna risu. Bis iam lauatus fuerat, pransusq; dormierat, cùm circa occasum Solis ministrorũ quispiam adesse medicos nũtiat. Hic verò febricitare se simulat: ac veste circũdatus inuolutusq;, quo minus bibisse vinum ab ipsis deprehenderetur, amico cuidam mandat, medicis, si quid percontentur, pro se respondeat. Erant autem de more, vbi inuolutum curiosè
10 hominem etiam cum capite viderent, primùm illud solenne ipsi rogaturi, quota hora accessio inuasisset. Cùm autem amicus respondisset, fermè ne vnam quidem integram ex quo cœpisset, intercessisse horã: cum horroréne, an frigore cœpisset, rogant. Eo cum horrore respondente, tangunt hominẽ iam corpore propter risum, & operimentum madentem. Itaq; vbi hominem laudassent quòd sibi obtemperasset, nec quicquam ante tertiæ diei accessionẽ deliquisset: ob id ipsũ
20 (inquiunt) nũc te deseruit horror, estq; sudoris initium, ac multa humiditas circa cutem: quæ haudquaquã euenisset, nisi inediam tolerasses, & triduum transmisisses. Iussis igitur propinquis, si quæ guttulæ illi manerent, diligenter detergerent, ne frigore afficeretur: tum manè se redituros præfati discedũt, ne tum quidem post sudores iusso homine nutriri. Visæ nanque sunt illis noctes eo tẽpore breues: vtiliusq; esse postridie manè nutrire. Digressis igitur ipsis, perfusus

ſudore iuuenis, ita vt inuolutus veſtibus fuerat, in balneũ cucurrit, ac tertiò lauit, & ſimiliter eſt cibatus. Poſtridie priuſquã aduentarẽt medici, egreſſus domo dedita opera eſt, ne ſe deprehẽderent. Itaq; cùm paulò pòſt venirent, & egreſſum intelligerẽt: mirati inter ſe ſunt, quid tandem hominẽ egredi ſubegiſſet iam bidui paſſum inediã. Ergo ſi hoc vno malè ab eiuſmodi medicis ægri afficerent, quòd pluribus diebus in cubilibus detinerẽtur, cùm liceret ſine intempeſtiua 10 *hac inedia multò citius ad conſueta vitæ munia redire: eſſet profectò vel id pergraue. Verũ lõge grauius eſt quod accidit. Cùm enim memoratæ naturæ vbi ſub tali victu reguntur, grauiſſimis occupentur febribus: qui hũc iniungunt medici, nihil mihi à carnificibus differre vidẽtur. Non enim veluti qui humidi, ac boni ſucci ſunt, vbi in febri diaria trãſmittere mirificã diatritõ cõguntur, vnũ id tantùm patiuntur incõmodum, quòd fruſtra cruciãtur: ſic etiã naturæ iam cõ-* 20 *prehenſæ: imò ex longiore inedia acerrimis acutiſſimisq; corripiũtur febribus, à quibus promptus eſt in hecticas tranſitus: atq; ab his rurſus in torridũ maraſmũ, aut ſi os ventriculi facilè iniurijs patet, in eum qui συγκοπὴν, id eſt animi defectũ infert. Audiſti enim ſubinde nonnullis talium medicorũ dicentẽ me, licere ipſis euidenter intelligere quãtum mali cõmittãt, dum eiuſmodi naturas in inedia cuſtodiũt, ſi vẽlint, dum*

ſani

sani omnino sunt, biduũ eos inediam iubere tolerare. Cernẽt enim illico febricitãtes, idq́; ob nullum profectò aliud quàm famẽ. Siquidẽ cui nec suberat prius quicquam in corpore quo grauaretur, nec quicquã illi interim accessit extrinsecus noui, is planè ex inedia febricitauit. Quãdo enim (vt dictũ est) nõ vnus, altérve sic intemperatorum, sed planè omnes vbi inediã tolerarũt & balnei solio abstinuerũt, febri corripiuntur: ne vel leuis quidẽ amplius relinqui nobis suspitio
10 *potest, quasi ob aliud quippiam & nõ inediam febricitarint. Quibus nanq; in corporis tẽperatura siccũ præualet humido, & calidũ frigido, his corporis habitus gracilis, hirsutus, et nigrior est, ac reliquis tribus intemperamentis quæ hoc sunt minus calida, tactu calidior aduertitũ: plurima quoque his flaua est bilis, vrinæq́;, ac deiectio bili satura, & pulsus magni, & somni leues, & pauci, & animi impetus vehemẽs. Ergo*
20 *rectè horum Hippocrates, tum generalẽ victus formulam cuiusmodi esse cõueniat, tum quot ac qualia symptomata in eiusmodi homines incidãt, nõ solùm vbi totũ diem in cibi inedia trãsegerint, verũetiã vbi altero cibo, qui pro prãdio dat, abstinuerint, prodidit. Quippe in sexto de populatim grassãtibus morbis, ita inquit: In calida natura refrigeratio, aquæ potio, quies. In libro autẽ de acutorũ victu, quẽ aliqui Cnidijs sentẽtijs adscribunt, cùm de ijs disputat qui so-*

postulant, quatenus à natura recesserũt. Atq; ita quidẽ à temperamẽto laborãtis partis, auxiliorum indicatio sumitur. Ab eo verò quòd actio eius omnibus animalis partibus vtilis sit, aut paucis quibusdã, aut vni sibi, in iis intemperiei generibus quæ absq; humore infestãt, vtique nihil ex hac indicatione sumitur. Nam & refrigerari, & calfieri, & siccari, & humectari, & per cõiugationẽ quiduis horũ pati singulæ particulæ pro morbi portione requirũt. In iis tamẽ 10 *quæ ex humoribus sunt ortæ, si particula soli sibi inseruiat, audacter vacues licet, prout affectus suadebit, sed tamẽ etiã virtuti attẽtus. Sin necessariũ opus eius sit omnibus animalis partibus, veluti ventriculi, & iocinoris: nõ leuis habẽda solicitudo de robore virtutis est, ne hanc magna semel vacuatione vsus dissoluas. Est porrò cõmune opus, & venarũ, & arteriarũ, & cordis, & thoracis, & renũ, & vtriusq; vesicæ, tũ eius quæ lotiũ excipit, tũ bilem: cũ vasis etiã quæ* 20 *ab vtraque procedũt. Cerebri verò opus, cùm sani sumus, ad volũtarias actiones necessariũ est, iis scilicet instrumẽtis quibus eiusmodi actiones obimus. Cùm ægri sumus, necessariũ nõ est, nisi iis tãtùm quæ ad respiratũ sunt deputata. Reliquorũ verò organorũ actio certè nõ est: ministerium tamẽ est ad vitã necessariũ, veluti pulmonis, et asperæ arteriæ, et fauciũ. Ergo ex eiusmodi particulis quãprimùm vacuare redũdantiã*

licet,

licet, put volueris. Ex ventriculo verò, & iocinore vtcũq; vacuare nõ licet: sed cũ cautione, vt ne quid virtuti officias. Quoniã autẽ nõ par est actionũ dignitas ad ægros seruãdos, sed aliæ magis his aliæ minꝰ vtiles sũt: vtiq; ad portionẽ actionũ dignitatis etiã cuiusq; partis prospiciẽdũ est robori. Maxima igitur est cordis officij dignitas, atq; ægrotãtibus maximè omniũ necessaria. Cerebri verò ad vitã quidẽ par est momentũ: nõ tamẽ par robur eius in ægrotis requirimus, cũ necesse omnibus nõ sit neruorũ ac musculorũ opera vti. Itaq; abundè fuerit, si tãtũ eius seruatũ sit, quo respirationis munus sit obeũdũ. At verò iocinoris opus omnibus particulis pernecessarium est: nõ tamẽ adeò saltẽ perpetuã necessitatẽ habet sicuti ipsius cordis. Ad portionẽ autẽ iocinoris, etiã ventriculi opus se habet. Intelligẽs ergo omniũ particularũ, tũ functiones, tũ vsus, quos in alijs commẽtarijs tradidimus: haud difficulter inuenies, quatenus cuiusq; robur custodiri oporteat. Ad eũdem verò modũ & quæcũq; partes alijs authores facultatũ sunt, harum quoque robur seruare decet pro facultatis earũ vsus portione, quo videlicet animalis partibus subministrent. Sanè de his particulis illud (arbitror) didicisti, cerebrum neruis, ac musculis, cor arterijs, iecur venis suppeditare virtutem. A figura verò indicatio ipsius modi vacuandi excrementi suggeritur, ad hunc modum: Ventriculus vomitu

deiectionéque inanitur. Intestina deiectione tãtũ, ſicuti etiam iocinoris caua. Renes verò, & veſica, ac iocinoris gibba, ſi multo vitioſo ſucco ſunt referta, per deiectiones, & pharmaca deiectoria (κατοτέρικα Græci vocãt) expurgãtur: ſin mediocri, per vrinales meatus. Cerebrũ verò per palatũ, & nares, & aures. Pectus & pulmones per aſperã arteriã, & fauces. A ſitu indicatio dabitur, tũ ad ſolidarũ intẽperies, tũ autẽ ad ſuccorũ vitiũ ſanè nõ leuis. Nã qui per ſum- 10 ma corporis intẽperie laborãt, ijs medicamenta quæ intẽperies requirit, applicabimus. Quibus autẽ in profundo corpore intẽperies eſt, in ijs rationẽ interualli inibimus. Si enim medicamentis ijs vtêre quæ intẽperies requirit, vtiq; multò imbecilliora, quàm pro vſu tuo ad locũ affectũ perueniẽt. Iã ad vacuationes quoq; nõnihil ſitus indicat, dũ ſocietatẽ laborãtis particulæ cum alijs docet. Nã niſi illud cõpertũ haberemus, quòd cauo iocinoris ſubijcitur ventriculus, & ieiunum, 20 tum quod ieiuno ipſi tenue inteſtinum ſuccedit, id verò colon excipit, ac colon quod appellant rectum: vtique inueniſſe illud non licuiſſet, quòd iecur, & per aluum, & per vomitum expurgari poßit. Cæterũ aptior ſit prior vacuatio tãquã vſu iã callẽtibus inteſtinis iocinoris ſuperflua tolerare. Nõ ſpernẽda verò indicatio eſt, & ea quã ſenſus partiũ acuitas hebetudóq; ſuppeditẽt: quãdo omne medicamẽ contemnũt quæ tardi

ſunt

sunt sensus, etiã si nõ leuiter mordeãt. At quæ acuti sunt sensus, eorum vires dolore resoluũtur. Expedit igitur has nec confertim, nec semel valentibus auxilijs mederi tentes, sed tutò potius in tẽpore. At vbi tardus est sensus, in his etiã celeriter obire quod iustum est licet, semel vsis remedio quod sit idoneum. Verùm quod suprà dixi de horum indicatione: latius disceptabitur in sequentibus, idque eo præcipuè loco, quo de tu- 10 *morum præter naturam curatione agemus.*

GALENI METHODI MEDENDI, VEL DE morbis curandis, Thoma Linacro Anglo interprete,

LIBER VIII.

Quæ in octauo libro Methodi medendi habentur.

Si ven

Si venter omnino adſtringetur.
Si roſione vexetur.
Si flatuum copia adſit.
Si cruditas in acidam qualitatem ſit mutata.
De febrium diariarum dignotione, & curatione.

CAPVT I.

QVEMADMODVM verò febres quoq;, nõ ſecus quàm alij morbi, qui ex intẽperie in nobis cõſiſtũt, quóſq; in præcedẽti libro narraui, methodo curẽtur, tẽpeſtiuũ nũc dicere videtur. Quod igitur, Eugeniane chariſsime ſimpliciũ ac primarũ partiũ (quas Ariſtoteles ſimilares vocat) natura ex calido, frigido, humido, & ſicco, inter ſe miſtis cõſtet, vno volumine oſtẽdimus, in quo de elemẽtis ſecũdũ Hippocr. diſputauimus. Quòd verò ex eo quòd hæc calidior ſit, illa frigidior, vel humidior, vel ſiccior, vel ſimul horũ aliquibus copulatis affecta, ſimplices ac primæ particulæ inter ſe differãt, id in libro de tẽperamẽtis eſt aſſertũ. At in libro, quo de morborũ differentijs agitur, duo in vniuerſum eſſe morborũ genera, quæ in ſimplicibus animalis particulis oriãtur, docuimus. Alterũ, quod etiã ſecũdis, & cõpoſitis, & inſtrumẽtalibus ſit cõmune. Vocauimus autẽ id vnitionis ſolutionẽ. Alterũ ipſarũ peculiare, quod in calidi, frigidi, humidi, & ſicci intẽperie cõſiſtat. Eſſe autẽ ex intemperantijs ipſis, quæ quidẽ in vna ſunt contrarietate, ſimplices: quæ in ambabus, compoſitas. In ea itaq; quæ eſt

10

20

in

inter calidũ, & frigidũ oppositione, duas esse simplices intẽperies. Alterã, vbi quicquã tãto efficitur, quã antè erat, calidius, vt eius lædatur actio. Alterã, vbi pari modo inualuit frigidũ. In ea verò oppositione quæ est inter humidũ, & siccũ, alteras etiã geminas, nẽpe humidã, & siccã. Copulatis verò inuicẽ simplicibus, alias existere quatuor, humidã & frigidã, humidã & calidã, siccã & frigidã, siccã & calidã. Traditæ verò
10 *sunt & causæ, quæ has intẽperies generẽt, in alio libro, in quo morbũ causas reddidimus. Sanè vnus quispiã morborũ est quos intẽperies creat, & febris: vtiq; cùm adeò immodicè auctus calor est: vt & hominem offendat, & actionẽ lædat: quando si neutrũ adhuc efficiat, quãtumvis sit homo nũc quàm antè calidior, nõdum tamen febricitare eũ mõstrauimus. Quoniã autẽ quicquid præter naturam in nobis oritur, siue speciale nomẽ sortitũ sit, siue generale, id extra corpus*
20 *non est, sed tum pleuritis, tum phlegmone, tum morbus, tria simul in vno cõsistũt corpore, verbi gratia Dionis, indicat autẽ & horũ quodq; propriã indicationẽ, æquè profectò vt eius quod maximè omnium speciale est, ipsæ differẽtiæ: ob hæc vtilius visum est seorsum de febriũ differentijs tractare, quò omnibus prius præparatis, sermo nobis hoc loco citra omnẽ eorũ qui parũ rectè de ijs scripserũt, refutationem absolueretur. Reuocemus igitur ad memoriã discriminis ea-*

C

rũ capita, quo propriã ex vnaquaq; indicationẽ ſumamus. Eſt igitur vna earũ differẽtia illa, in qua cauſa adhuc adeſt febrim creãs, aut febri excitata iã deſijt. altera verò qua vel (vt Græci loquũtur) hectica febris eſt, q̃ iam facta eſt: vel etiã (vt aliquis eorũdẽ dixerit) ſchetica. Nã quoniã eos affectus qui facilè diſcutiũtur, ἐν σχέσει Græcè vocãt: qui tales nõ ſunt, ἐν ἕξει: cõcedẽdũ eſt dilucidioris doctrinæ cauſa etiã febriũ ipſarũ eas quæ ægrè diſcutiũtur, hecticas: quæ facilè, ſcheticas nominari. Dicẽdũq; febriũ alias facilè ſolubili affectu eſſe, perinde vt percalfactũ in Sole lignũ. Alias difficilè ſolubili, veluti quod igni eatenus excalfactũ eſt, vt iã accẽdatur, & fumum edat. Hæ ſunt primæ febriũ differẽtiæ. Quas vbi cũ ſummis primũ indicationibus iunxerimus, mox ad magis illis ſpeciales veniemus. Prima enim omnis febris indicatio veluti à morbo eſt, ablationem eius præſcribens. Secunda verò ceu abs tali eſt morbo, quæ non abſolutè ſublationem, vt prior, ſed certam quandã ſublationem, indicat. Nam cùm febricitantes ex intemperie laborant, neceſſe eſt ſanationẽ quoq; eorum intemperantiæ depulſionem eſſe. Omnis autem exceſſus per contrarium exceſſum ſanatur. Etenim id quoq; ante eſt oſtenſum. Quare febrilis quoq; intemperantiæ exceſſus per cõtrariũ exceſſum ſanabitur. Eſt autem febrilis intẽperantiæ exceſſus in caloris abundãtia. Huic

ergo

ergo ad temperamentum via erit per id quod refrigeret. Itaq; si iã præsens febris est, sed causa quæ eam excitauit, iam desijt: huc tantùm sanandæ eius consilium dirigetur, vt refrigeretur. Quare quærẽda nobis talis materia est, quæ cũ redũdante calore paria refrigerãdo faciat. At si in generatione adhuc febris est: causa quæ eã accẽdit, submouenda est. Sin pars eius iam genita est, pars in gignendo adhuc est: vtriq; consu-
10 lendũ est. Primũ quidem submouendo quæ eam accendit causam, deinde extinguendo quæ ab hac accensa est febrẽ. Ergo nisi quis ad vnguem memoria teneat, & quæ causæ febres generent, & in quo cuiusque corporis affectu: is nũquam methodo febri prospiciet.

CAPVT II.

Dictũ nãq; est in ijs corporibus meatuũ cõstipationẽ febrẽ excitare, in quibus quod trãspirat halituosũ nõ est (ἀτμώδες Græci dicũt),
20 cuiusmodi visitur in ijs qui bõi sunt succi: sed mordax & acre: fumo fuliginive nõ absimile. His igitur corporibus saluberrima est ex aqua dulci, & tẽperata lauatio, tũ frictio quæ rarefaciat, & exercitationes mediocres, & victus qui dulces efficiat succos. Aduersissima verò sunt lauatio frigida, et aluminosa, & lauationis abstinẽtia, & exercitatio acuta, & frictio, vel planè nulla, vel dura, & victus mali succi, & vigiliæ, & ira, & tristitia, & cura, vstióq; in Sole,

& fatigatio. Verũ de reliquis pòst dicã. De stipatione verò meatuũ, vnde digressus sermo est liquidò scire licet solã eã, si reliqua omnia desint, accendere febrẽ posse. Si itaq; eiusmodi naturas à cõuenientibus sibi lauationibus prohibeas, protinus febricitant. Vidisti autem profectò quo tempore Romæ nobiscum egisti, aliquos ita laborare. In quibus qui mirificam diatriton trãsmittere eos in cibi inedia censent, ipsi * difficillimas febres faciunt: quando protinus in primæ accessionis inclinatione, in balneum eos ducere oportebat: ibíq; sinere crebrò, si vellet, nedum semel, aut bis lauare. Ego nanq; reliquis omnibus omissis, eum tibi in memoriam reuocabo, qui in aquis aluminosis (quæ Albula vocãt) lauerat: ac ex eo cute densata, pòst cœperat febricitare. Quippe satisfaciet is pro claritate sermonis nostri, veluti exemplũ. Sanè hominem inuisebant medici quidam nõ incelebres, alter Erasistratius, alter methodicus, visum autẽ est ambobus, hominem à cibo cõtinere. Quod tamen nos, cùm pòst illos digressos superuenimus, nõ permisimus, sed statim in balneũ perductũ, & tepẽti oleo largissimè perfusum, tũ blãdissimè perfrictũ, quam plurimum temporis in calidi solij aqua versari iussimus. Mox egresso, ac frigida ex cõsuetudine vso, tũ sindone cooperto, cẽsidere paululũ ad vires recreãdas præcepimus. Postea denuò in balneum perducto, ac rursus similiter tum vncto,

* λιχνοκ-θιςάτυς.

tum

tũ perfricto, ac in calida morari iusso, dein rursum educto ac frigida merso detersóq;, exhibuimus cibum, protinus quidẽ, vt egressus est, atq; aquã bibit ptissanæ cremorẽ: dein paruo interuallo lactucam: ac post hãc ex simplici albo iure pisciũ aliquid eorum qui molli sunt carne: cuiusmodi saxatiles sunt omnes, & aselli quos vocãt. Porrò nõ alienum sit, quo nihil narrationi desit, omnia recensere. Tempus anni erat quo hæc
10 agebãtur, paululũ post caniculares quos vocant dies. Homo ipse circiter quinq; & triginta annorũ, colore nigello, & habitu corporis gracili, atq; hirto: tum qui tangẽtibus etiam cùm valeret, manifestè calorẽ exhiberet mordentẽ. Vrinas quoq; habuit abũdè flauas: ac si plusculũ cibo abstineret, etiã mordẽtes. Aluus asiduè sicca erat. Tũ quæ excernebat, exigua acriáq; & sicca. Mores animi ad irã, & cogitationẽ propẽsi. Ipse pauci omnino somni, & qui perpetuò de
20 vigilijs quereretur. Hic quodã loco quo negotiorũ gratia cẽcesserat, albulis (quæ haud longè aberãt) est vsus septima (vt aiebat) diei hora: ac ter quatérq; se lauit, salubriter sibi cõsuluisse ratus. Hinc quoq; vbi rursus in agrũ se recepisset ac cibũ sumpsisset, & paululũ indormisset, venit ad vrbẽ sero vespere: vbi destitutus idõneo balneo, nocte febricitauit. Cũ mautẽ tertia ferè diei hora contẽplati eum medici essent, iusserunt nõ eũ modò diem, verũetiã posterum totum per

inediam trãsigere: quò tertiæ diei noctẽ obseruarẽt. atq; his dictis abierũt. Nos tũ lauato, tũ vt prædictũ est, cibato, ministris præcepimus, si medici vesperi venirẽt, quiescere hominẽ dicerent: eósq; statim remitterẽt, ac postridie manè redire iuberẽt. Vt verò abierunt, rursus hominẽ simili modo lauatũ, ac cibatũ, ijs ipsis quæ egimus, dormire probè fecimus. Accedẽtes aũt manè postridie medici, ci fuerũt etiã eo diẽ cibo illi abstinendũ, etiã si quammaximè sine febri prorsus esset. 10 *Illo verò promittẽte se facturũ quod iuberent, scis quãtus illis digreßis risus sit excitatus: quem nos paulò pòst superuenietes deprehẽdimus. Non fugit verò nec quomodo cum laborãte ipso sit actũ. Nã quoniã (inquam) cũ valeres, bis lauare solebas, ac medici cibũ tibi omnino circũcidunt: nec illis iure in totũ obsequẽdũ esse, & aliquid eorũ quibus per sanitatẽ es vsus, immutãdũ arbitror. Eo verò putãte me sibi suadere vt lauaret quidẽ, sed nõ bis: tũ paratũ se affirmãte quicquid* 20 *iusserim exequi: ergo (inquam) neque inediam tolerabis, neq; lauabis bis. Siquidem & laborasse mihi videris iam triduo, & calfactus vehemẽtius à Sole fuisse. Propter igitur laborem (inquam) & vstionem, vnam te adijcere lauationem ad duas oportet, ac ter mihi audientem lauari: quoniã id mihi facturum te pollicitus es. Ille subridẽs, dura (inquit) imperas. Cæterùm quoniã stare pactis est iustum, faciam quæ iubes.*

bes. Quæ verò medici post hæc egere, nosti planè quanto erant digna risu. Bis iam lauatus fuerat, prãsusq; dormierat, cùm circa occasum Solis ministrorũ quispiam adesse medicos nũtiat. Hic verò febricitare se simulat: ac veste circũdatus inuolutusq;, quo minus bibisse vinum ab ipsis deprehenderetur, amico cuidam mandat, medicis, si quid percontentur, pro se respondeat. Erant autem de more, vbi inuolutum curiosè
10 *hominem etiam cum capite viderent, primùm illud solenne ipsi rogaturi, quota hora accessio inuasisset. Cùm autem amicus respondisset, fermè ne vnam quidem integram ex quo cœpisset, intercessisse horã: cum horroréne, an frigore cœpisset, rogant. Eo cum horrore respondente, tangunt hominẽ iam corpore propter risum, & operimentum madentem. Itaq; vbi hominem laudassent quòd sibi obtemperasset, nec quicquam ante tertiæ diei accessionẽ deliquisset: ob id ipsũ*
20 *(inquiunt) nũc te deseruit horror, estq; sudoris inditium, ac multa humiditas circa cutem: quæ haudquaquã euenisset, nisi inediam tolerasses, & triduum transmisisses. Iussis igitur propinquis, si quæ guttulæ illi manerent, diligenter detergerent, ne frigore afficeretur: tum manè se redituros præfati discedũt, ne tum quidem post sudores iusso homine nutriri. Visæ nanque sunt illis noctes eo tẽpore breues: vtiliusq; esse postridie manè nutrire. Digressis igit ipsis, perfusus*

sudore iuuenis, ita vt inuolutus vestibus fuerat, in balneũ cucurrit, ac tertiò lauit, & similiter est cibatus. Postridie priusquã aduentarẽt medici, egressus domo dedita opera est, ne se deprehẽderent. Itaq; cùm paulò pòst venirent, & egressum intelligerẽt: mirati inter se sunt, quid tandem hominẽ egredi subegisset iam bidui passum inediã. Ergo si hoc vno malè ab eiusmodi medicis ægri afficerent, quòd pluribus diebus in cubilibus detinerẽtur, cùm liceret sine intempestiua 10 *hac inedia multò citius ad consueta vitæ munia redire: esset profectò vel id pergraue. Verũ lõge grauius est quod accidit. Cùm enim memoratæ naturæ vbi sub tali victu reguntur, grauißimis occupentur febribus: qui hũc iniungunt medici, nihil mihi à carnificibus differre videtur. Non enim veluti qui humidi, ac boni succi sunt, vbi in febri diaria trãsmittere mirificã diatritõ coguntur, vnũ id tantùm patiuntur incõmodum, quòd frustra cruciãtur: sic etiã naturæ iam cõ-* 20 *prehensæ: imò ex longiore inedia acerrimis acutißimisq; corripiũtur febribus, à quibus promptus est in hecticas transitus: atq; ab his rursus in torridũ marasmũ, aut si os ventriculi facilè iniurijs patet, in eum qui συγκοπὴν, id est animi defectũ infert. Audisti enim subinde nonnullis talium medicorũ dicentẽ me, licere ipsis euidenter intelligere quãtum mali cõmittãt, dum eiusmodi naturas in inedia custodiũt, si velint, dum*

sani

*sani omnino sunt, biduũ eos inediam iubere tole-
rare. Cernẽt enim illico febricitãtes, idq́; ob nul-
lum profectò aliud quàm famẽ. Siquidẽ cui nec
suberat prius quicquam in corpore quo graua-
retur, nec quicquã illi interim accessit extrinse-
cus noui, is planè ex inedia febricitauit. Quãdo
enim (vt dictũ est) nõ vnus, altérve sic intempe-
ratorùm, sed planè omnes vbi inediã tolerarũt
& balnei solio abstinuerũt, febri corripiuntur:
10 ne vel leuis quidẽ amplius relinqui nobis suspitio
potest, quasi ob aliud quippiam & nõ inediam
febricitarint. Quibus nanq; in corporis tẽpera-
tura siccũ præualet humido, & calidũ frigido,
his corporis habitus gracilis, hirsutus, et nigrior
est, ac reliquis tribus intemperamentis quæ hoc
sunt minus calida, tactu calidior aduertitũ: plu-
rima quoque his flaua est bilis, vrinæq́;, ac deie-
ctio bili satura, & pulsus magni, & somni le-
ues, & pauci, & animi impetus vehemẽs. Ergo
20 rectè horum Hippocrates, tum generalẽ victus
formulam cuiusmodi esse cõueniat, tum quot ac
qualia symptomata in eiusmodi homines inci-
dãt, nõ solùm vbi totũ diem in cibi inedia trãse-
gerint, verũetiã vbi altero cibo, qui pro prãdio
datũ, abstinuerint, prodidit. Quippe in sexto de
populatim grassãtibus morbis, ita inquit: In ca-
lida natura refrigeratio, aquæ potio, quies. In
libro autẽ de acutorũ victu, quẽ aliqui Cnidijs
sentẽtijs adscribunt, cùm de ijs disputat qui so-*

litum prandium dimittũt, etiam huius naturæ hominũ meminit, πικροχόλους eos Græcè, quasi amaræ bilis homines ab redundãte scilicet succo nominãs. Habent verò eius verba se ad hũc modum: Sed & qui bis die comedere cõsueuerũt: ij si nõ prandent, ægrotãt, tum imbecilli & infirmi fiunt, ac timidi ad quoduis opus: præterea cordis dolorem sentiũt. Siquidem suspensa illis viscera vidẽtur, & calidũ, pallidumq; mingũt, & deiectio vritur. Sunt præterea quibus os [ventris] amaricat, oculi cauãtur, tempora saliũt, & extremæ partes frigent. Hæc vbi prædixit, mox alia quædã, tum de cœna, tũ de nocte, ad finem sermonis ait huiusmodi notæ homines (quos πικροχόλους vocãt) tum vnicũ in die victum, tum inediã, quàm alios homines difficilius ferre: vnã nimirum in eo libro exponẽs partẽ eorũ, quæ in sexto Epidemion monuit in vniuersum: nempe quod ad victũ spectat. Nam refrigeratio quam calidis naturis suasit, efficitur cum ex alijs quibusdam, tũ nõ minimè ex cibi exhibitione. Qui nanq; originalem tẽperaturam parũ moderatam habẽt, horum insitum calorem, si squalens acerq; est, cibi mitiorẽ minusq; mordentem reddunt. Sanè illud non latet, & boni succi, & exquisita debere esse quæ his exhibeãtur nutrimẽta: non tamen ea quæ boni succi, propterea quòd exiguum huiusmodi substãtiæ in se habent, nominentur, ac nutrire nequeant: imò quòd vtile

plurim

plurimum in se cõtineant. Sũt nanq; & maluæ & brassicæ, & betæ, & lactucæ, & deniq; oĩa olera, & fructus, nutrimẽta, cùm substantia in his habilis ad alendũ cõtineatur. Verùm sicut in his exiguũ est quod nutrit, nõ exiguum quod est inutile: ita in pane puro, & ouis, & carne, & alica, plurimũ est quod nutrit, minimũ quod est inutile. Quòd si id inutile quod admistum vtili est, præterquã quòd non nutrit, etiam acrẽ, aut 10 * acutam, aut acerbã, aut amaram, aut deniq; vitiosam quampiam qualitatem habet: nõ modò non propriè nutrimẽta sunt, sed etiã medicamentosæ facultatis non parũ in se habẽt. Expedit igitur tales homines illis nutrire cibis, quicũque nec medicamẽtosam vllã sensu perceptibilẽ vim habeãt, sed nec ipsũ quod nutrit plurimũ: quando hoc quoq; si exuperat; vitio non caret. Principio nanq; nec quæ in vẽtriculo eorũ agitur concoctio est exacta, nec, si vẽtriculus ea superet, 20 quæ in venis obitur, est absoluta. Quòd si hic quoq; haud magnus sit error, saltẽ tertiam (quæ singulis partiũ propria est) difficile fuerit in omnibus illis ritè perfici. Conueniet profectò huic, & vt frigidũ humidumq; quodammodo ei nutrimentũ exhibeas, vbi corpus tũ calidius, tũ siccius solito est redditũ. Quare commodissimus huic est ptissanæ cremor ad vnguẽ coct⁹, in quo nullum sit superfluum condimentum: vtpote qui & refrigerare, et humectare, ac sine siti seruare homin

* ὀξεῖαν, id est acidam.

hominē poteſt: cum eo quòd nec halituoſum, nec humidū, nec ſiccū detinet excrementū. Voco halituoſa quæcunque per cutim foris effluere ſunt apta. Humida, quæ per veſicam. Sicca, quæ per aluū. Quippe à vincēti in ſingulis eorū ſubſtantia, nomina ipſis impoſui. Quòd autē nullum horum retinebit ptiſſanæ cremor, manifeſtum eſt. Quæ enim per aluū excremētorum deiectiones ſunt, eas adſtringentia retinere ſolent. Quæ per vrinas, & vniuerſam excūt cutim, hæc detinent ea quæ exiguis meatibus inhærēt: ἐμπλαστίμινα vocāt, præterea quæ valenter adſtringūt, ea στρυφνὰ Græci vocāt. Ptiſſana verò nec exiguos cutis meatus obturādi, nec adſtringēdi vim habet vllā. Ac quòd nō adſtringat quidē, vel guſtus ipſe docet: cuius vnius eſt propriū, quod adſtringēdi vim habeat, diſcernere. Quòd verò nec cutis meatibus lētitia craßitudinéve ſua inhæreat, id ratiocinari ex alijs eius effectibus eſt prōptum. Nam ſiue ſordidū corpus extrinſecus ptiſſana defrices, vtiq; ſicut aphronitrū, & mel deterget. Siue ex ventriculo per vomitū educere mediocrē pituitā velis, nihilominus mulſa vtilem ptiſſanæ cremorē experieris. Additū tamē in dictionē eſt, mediocrē: quoniam ſi multa & vehemēter glutinoſa, & craſſa pituita ſit, hanc radicula ex oxymelite, non mulſa, aut ptiſſana detergere eſt habilis. Eſt ſanè et aqua mulſa ad omnes antè dictas expulſiones idonea. Verū nec

ſitim

sitim restinguit vt ptissana, & in amara bili abundãtibus naturis facilè vertit in bilẽ. Optimum igitur (vt prædiximus) in eiusmodi tẽperamentis nutrimentũ est ptissana. Proximũ ab hoc alica, cui paululũ aceti ad faciliorẽ distributionem sit adiectũ. Tertiũ, quæ sine aceto liquida est, nõ crassa: qualem nonnulli præparãt adsimilem pulti. Iniecisse verò huic, dum coquitur, aliquid porri satius est. Nã quòd tũ anethi,

10 *tum salis aliquid necessariò habebit, neminem latet. Quinetiam in furno coctus panis vtilis est cibus: sicut etiã è piscibus saxatiles omnes. Nec ipsis minus aselli: nisi si prope lacũ, aut magnũ flumẽ, quod in mare decidat, depasti, humidam magis glutinosamq; habeant carnem. Proximè asellos sunt solea & torpedo, itẽq; lupus & mulus, pòst mugil è pelago. Omnis autẽ piscis deterior est, qui prope lacum qui mari cõiungitur, aut magni fluminis ostiũ pascit. Ex volatilibus*

20 *autem optimi sunt perdices, ac montani omnes passeres. Ab his gallinacei, & phasiani, & iuuenes colũbæ. Sed nec hæ tamẽ intus claudẽdæ, cùm excremẽtosa sint omnia quæ exercitatione carẽt. Excremẽtosa verò nõ minus sunt, tũ lacustria, tũ palustria omnia. quo fit, vt etiã ex ipsis suillis carnibus optima sit montana. ab his deinceps hædi sunt. In omnibus iã dictis fugiẽda, tũ vetula, tũ recẽs ædita, sunt. Illa nanq; duriora, cõcoctuq; difficilliora sunt: hæc immodicè humida, &*

da, & excrementosa:ac potißimũ quæcunq; ex animaliũ generib⁹ sunt, quæ naturaliter humida sunt, vt oues, suesq;. Verùm de omniũ ciborũ facultate alibi præcepimus. Nunc veluti alia in hoc opere, sic ista quoq; exẽpli causa sint dicta. Siquidem propositũ nobis in hoc est, nõ tãquam in ijs quæ de alimentis, & medicamẽtis scripsimus, materias inuestigare, sed solas facultates generales. Nihil autẽ profectò referat, generalésne facultates, an vniuersales, ipsas appelles. 10 Reuertamur ergo rursus ad propositũ. Quibus acre aliquid quotidie transpirat, ij si cutis ipsis stipetur, prõptè febri corripiuntur. Stipant verò hãc tũ quæ adstringũt omnia, veluti paulò supra memorauimus de Albulis aquis: tum quæ lentitia craßitudinéve sua exiguis meatibus inhæret. Aliquãdo aũt ipsius cutis immoderatior siccitas exiguos ipsius meat⁹ dẽsat. Proinde qui cenãthe in balneo vtebatur, hũc, nos vidisti quo tẽpore inæqualitatẽ sentire se quereret, vti, vetuisse. Simili modo et qui largo vino, cũ oleo exiguo vtebatur: itẽ, qui lentiscino, tum cùm dẽsitudinem sentiebat, hũc quoq; de cætero (vt scis) vti prohibuimus. Inhibuimus non minus & eũ qui quotidie insolabatur, & eũ qui puluere vtebat. Alteri verò qui iã ad inæqualitatẽ febrilẽ peruenerat, vehemẽtiã remittere frictionis iußim⁹. Iam aliũ (vt scis) curauimus mirãtẽ quo pacto vna lauatione, ac debita frictione horridã eius

mul

multorũ dierũ inæqualitatẽ dissoluerimus. Vtebatur autẽ & ille adstringẽte oleo: hoc inquam iure propter alios vsus celebri: Hispanũ vocãt. Hoc igitur mutãtes, ac Sabino tum pinguiter, tum molliter vberius perfricãtes, ac bis lauantes, illico sanum reddidimus. Non solùm igitur hæc omnia vitãda ijs sunt, qui fumidũ & fuliginosum è corpore exhalãt: sed etiã quæ glutinosum, & quæ craßũ gignunt succũ: quãdo hæc paruis

10 *meatibus inhærẽtia trãspirationem morantur. Retinent nõ minus (vt dictũ est) trãspirationẽ, & quæ cutim immodicè siccãt. Multos si quidẽ talium cùm Sole vterẽtur, alios verò cùm vberiore nitro, alios cũ sale, aut exercitatione multa, aut frictione dura, præterea frictione sicca (ξηροτριβίαν vocant) [& calidis fomentis] & puluere, et horũ occasione quot annis ægrotarẽt, ipse testis es, vt ab his prohibitos, multis iam annis sanos seruauerimus. Sũt autem meritò eius-*

[Ista non sunt in Græcis.

20 *modi præcepta, tum valẽtium, tum eorũ qui de valetudine querũtur cõmunia. Nõ enim ei quæ iam facta est febri cõsulunt: sed ei quæ nũc in generatione est, prospiciũt, tollendis scilicet ijs quæ illas excitant causis. Quippe quæ adhuc in generatione febris est, dum aufertur causa, ipsa vnà interit. quare quæ in libris de sanitate tuẽda de eiusmodi tẽperamẽtis sunt prodita ea omnia ad eos qui febricitare incipiũt, siue id sanationẽ appellasse oportet, siue prouidentiã, sunt trãsferen-*

dá.

da. Siquidem ſanamus id febris quod iam inuaſit, etiam ſi exiguum eſt. Proſpicimus ne quid amplius proueniat, adimentes cauſam.

CAPVT III.

*VEluti verò iam dictarum maximè naturarum, & cùm valent, & cùm de ſe queruntur, illud cōmune conſilium eſt, vt fluxile & tranſpirabile vndiq; corpus reddatur: ita illud quoq;, vt tum vigilias, tū iram, tum triſtitiam, tum curā, tum vſtionē, tum frigus, tum laßitudinem fugiant, cùm promptißimè poſt hæc, eiuſmodi tēperamenta febri capiātur. Sanare verò ea quoties ex aliqua dictarū occaſionum febricitarint, oportet, partim ſimiliter ijs quos ex ſtipata cute laborare dixim⁹, partim dißimiliter. Quippe in prima acceßione inclinātē ducēdi in balneū omnes ſunt: tum pinguiter ſimul ac molliter fricandi ij quidem, qui ex aliquo quod cutim adſtrinxit, laborāt: ſicut dictū eſt: qui verò ex ſiccitate, fricādi quidem & ipſi, ſed parcius: lauandi autē vberius. Reſpiciendū verò ſemper ad *virtutis modū eſt in omnib⁹ eiuſmodi auxilijs. Atq; iræ quidē, & triſtitiæ, & vigiliæ, ac curæ, nec frictione, nec lauatione multa indigēt. Sed omnib⁹ qui ex eiuſmodi occaſione febricitarint, oleū infundendū tepidū [largè] eſt cui minimè adſtringēs vis inſit: tum paululū fricādi, atq; ex cōſuetudine lauādi. Vſtio verò protinus ab initio refrigerationē deſyderat, tū crebiorem*

* In quibuſdam antiquis legitur, Διαθέσεως, id eſt affectus.

laua

lauationem: minimè verò aut oleũ largum, aut crebram frictionẽ. Sint autẽ quæ refrigerent, & rosaceum, et omphacinũ, quod etiam (arbitror) omotribes, id est crudum oleum nominãt. Vtiliora verò ex iis sunt quæ nihil in se salis omnino habẽt. Efficies hæc magis frigida, si ita vas in quo cõtinentur, in puteo suspẽdas, vt aquam tãgat. Præterea si defluxus frigidæ aquæ vasi se illidat, magis hũorẽ refrigerat. Quòd si largius 10 refrigeratam cupis, vas niue circundabis. Infundere autẽ syncipiti, sublata in altum manu, per mediocrem lanæ modum oportet. Hæc vsq; ad inclinationem faciens, in balneum duces. Si verò qui memorato est temperamento, de quo omnis hic sermo est, ex frigore febricitet, etiã ducendus ad balneũ in remißione is est. Si autem cum grauedine & destillatione febricitet, priusquam hæc cõcocta sint, lauandus non est. At qui ex vstione febricitant, ij vel cùm hæc adsint, lauari 20 debebunt: veluti in libris de sanitate tuenda ostendimus. Post lauacrum verò, iisdem quibus antè, madefaciẽda amborũ capita sunt: eorũm quidem qui ex vstione febricitarũt, refrigerantibus: qui ex frigore, calfacientibus. Sũto autem & hæc post balneũ mediocria: cuiusmodi irinũ est, & nardinũ vnguentũ. Verùm de his immorandũ pluribus nõ est, præsertim in libris de sanitate tuẽda iam proditis. Sed suffecerit dixisse reliqua simili modo in febricitãtibus esse faciẽ-

da quemadmodũ in vſtis & refrigeratis citra febrem, facienda præcepimus. Non tamen quouis tempore lauãdos febricitãtes eſſe, ſed in acceſsionis remiſsione. Præterea qui ex vſtione febricitãt, iis intendendam quæ ex refrigerantibus constat, curationẽ eſſe: iis verò qui ex frigore, eã quæ excalfacientibus conſiſtit, remittendã. Reliquũ autem fuerit, vt communitatem ac differẽtiam in victu omniũ comprehenſarũ conditionum in propoſito tẽperamẽto, vbi febri diaria laborat, 10 exponamus. Omnium igitur cõmunis victus ſpecies eſto, quæ & boni ſit ſucci, & concoctu facilis, & quæ nuſquam exiguis cutis meatibus inhæreat. Sed iis qui exuſti ſunt, cum eo quod refrigeret & humectet. Pari modo iis quos ira malè habuit. His verò qui refrigerati fuerũt, cum eo quod calfaciat medicè. His qui peruigilio, & triſtitia, & nimia cura ſunt affecti: quod humectet ac ſomnum cõciliet. Ad eũdem modum iis qui fatigati ſunt, magis nutriẽs. His qui refrige- 20 rati ſunt, minus nutriẽs. Reliquis quod mediũ ſit amborũ. Vinum verò ipſe cõſcius es omnibus me eiuſmodi [naturis] cõcedere: ſed quod tũ aſpectu, tum viribus ſit aquoſum. Id enim ad omnia vtilius quàm aqua eſt, vtpote quod & cõcoctionem iuuet, et vrinas ac ſudores prouocet. Cõſtat autẽ & Hippocratẽ nõ in diariis modò febribus verũetiã in acutis, ex iis quæ de acutarũ victu, prodit vinũ dare. At in ſexto Epidemion, ſiue

[Non eſt hoc in Græco, neq; addendum videtur.

siue ipse sit, siue Thessalus eius filius, vinũ calidis tẽperamentis prohibet: idq; nõ modò cùm febricitãt, sed etiã per sanitatẽ. Quippe in calida natura suadet tum refrigerationẽ, tum aquæ potionẽ, tum quietẽ. Nisi fortè copiosius vtendũ esse aqua quã vino eiusmodi naturis suadere eũ dixeris, quemadmodũ nõnullis placet. Hoc igitur seorsum per se disquiratur. De potione verò frigidæ decidendum. Ego igitur censeo eius generis
10 *naturas, & dum valent, eiusmodi potione magnopere iuuari: nec in diaria febri iis quibus in vsu fuit eam circũcido. Si quis verò non adsueuit, huic per febrem dare non inceperim, nisi pristina planè sanitate prius reddita. Quòd si vel propter timiditatem, vel propter cõsuetudinem à pueris, vel falsam opinionẽ, frigidam timeat: tum opere homini persuadeam, obseruans in æstate cùm æstuat: tum oratione post opus. Nam vbi post vsum eiusmodi potionis liberatus sta-*
20 *tim ab vrendo æstuandóque est, visusq; firmiorem ex eo stomachum quàm antè habere, tum ventriculus illi biliosum deiecit, & probè concoxit, ac corpus, cùm ea iterum iterũq; vsus fuerit, reficitur, tum verò aliis quoque ei indicatis, quibus simili ratione contuli, exposuerim primum quidem illud esse omnium longè verissimum, quòd contraria contrariorum sunt remedia. Proditum autem mihi de hoc prius est: mox illud, quòd temperamentum eius sanita-*

tis symmetriam egressum morbo est propinquũ. Tum quòd sanitas eiusmodi corporum dubia est, ac potius in affectu, quam schesin vocant: quàm in habitu, quam hexin. Præterea quòd si boni temperamẽti esset, hoc illi omni studio tuerer: cùm verò vitiosi sit temperamenti & naturæ, in melius immuto. Porrò dictũ & de his fusiùs est in libris de sanitate tuenda. Vnde nec immorandum mihi hîc multis est eos imitanti scriptores, qui cùm pauca prorsus sciant, ipsa omnibus libris inculcãt. Id enim non multa est docere, sed multa scribere, & multas chartas consumere, cùm liceat paucas: ac multũ tẽporis nulla necessitate conterere. Itaq; nec notas diariarũ febrium hoc loco describo, vtpote iam prædictas mihi in sẽcũdo de crisi propemodũ vniuersas: si quæ verò reliquæ fuerũt, etiã in primo de febrium differentiis proditas. Quinetiam in libris de pulsibus, quantum ex ipsis sit vtile, exposuimus, soli (vt scis) omnium qui ante nos fuerũt. Idque adeò (arbitror) clarè, vt nec puerũ quod tradidimus, lateat: cùm Archigenes (vt ostẽdimus) nõ docuerit, sed deblaterarit plurima tũ in opere de pulsibus, tũ in eo quod de febriũ significatione inscribit. Tanquã autem eũ qui in aluminosa aqua se lauit, medici vsq; in tertiũ diem cibo abstinere iusserunt, ad eundẽ scis modũ neminẽ eorum qui vel exusti fuerũt, vel alia quapiã ex iam dictis causis febri tẽtati, lauisse, aut nutri-*

10

20

* καὶ κοπωθέντων additur in antiqu. id est lassitudinem passi sunt. quod de esse mox sequentia indicant.

triuisse, priusquam diatriton transmisissent, necesse enim profectò est et me diatriton dicere, ne in hoc quoque nugis eorum me exponã, dicentium aliã esse tertij diei accessionem, aliã ipsam primam diatriton, quippe hactenus eorum nugas processisse, ipse aliquando audisti. Sed siue primam diatriton, siue alíud quiduis appellasse velint, nõ semel nos bis ve aut ter, verùm sæpius quàm vt meminisse possimus, tum in primo statim die ad vesperam eos qui diaria febri laborarũt, lauimus, tum vel magis in secũdo, imò etiã in ipso tertio, céu paulò antè diximus de eo cui stipata cutis fuerat. Verùm hanc causam rarenter vidi febrem accendere: (itaq; etiam hãc maximè tractandã desumpsi) vstionẽ verò & lassitudinem et cæterorũ singula planè sæpe. Vidisti autem, eos omnes quarto die manè ad solita redire munia: ac medicis qui ipsos tertium diem prorsus in cibi inedia exegisse fuerant opinati, occurrere. Itaq; etiam miranti tibi ac quærenti quid demũ causæ esset, cur vel nunc saltẽ eiusmodi medici ab iis quæ perperam opinãtur, non recedant, conuenienter (vt arbitror) respondi, quòd neque veram speculationem noscerent, & nunc eam incipere discere erubescerẽt. Aliqui tamẽ (veluti confitentem aliquando ex iis quendam, idq; cũ lachrymis, veritatem nobis solis audiuisti) nec vitæ sibi necessaria aiũt adfutura, si qui eos scire aliquid existimant, discentes iam

videant. Verùm tu hoc semel audisti. Deos autẽ omnes testor, multos id mihi sæpe soli confessos: idq; lachrymãtes, ac infelicitatẽ suam deplorantes, quòd sub malis præceptoribus tẽpus perdidissent. Iuróq; tibi rursus deos, illud quoque mihi persæpe à cõdiscipulis dictum esse, cùm essem adhuc ætate adolescẽs. Nã cùm mihi mos esset, vbi aliquis me de secta aliqua num sana esset percõtaretur, dicere, me respõdere non posse, nisi reliquorũ omniũ dogmata didicissem, ac methodũ 10 quãpiã mihi cõparassem, qua quod potius esset discernerem: nõ pauci ex cõdiscipulis qui hæc audierant, mihi responderũt, me & excellẽti natura, & singulari propter patris mei liberalitatẽ esse eruditione, tum & ætatem ad discendũ idoneam, & impẽsas vnde disciplinis vacem suppeditatas habere: secum nõ ita agi, qui & rudes in primis disciplinis essent, nec acuto vt ego ingenio, ne quod impenderent habere. Itaq; cõtentos esse oportere iis quæ nũc nossent, qualiacũq; ea fo 20 rent. Minimè igitur mireris cur plerosq; medicorũ nõ pudeat diatriton in ore habere, etiam si sexcẽties nos præsagire in ægris viderũt, diariáne febri laborarent, an ea quæ tertio quartóve die accessionẽ aliquã esset habitura. Illud potius æstima quod Hippocrates monuit, homo aliàs ingenio maximè philosophico: Cùm in acumine " morbus est, statim tũ vltimos labores infert, tũ " tenui ad vltimũ victu necesse est vti. Vbi verò "
non,

nō,sed licet liberalius cibare:tantū est de vltimo remittendū,quātum morbus vltimis est mitior. Labores nanq; dicit omnia quæ hominē offendūt:vltimos verò maximos:quales vtiq; in summo vigore fiunt. Iubet autem reseruari in id tēporis summā victus tenuitatē:nihil profectò docens diuersum ab eo quod alibi dixit: Cū in sum
» mo vigore morbus est,tum victu vti tenuissimo
» est necesse. Atqui fieri nō potest vt summā vi-
10 ctus tenuitatem ad summi vigoris tempus differas,nisi inter initia conieceris circiter quotum diem in vigore morbus sit futurus. Sed & insanire Hippocratem dicūt,qui hæc scripserit, & tametsi nos opere ea ostēdimus,omnia potius putant quàm posse quempiam in prima aliquādo accessione certam notitiam affectus ipsius ægrotantis habere. Ego verò nec in omnibus ægrotātibus fateor exactè me scire in primo die affectum,nec vllam diariam me febrem posse fugere:at verò vt nihil in victus ratiōe primis saltē
20 diebus pecces,hoc satis est,si discernere diariā à reliquis queas. Ac ꝑpterea quarto die,in quo illi hominē quē iam siccarūt,primū nutrire incipiūt:nos ad cōsueta dimittimus: ac à diariis in acutas febres trāsitū fieri hac victus ratiōe ꝓhibemus:cū si quis aliter cibet,excipiēt necessariò iā dictas naturas ardētissimæ febres. Sūt enim aliæ naturæ quib. aut nihil,aut nō magnopē īcōmodet tot dierū inedia:sicut è diuerso aliæ quib.

non modò innoxia, sed etiam vtilis est triū dierum inedia. Verùm de cæteris naturis pòst decérnam. Propositum verò nunc nobis ab initio temperamentū inediæ in summū ducunt discrimē, in quacūque iniungantur febri, nō solū ijs quas modò commemoraui diariis.

CAPVT IIII.

*ETenim si propter obstructionē aliquando (vt dictum est) morata transpiratio est: si parua ea sit, qui rectè deterserit, secundam fore accessionē vetabit. sin momentanea, nō possit ita promittere. Quòd si & multi, & crassi, & glutinosi impacti succi sint: quæ hos excipit febris, fieri nō potest vt intra fines diariarū consistat, quando ex necessitate huic in mali succi naturis ea quæ ex putredine humorum accēditur, succedet. Nam in aliis saltem temperamentis, quæ in sequentibus exponam: excitari ex tali causa potest citra humorum putredinē aliqua *continentis febris species. Porrò capere eiusmodi sermones omnino non potest, qui prius in memoratis operibus nō sit exercitatus: ac potissimùm in eo quod de febriū differētia inscribitur. Nā vbi obstructio quæpiā mediocris est, ob quā febricitant quibus vitiosus est succus: in primo die, atque etiam secundi aliqua parte nullū est in pulsu putredinis signum, æquè vt nec cruditatis in vrinis. Protracta tamen remissiōe, nec amplius pro ratione, sicut post summum vigorem incepe*

* συνόχȣ.

rat,

rat, cedēte, suspectus affectus est: veluti è diverso in quibus ad dissolutionē festinat, vel halitus aliqui vel sudores exierunt, vel multa bona vrina, cū signis in pulsu bonis, in iis proculdubio diaria febris est. Sed quæ ex parua oritur obstructione, ea (vt dictū est) saltē inter initia similis diariis est. Protracta tamē inclinatione, suspecta redditur: quãuis putredinis indicia in pulsu adhuc nō appareāt. Quippe nisi vitiosus succus
10 penitus transpiret, necesse est putrefiat. Ergo vt trāspiret, maiore iā auxilio est opus. Ac si quidē vel puer vel senex sit, sanguinē detrahere nō licet. Inter has ætates: vbi robur ægro nō deest, secāda vena est, etiā si plenitudinis signa nō adsunt. Præstat enim vitiosi succi maiore parte emissa ad detergēdas obstructiones accedere, cum alioqui metus sit, si obstructionibus liberandis priusquā vacuaueris studeas, ne ipsas magis impinguas. At soluūt quidem obstructiones, quæ
20 detersoriā facultatē obtinēt, seu foris cuti sint admota, seu intrò in corpus accepta. Periculū verò est etiā ne quæ foras trahūt, vnà cū iis quæ obstruūt, etiā aliud quippiā attrahant, & quæ ab interno sursum ferūtur, aliquid secū ex iis quæ in vasis cōtinentur, rapiāt. Quod ipsum si tenax sit & crassum, obstructionē planè geminabit, sin aliter, multitudine certè sua nō parū omnino nocebit. Cernimus enim aliquādo etiā quod multū est, cùm simul totū cōfluit, obstruēdo, hærere,

insigíq;,nõ minus quàm ea quæ glutinosa sunt & crassa,quòd si per meatus angustos est trãsitus,multò profectò magis retineri. Quò igitur & his iter *liberũ,& quæ foris admouētur,attractio tuta sit,vtilissimum est corpus inanisse. Quinetiã fumosa fuliginosáq; succorũ excremẽta quæ trãspirant,succis ipsis imminutis paucio ra restabũt. Quare inde quoq; minor reddetur febrilis calor,sic vt foras trãspirare si exiguæ ob structiões sint,queat. Ergo cũ suspitio erit cutim esse ex obstructione occlusam(id quod tum ex eo coniicies,quòd nõ fuerit in primæ accessionis remissione vacuatio satis magna,tũ quòd similis sibi perdurauerit remissio)si homo ex nulla manifesta febricitauit causa,etiã certius argumẽtũ obstructionis habes,sin ex euidẽti aliqua causa,fieri potest,vt duæ simul coierint causæ, nã si altera tantũ causarũ nẽpe quã externa impressit,subesset,imminuta remissio fuisset cũ sensibili alicuius expulsione. Haudquaquã igitur differendũ est sanguinis aliquid ita laborantiũ mittere,scilicet tũ ad virtutis,tũ ad obstructiõis modi portionẽ. Discernetur autẽ obstructionis magnitudo ex ipsa magnitudine febris:vt quæ ex maiore obstructiõe maior,ex minore minor inciderit. Vbi verò medicè vacuaueris,haud multò pòst aut nutrimentũ aliquod aut pharmacũ ex iis quæ detergẽt,exhibebis. Sũt porrò nõ multa quæ in febribus id præstent. Sed sicut dictum prius

*ἀσφαλὴς id est tutũ.

prius est, in alimentorũ ratione sunt ptissana et mulsa: in pharmacorũ, oxymeli, & quæcũq; incoquere in mulsa licet, ceu calaminthã, & hyssopũ, & origanũ, & serpillũ, & irim, et apiũ. Verũ hæc omnia iusto sunt calidiora, ideóq; febres accẽdũt, ita vtiq; vt vinũ. Oxymeli verò solùm nec febres accẽdit, & strenuè deterget, sic vt ea quæ glutinosa crassáq; sunt, dissoluat, & meatus obstructos liberet. Porrò inter mulsam &

10 *oxymeli mediũ locũ habet quod* ἀπόμελι *Græcè dicit᷑: cuius plurimus in Peloponeso est vsus. Non immerito arbitror & sacchatũ inter hæc numerandũ. Ex hoc victu seruabis quantũ de febrili calore minuitur. Etenim si tertio die manè videris minimũ esse q̃d de febri relinquit᷑, ac neq; putredinis humorũ ĩ pulsu nota subsit, neq; in vrina cruditatis; suspecta verò hora qua primo die febris occupauit, extra meridiẽ sit, audacter hominẽ quamocyssimè lauabis, lõgè ante*

20 *sextã horã. Abũdè tamẽ sit, si intra tertiã horam lauationẽ cõpleueris. Ad eundẽ modũ & si decimã horam suspectã habueris, vsq; ad septimam laues licet: cùm treis æquinoctiales horas quatuórve inter balneũ accessionísq; tempus interponi, abũdè sit satis. Debet autem in balneo corpus prius vnctũ ac moderatissimè frictum, mox detergeri extrinsecus, abluíq;. Sanè detergentium materiam expositam habes in cõmentariis iis, qui de medicamentis sunt conscripti.*

De

Deligēda verò semper sunt, quæ ad rē propositā sint accōmoda. Quippe distincta in his sunt, tū quæ magis, tū quæ minus detergēt. Sed & nunc exēpli causa pauca dicemus. Moderatißimè detergēt tū erui farina, tū hordei, tū fabarū. Præterea mulsa quæ sit aquosa, magis verò quàm hæc iris, & panacis radix, & aristolochia, & mulsa quæ mediocri est mistura: veluti etiā hac magis, quæ meracißima est. Fit hæc vbi mista melli exigua est aqua: sicvt liquatū mel exiguos cutis meatus facilè ingredi poßit. Possunt autem vel hac magis detergere tum spuma nitri, tum nitrum ipsum, tum aphronitrū. Sit autē nitrum oportet quod ex tenuibus partibus cōstet, cuiusmodi Bereniciū est. Si verò lapidosum sit, vri id læuigaríq; diligenter debebit. Mel autē purißimum, acerrimúmq;, cuiusmodi est Hymettiū. Est autē & sapo ex ijs quæ maximè detergere valeāt. Atq; hæc satis multa detergētiū materiæ exēpla sunt. Tēpestiuum enim est iam ad ea quæ post balneū adhibētur, accedamus. Sunt autē ea minimè multa. Nam præter aquam quæ parum apij incoctum in se habuerit, nihil his est offerēdum. Licèt quod inter balneū & suspectas horas spatiū erit, triū fore horarum cōijciamus. si verò circa vesperam, aut duabus horis citius quā primo die acceßio inuadet: tū lauisse manè liceat, tum cibasse, sed tātùm ptissanæ cremore. Deinde si suspectæ horæ nihil prorsus afferant,

&

& lauare rursus si velit, licet, & cibare, ad eas quas diximus cõsyderationes intẽto. Sin aliquid eueniat, & cõferendũ id est cum accessione quæ primo die inciderat, & tũ vrinæ consyderandæ tũ pulsus sunt. Quæ omnia profectò mediocria apparebunt, vbi exigua relinquitur obstructio. Quare ipsum & lauabis quarto die, & cibabis, ad iã dictas cõsyderationes spectans: sperabísq; nihil quinto die superuẽturũ. At si magna ob-
10 *structio facta sit, ea febris ex diariarum genere nõ erit. Quare in proximum differatur librum, cùm in hoc de diarijs tãtum agere statuerimus.*

CAPVT V.

QVoniã igitur diariæ febres in propositis corporũ tẽperamẽtis sæpenumero etiã ciborũ cruditatibus succedunt, proximũ fuerit de ipsis differere. Ergo pessima quidẽ in eiusmodi tẽperamẽtis cruditas est, citissiméq; febrẽ accẽdit, in qua cibi in nidorulẽtã & fumosam qualita-
20 *tẽ corrũpũtur: quãdo ea quæ in acidã vertit, vt rarò talibus naturis contingit, ita minus nocet. Dicemus autẽ de vtraq; seorsum, incipiẽtes ab ea quæ sæpius his incidit, & magis lædit. Ea est (vt diximus) nidorosa quædã ac fumosa. Quæ vtiq; si aluus lubrica est, minus est noxia. Sin adstringitur, grauis est. Siquidẽ ex adstrictione eius vitiosæ naturæ in febres promptè incidunt, ac potissimum cùm neglecto consilio in lectulo domi manendi, ad solita conuertuntur opera.*

Febr-

*Febricitãt autem nõnulli & ex ijs, quos diarrhœa ex cruditate malè habet. Quibus vtiq; nõ minimè proritatur febris ex desurgẽdi frequentia. Quòd si etiã rosio, aut dolor, aut calor immodicus in vẽtriculo & intestinis sit, hinc vtiq; vel lõgè magis affectio febrilis increscit. Est autẽ eorũ quibus clausa aluus est, & quibus fluẽs non eadẽ sanatio. Itaq; etiã seorsum de vtrisq; agetur. Apparebit enim sic tractãtibus, nõ solùm quatenus differũt, sed etiã quãtũ ambobus sit cõmune. Si igitur ea tãtũ quæ corrupta fuere, vacuata esse videtur, tũ lauãdũ tũ nutriẽdũ in remißione febris est: sed ijs quæ circa ventriculum sunt, prius cõsulto. Sin ita multa inanitio aut prius facta sit, aut nũc etiã in homine duret, vt virtus iã d[illegible]ssa sit, satius est omissa lauatione cibare: sed cõsulto prius ijs quæ circa vẽtrẽ sunt. Cõsuletur ita laborãtibus, si modò vacuatio amplius nõ duret *fomẽto ex oleo & absynthio. Expedit autẽ tingi absynthiũ, quo minus nidore offendat, feruẽti aqua. Quòd si quis morsus, aut doloris sensus in vẽtriculo adhuc superfit, incingi illi penicul⁹ post fomẽtũ debebit, qui vel calid⁹ sit & siccus, vel ex oleo in quo absinthiũ incoctum fuit, madẽs, ac plurimũ expressus. Sati⁹ autẽ fuerit, si nardini vnguẽti quod curiosè sit factũ, facultas sit ex eo peniculũ eodẽ modo imbutũ vẽtri incingere. Iã multò etiam satius sit si purpura marina is sit: atq; etiam longe optimum, si optima*

*ἐμβροχῇ.

10

20

ma

ma ſit tyria. Quippe tenuiorē adſtringēdi vim habet tū ea purpura, tum optima nardus, ita vt vis earū ſiccādo, calfaciēdo, ac robur inſerendo, in corpora quæ circa vētriculū habētur, altè penetrare poſsit. Quòd ſi os vētriculi (quod ſtomachum appellare ſolemus, abutentes nimirū appellatione) imbecillius ſit: etiam tanta portione chiæ maſtiches in nardino tunſa, vnde ſordium craſsitudo exiſtat, madefactam ex eo purpurā
10 *imponemus. Eſto autē abūdè calēs taliū quodque, cū primùm imponitur. Quippe quæ tepida ſunt, omnia vētriculi firmitudinē diſſoluūt. Nō autem te fugit, ſolere me vnguēta calefacere in vaſe duplici: vtiq; coniecta prius in vas maius, aqua feruēte: quando aliter calefactis vitiatur eorū facultas. Cæterū fluēte adhuc aluo, vtilius eſt optimo recētéq; melino ſimili modo quo nardino vti. Vtile autē ad omnia talia eſt & ma-*
20 *ſtichinū. Nō in poſtremis accōmodata ſunt eiuſmodi vētriculi affectibus & vnguēta ea quæ ad gratiā delicatarū mulierū fiūt, hæc inquā prætioſa quæ Romanorū luxus videtur inueniſſe, appellationéſq; Romanas dediſſe. Nominantur, enim tū ſpicata, tū foliata. Si verò qui affligitur cinctū nō patitur, ſiue ob cōſuetudinē, ſiue delitias cingi recuſet, licet cerato idem efficias. Eſt autem in eiuſmodi vſum optimum, quod ex cera fit Thyrrhenica in vnguento nardino liquata, cui poſtquam * refrigeratum eſt, aloës ac*

* Non ψυχθείσῃ, legendum erat, vt in impreſ. ſed ξυχθείσῃ, vt in anti. id eſt ad liquorem fuerit redactū ceratum.

maſt

masthiches mollissimus puluis est admistus. Debet autẽ singulorũ hic esse modus: ceræ ac nardi partes pares: aloës pars octaua: sic etiã & masthiches vel (si placet) huius paulò aliquid plus. Quòd si cerato aliquid è sumptuosis his vnguẽtis admisceas, præstãtius medicamẽtũ habebis. Si autẽ vẽtriculus intus vritur, ita vt affect⁹ quidã phlegmonæ similis in eo cõsistere videatur, vtilius est ceratũ quod ex melino cõficitur. Sũt porrò alia medicamẽta nõ pauca. Alia quidẽ ex œnãthe, alia ex hypocistide, & balaustijs, & palmularũ carne cõfecta, quæ vẽtriculo tũ refrigerando, tũ verò firmãdo sint idonea. Horũ ergo quod ad rẽ præsentẽ sit cõmodissimũ, id deliges, ijs quas memorauimus cõsyderationibus intentus. Cibandi verò his sunt: fluẽte quidem etiamnum vẽtre polenta, & pane, quem Græcè ἰξυλιπῆ vocant, qui vtiq; minimũ aceti habeat, nõ sicuti in dysenteria & diutina diarrhœa præparare solemus. Inspergere autẽ polẽtã debebis aliâs aquæ calidæ vbertim: aliâs, vbi scilicet venter adhuc plus iusto excernit, vel mali punici, vel pirorũ, vel malorũ succo: potissimũ cotoneorũ. Quòd si iucũdius laborãti erit, etiã decocto ex piris, aut malis, aut myrtis, præparato, polẽtã insperges. Sin vẽter non amplius excernit, suffecerit tum alica similiter ptissanæ præparata, hoc est aceti habens pauxillum: tum ex ea sine aceto sorbitio: tũ gallinaceorum testiculi: & saxatiles ex albo iure

iure pisces: præterea fructuũ aliquis ex ijs qui ad stringãt, vel solus, vel cũ pane. Hos verò vel ma gis etiã vẽtre adhuc fluẽto dabis. Quòd si appe-tẽtia careãt, sic vt cibos auersentur: (incidit nã-que, id nõ paucis eorũ quos diarrhœa ex crudita te malè habet) etiã de medicamẽto quod ex suc-co fit cotoneorũ, vnũ aut duo cochlearia dãda his sunt: aut si huius copia nõ est, eius quod ex carne eorũ cõponitur. Tradita verò eius generis medi-
10 camẽtorũ cõpositio est in libris de tuẽda sanitate.

Atq; ita quidẽ in prima remißione, ijs qui ex cruditate febricitant ventre excernente, mederi cõuenit. Si verò omnino vẽter adstringitur: per-tractatis prius * præcordijs, mox toto ventre cõ-syderabis diligenter num cibus in gracile inte-stinũ, aut in colon, descenderit. Deinde ægrũ in-terrogabis, qua maximè in parte vel morsum vel grauitatẽ sentiat, qualésve habeat ructus. Vbi ex his cõpertum habueris, in quánam totius
20 vẽtris parte nutrimentũ consistat: si in superio-ribus partibus pẽdet, aliquid diatriõ pepereõ da bis, nõ medicamẽto si illius, sed eius quod in opere de sanitate tuẽda ceu & simplicißimũ, & ijs qui cruditate laborarent aptißimum, laudauimus. Post deinde præcordia, omnẽq; vẽtrẽ perfundes. Hoc verò, etiã si inferius descẽderint quæ vitio-sa sunt, facies, pluris minorísque ratione id va-riãs. Siquidẽ plus & tẽporis & perfusionis exi-gũt ad præparationẽ eorum quæ deinceps sunt

* Græcè legitur, hypochondriis. Linacer semper cum Celso & Manardo vertit præcordia: idq;, meo quidẽ iudicio, non satis rectè, cum phrenes cordi potiùs antestent, eóque magis præcordia vocari debeant.

agēda, quibus in superioribus ventris corruptū nutrimētum adhuc manet. Sin motum id notabiliter ad inferiora sit adiuuandum aut glande subdita, aut leui per inferius infusione est, vtiq; si morsus simul adsit, hanc mitigantibus, si flatus hunc comprimentibus, sin neutrum fuerit, ex melle, aqua, & paululo olei, id quod subter infundetur facietibus. Vbi vero vehementior morsus vrget, Sabinū oleū in quo aliquid seui anserini sit liquatū, est vtilius. Si vero eius copia nō 10 est gallinacei seui. Sin nec huius facultas est, caprini. Quòd si huius quoque penuria est, inijciēdū oleo parum ceræ est, potißimum elotæ. Flatus vero sanandi sunt oleo in quo ruta, & semina quæ flatus discutiunt, fuere incocta: cuiusmodi sunt apij, & cumini, & marathri, & sinonis, aliáq; id genus. Vacuata vero aluo, nutriendū protinus in cæteris quidē ijs quos memorauimus similiter est, amotis tamē ijs quæ adstrigāt. At si quidem primo die ad vesperam hæc egeris, aut 20 etiā noctis qualibet hora: etiam secundo die similem adhibebis prouidentiam. In quo etiam si planè desijt febris, lauari hominē sines. Ac vbi in sequēti nocte quietus citra offensam dormierit, sanum iam hominē prorsus existimabis. Si vero qui cruditati succeßit dies, cū sequente nocte febrē attulerit: veluti in secundo die, ita nūc & accurandus & nutriēdus homo est. Si vero & nox tertiæ diei febrile quiddā paululū affe-

rat, ne sic quidē formidādū: sed hos quoq; postridie lauabis, nutriésq;, ac reliqua omnia in illis vt ante definitū est, ad portionē exequeris. Sanè mutationes crudi alimēti in acidā qualitatem, nec incidere in eiusmodi naturis cernuntur, nisi admodū rarò, idq; ex cibis qui prōptè acescūt: nec febrē accendere diariā, æquè vt nec tarditas cōcoctionis: quādo sicubi propter talē cruditatem febricitāt, quibus amara bilis in temperamento
10 abūdat, obstructionis & humorū putredinis suspitio est. De qua postea diligētius definiam, cū de putredine agam. Nunc huic de diarijs febribus disputationi hoc adiecto, ad alia trāsibo. Fumidus vapor ex tarditate cōcoctionis, aut cruditate in qua ructus sentiuntur acidi, nūquā excitatur. Quippe frigidi halitus abs talibus succis ascendunt, híq; omnino paucissimi: minimè autem vapores multi fumidíq; ac fuliginosi, cum nec in ijs quæ extra sunt, aliter aut fumum edi
20 aut fuliginem videas, quàm fumum ex materijs (vt ita dicam) semiustis, fuliginem ex immodicè assis vstísq;. Est nanque fuligo vapor terrestris, fumus mistio quædā ex terrestri aqueáq; substātia. Verùm non est quod hoc loco audire expectes, aut queādmodum ijs qui tarde concoquunt, aut ijs qui acidū ructant, sit prospiciendū. Est enim de his tractatio ad opus de tuenda sanitate pertinēs, hîc tātùm earum cruditatum mentionem faciemus, quas febris subsequitur.

Quoniā igitur diaria febris cruditates quæ cū acido ructu sunt, nō cōsequitur: quæ verò ex putredine humorū oritur, ea quādoq; sequitur, non sine ratiōe in eā tractationē quæ de illis instituitur, distuli de his cruditatibus præcipere: sed ne tūc quidē eo modo quo in sanitatis tuendæ libris. In illis enim diximus quænā per sanitatē agēda sint illi qui cruditate laborat: hîc verò quænā in ijs febribus, quæ cruditati superueniunt. 10

CAPVT VI.

Dicta mihi fermè sunt de diarijs febribus vniuersa: quādo qui ex bubone febricitāt, medicos, quid sibi sit agēdū, ne consulunt quidē, sed vbi tū vlceri quod bubonis occasio fuit, tum postea buboni ipsi prospexerint, in remissione eius quæ inciderit accessionis, lauātur. Ac si quis tum diatriton vel nominet, omnes irrident: scholasticúmq; appellant: natura (puto) ipsa intelligentes id transmittendum nō esse, quod omnino non erit. Censéntque etiam in omnibus ijs quæ 20 *sensum fugiūt, tales debere esse medicos, quales ipsi sunt in ijs quæ sensui apparēt. Porrò in omnibus tales esse, nihil est aliud quàm intelligere quando sit in tertio accessio futura, & quando futura nō sit. Quinetiā qui refrixerūt, aut vsti sunt, aut fatigati, aut tale quippiam passi postea verò febricitarūt: hi vbi in remissione talē *status quietē qualis erat per sanitatē sentiunt: ne tunc quidē eos qui diatriton nominent: ferre pos*

* In Græco est, εὐφορίας αἴσθησιν.

possunt. Quod enim vsurpare sæpe soleo, quemlibet priuatū qui secūdū naturā se habeat, quouis sophista veriores opiniones habere: hoc etiam in diuinissima istorum diatrito videre licet: vt quæ ab omnibus qui naturaliter se habēt, sit irrisa. Nuper enim è plebe quidā qui in splēdida cœna prolixius sibi epulis potuq; indulsisset, venit domū errabūdus, ac manu deduct⁹. Cū autē ea quibus grauabatur, in ventriculo eius fluitarent, omnia ea euomuit: & per noctē quidē febricitauit. Dormiuit autē in magnā partē sequētis diei. Postea surgēs, ac paululum inambulans, lauit risitq; eum qui sibi diatriton manendam suaserat: illo nanq; autore etiā postero die inediā tolerare debuisset. Vt aūt (res ipsa monebat, & ipse sua spōte faciebat) lotus & modicè cibatus, pòst somno deditus, eoq; inoffensè fruēs, manè surrexisset, ad cōsuetaq; redisset, etiam in ipsa diatrito in qua eū tolerare inediam oportuisset, si diatritarijs medicis paruisset (ita enim eos per iocum eleganter nominauit quidam) & quidem cùm cœnatus iam ex cōsuetudine homo esset: accedēs facetus ille risum excitauit, cōmemorans quemadmodū eū qui tertio antè vesperi vomuisset, oportuisset etiā biduo inediā siccum ac sordiū plenū tolerare, ad horasq; spectantem pro diatritariorū iussu decūbere. Sūt enim (arbitror) vel plebi nō obscura, quæ præter rerū euidentiā temerè audētur. Atq; inde meritò alios

medicos, alios Græcè logiatros, id est verbis tenus medicos esse dicunt. Quomodo enim non iure hac appellatione censeatur, qui ea nesciat, quæ nemo è vulgo ignorat? Quomodo non meritissimè irridendi carpendíq; qui etiam cum talia ignorent, Hippocrati se præponunt? Verùm illorum stupiditatem ne Mercurius quidem ipse cum Musis sanauerit.

CAPVT VII.

ABsoluta verò in ijs naturis quibus amara bilis redundat, (in quibus scilicet elementum 10 *frigidum vincitur à calido, & elementum humidum à sicco) de diarijs febribus disputatione, ad aliud corporum temperamentum transeamus, quod nihil minus quàm suprà dictum vitioso est succo, in quo scilicet calidum præualet frigido, & humidum sicco. Maximè enim omnium putredinis morbis hæc intemperies exposita est, propterea quòd per ipsam sanitatem proximè putredinem accedit: veluti tum ex sudoribus coijcere est, qui grauiter his olent, tum verò ex vrinis, deiectione, atq; etiam ipsa* re*20 *spiratione. Etenim qualis est hircorum, talis & talium naturarum temperies. Ideóq; prompta est ex qualibet occasione, tum alijs morbis, tum verò febribus corripi. Nam qui hac intemperie sunt: cùm stipata cutis eorum est, effugere febrem non possunt. Sed nec cùm valentem cruditatem contraxerunt, aut perusti [in Sole] fuerunt, aut tale quippiam aliud passi. Ac vitiosis quidem habitibus stipatio cutis plurimùm esse incommo-*

* ἐκπνοῆς i. expirationis.

da

da solet. Ideoq; quibus amara redundat bilis, nõ minus quàm qui ad putredinẽ sunt proni, (ἐνσαπρωδεῖς, id est putredinosos Graeci vocant) febribus ijs quae ex stipata oriũtur cute, patent. At ab nidorosis cruditatibus, quae humidae & calidae naturae sunt (quas modò putredinosas ꝑpterea vocaui, quòd succi facillimè in ijs putrescãt) prõptius laedent. Nã de obstructione quid attinet dicere? quã idcirco maximè febres accẽdere diximus quòd putredinẽ in ijs, quae nõ trã-
10 spirãt, corporibus creet. Verũ de eiusmodi febribus pòst agemus. Sanè diariae omnes promptissimè in iam dictis tẽperamentis accenduntur: idq; ex qualibet earũ causarũ quas modò in amara bili vitiatis naturis retuli: curationemq; persimilem illis habent, ac in paucis omnino dissidẽtem. Nam cùm hae humidiores naturae sint, magis se rũt quàm illae famẽ sitimq;. Itaq; minus laedũtur hae, si quãdo fame per diatritarios crucientur: si
20 modò libera ipsis trãspiratio nõ desit. Atq; idcirco balneũ hi, ceu quod cutim eorũ laxet, vel magis, vel certè nõ minus quàm qui amara bili abũdãt, requirũt, ceu quod humectet, nõ requirũt. Quaecũq; verò de eiusmodi natura sunt dicta, eadẽ de acquisito habitu dicta esse cẽsendũ. Aliqui enim quibus boni sunt natura succi, coeũntibus aliqñ eodẽ tẽpore pluribus siccantibus corpus calfacientibusq; causis, in amarae bilis vitiosum habitũ mutantur. Da enim venisse

hominem æstatis tēpore in regionem calidā & siccā, esse præterea eodem tempore statū cæli calidum ac siccū, tum vesci eum cibis calidis siccisq; cogitare quoq; ac tristari, & vigilare, & irasci, & quamplurimū laborare, fieri autē potest vt idem homo per id tēpus venere sit vsus frequēti, & in Sole, maiore ex parte versatus, & medicamēta quæ siccent calfaciātq; biberit: veluti aliqui Theriacē, nōnulli Ambrosiā, alij Athanasiā: Scimus enim profectò medicamenta à iunioribus medicis eiusmodi nominib⁹ vocari. Cui ergo omnia iam dicta per æstatem contigerūt, hūc necesse est calidum & siccū reddiderint, ac ꝓpterea eo habitu qui amara bili abūdet: quāuis antea optimi succi fuerit. Itaq; etiā ex omnibus suprà dictis causis facilè febricitabit. Ad eundem modum & si quis naturaliter boni sit succi, ac locum temperatū incolat: si illinc se in alterum locū qui calidus sit, & humidus veris tempore transferat, idq́; statu cæli calido humidoq́;, tum omni victus ratione calida humidaq; vtatur: is quoque similiter illis qui natura sunt putredinosa, tū cæteris tētabitur morbis quibus illi, tum febricitabit non solùm alijs sicuti illi ex ijsdem causis febribus, sed etiā non minimè diarijs de quibus nunc instituimus.

10

20

CAPVT VIII.

Cum verò octo intemperies in vniuersum sint, vt ostendimus, opportunißima, ad febres

*bres est calida & sicca. Ac nisi quis hãc, vt di-
ctum est, cibet, ocyßimè in ea mutatur diaria fe
bris in acutam. Propinqua huic est, præsertim
quod ad febrẽ attinet, quamuis ad alia sit dete
rior, calida intẽperies & humida. Tertia ab his
intẽperies est simplex illa in qua oppositio alte-
ra rectè se habet, vtiq; quæ ex humido & sicco
cõstat, in altera calidũ exuperat. quippe oppor-
tunior est hæc quàm cæteræ quæ sequũtur, tum
10 vt omnibus supradictis occasionibus lædatur, tũ
vt ex diarijs in* pluriũ dierũ febres trãseat, ni-
hil enim alienum fuerit eas sic appellare. Huic
proxima est, q̃ in calido & frigido debitũ modũ
seruat, cæterũ siccũ elementũ habet humido præ
ualẽs. Ab hac deinceps media omniũ est, scili-
cet quæ mediocritatẽ in vtraq; oppositiõe seruat.
Quatuor quæ reliquæ sunt intẽperies, neq; faci
lè febribus occasione iam dictarũ causarũ pa-
tent: neq; diaria tentatæ, si inediã tolerãt, in plu
20 rium dierũ febres transeunt: imò aliquæ saltem
earum vbi redundantiam humorũ citra corru-
ptelam contraxerunt, (contrahũt autem eius-
modi intemperies aßiduè) vtilitatem ex inedia
sentiũt: ac potißimũ quæ frigida est & humida.
Ab hac quæ humida est. Tertio loco q̃ frigida.
Quarto loco quæ sicca est & frigida. Siquidem
post diarias febres discussas vbi coactus quispiã
nulla neceßitate est mirificã diatriton trãsmit-
tere, alia quidem nulla in frigidis tẽperamentis*

* πολυημέρους.

ex inedia febris excitabitur: lædetur tamen ipse siccus & frigidus corporis habitus quã maximè vt nisi longo tempore redire ad naturam qui ea sunt intẽperie, nõ posint. Cæterùm, si quod fortè fortuna his adsit acquisititiũ humorũ vitiũ, fieri potest vbi in fame & illoti per triduum custodiuntur, vt ex diarijs in plurium dierum febres immigrẽt. At quæ sicca quidem corporis natura est, sed in altera contrarietate temperata: ea in longioribus inedijs gracilescit magis, quàm quæ sicca est & frigida: reficitur tamen facilius, cùm idoneum nacta est victum.

CAPVT IX.

ENimuerò eiusmodi omnibus victus ratio alterãda est, multò profectò magis quàm ijs de quibus primũ omnium est dictũ, nẽpe calido & sicco, itẽ calido & humido. Quippe qui frigidus & humidus natura est: quoniã calido siccoq; in vtraq; intẽperie cõtrariè est affectus, contrario nimirũ vtetur victu. Melius tamẽ est non absoluto sermone contrario dicere, sed ex solius tẽperamenti indicatione: quãdo ex eo quòd eadem febri febricitãt, non diuersam, sed omnino eãdem sortientur indicationẽ. Dictum nanque sæpenumero iam est, id quod secũdum naturã est similia semper postulare: quod præter naturam est, contraria. Siquidẽ quod naturaliter se habet, custodire: quod præter naturã est, tollere oportet. Porrò febris omnis præter naturã est:

20

est: ideoq; victus rationem humidam frigidamq; exigit. Temperamenta verò ipsa, aliàs similia, aliàs postulat cõtraria. Quæ enim vitio caret, similia perpetuò: quippe quæ seruare expedit. Quæ vitiũ habẽt: veluti in opere de sanitate tuẽda est dictũ, aliàs similia, aliàs contraria. Idq; meritò accidit, cùm nec ad vnguem naturaliter se habeãt, (quomodo enim essẽt vitiosi?) nec prorsus præter naturam: quãdo qui sic attemperati
10 *essent, perpetuò ægrotarẽt. Ergo similia desyderant, tũ in alijs de quibus mox dicetur, tũ verò in vlceribus omnibus. Monstratũ enim id sæpe numero iã in superioribus est. Cõtraria verò in eo victu qui per sanitatẽ adhibetur: veluti de sanitate tuẽda docuim⁹. Sed neq; hæc perpetuò, sed tũ cũ corrigere intẽperiẽ eorũ studemus. Quippe duplex nobis in ijs, qui sani sunt, finis proponitur. Nẽpe vel corpus sanũ in pristina eius tẽperie tueri, vel etiam hãc meliorem reddere. Sic*
20 *igitur arbitror in ijs qui diaria febri laborant cibandis, vel vni febrili affectui cõtrarium, vel etiam ipsi laborãtis intemperamẽto desumam. In ea tamẽ natura quæ haud dubiè in medio tẽperamento est, ab ipsa febri contrariorũ indicatione accepta, eatenus humidum frigidumq; victum adhibebimus, quatenus siccius calidiusq; quàm antè iam redditũ corpus apparet. Verùm hoc tum perspicuum, tum indubitatum est. Reuertamur autẽ rursus ad intẽperatas naturas.*

Nam

Nã quoniã eas (sicut de sanitate tuẽda est proditum) licet & quales accepimus seruare licet, & ad melius trãsferre: satius arbitror est, cùm planè valent, nõ cum ægrotant, vel de se querũtur, victus illis rationẽ mutare. Gaudent enim naturæ cõsuetis semper: vt & Hippocrates euidentißimis argumẽtis in libro de acutorũ victu adstruxit, & in omnibus qui se secũdũ naturã habẽt, manifestè apparet. Quòd nanq; qui sibi iam displicẽt, extra cœtum eorum qui secũdum naturã se habent, sint ponẽdi: id nemo qui compos est mẽtis, dubitet. Cæterùm, ij an præter naturam se, an non naturaliter solùm habeant, id vtiq; quis æstimandũ duxerit. Atqui si ex ipsa cõsuetudine indicationem aliquam sumi conueniet: si quidem multo iam tẽpore intemperatas naturas cõtrario victu ei quæ vicit intemperiei cibauimus, ita etiã & cùm parum ex sententia se habẽt, faciemus. Sin minus, quæ similia tẽperamẽto suadet indicationẽ præferemus. Ita verò & Hippocrates mihi sentire videtur, vbi ait: Humidus omnis victus febricitantibus est idoneus: potißimũ autẽ pueris, & alijs qui ita cibari sunt sueti. Febricitãtibus enim inquãtum febricitant, ex ipsa contrariorum indicatione humidus victus cõducit: pueris ex similiũ. Eodem autem modo & eam quæ à cõsuetudine præbetur, quo eam quæ ab ætate datur, accepit. Nam & ætas cùm ex ijs sit, quæ natura nobis insunt, simi-

ſimilem ſibi victũ poſtulat: & quæ à conſuetudine indicatio ſumitur, ſic ſumpta eſt, ſicut ea quæ ab ætate. Quippe ſeruare quoq; hãc iubet, perinde ac proprium ætatis tẽperamentũ. Itaq; etiã nos tum ex omnibus quæ circa ægrum ſpectantur, eius quod cõducit inuentionem moliri: tum quando indicationes omnes ſecum conſentiant, & quando inter ſe diſſentiant, inſpicere ſemper conueniet. Omnibus enim conſentienti-
10 bus, vnam prorſus victus ſpeciem cõſtituemus. Diſsidentibus verò inter ſe, quæ valentiores, ac plures ſint, præferemus: ita vt victus ſpecies quã hæ præſcribant, præferatur: ſic tamẽ vt ne cõtraria ſit neglecta. Porrò prælatio hæc aliâs vtriſq; in vnius auxilij materiã miſtis perficitur, aliâs ſeorſum ſumptis. Ac cõmunis quidẽ hæc ratio eſt omniũ quæ inter ſe cõplicatæ ſunt, contrariarum indicationum. Quomodo autem hanc ad vſum cõferre oporteat, cùm aliquando
20 ipſi morbi coëuntes ſint contrarij, aliquando morbus vnus ſit, ſed qui contrariã indicationem ſubijciat, aut naturali laborantis temperamento, aut ei quod nunc acquiſierit: præterea ætati, & cõſuetudini, & regioni, & anni tempori, in ipſa particulatim tractatione oſtẽdam. Nunc ergo cùm propoſitum nobis hoc loco ſit vnicuiq; memoratorũ intemperiei generum idoneum inuenire victũ: cõmunis quẽ cœpimus methodi modus, veluti ſub exẽplo examinetur. Pone enim corrept

correptos febri esse duos homines, in regione natos educatosq́; temperata, nũc in ea nõ esse, imò alterum in calida, & sicca: alterũ in humida, & frigida. Præterea, eosdẽ diuerso esse, tũ temperamento, tum natura, tum consuetudine, tum ætate: etiã sub diuerso (si placet) & anni tempore, & statu cæli ægrotare: sic vt alter calidus, siccusq́; natura sit, ac tali victus rationi in totũ insueuerit: præterea iuuenis sit, et hyeme ægrotet idq́; in humida & frigida regione, ac statu cæli simili. Alter humidus & frigidus, simili victu assuetus, tũ puer ætate: ac æstate, in calidã siccaq́; regione, ac simili cæli statu laboret. quænã igitur in vtroq; horũ sunt indicationes? Nempe quæ à febricitãdo sumitur, cõmunis amborũ est: ac quæ refrigerẽt, & humectẽt, desyderãs. Reliquorũ nulla est præterea cõmunis. Siquidẽ priori & propter naturã, & propter ætatẽ, quæ simili sibi victu fuere assuetæ: siccioris calidiorisq́; tẽperamẽti cibus idoneus est. Idemq́; propter & anni tẽpus, & statũ cæli, & regionem, cõuenit. Nõ enim quæ ab his suppeditatur, indicatio similia desyderat: sed cõtraria. Alteri ex propositis, propter ætatẽ, & naturã, & consuetudinẽ, similia ipsis exhibẽda indicantur, propter ætatẽ quidem humida, mediceq́; calida, propter naturam, & consuetudinẽ humida, & frigida propter regionẽ, & anni tempus, & statũ cæli, contraria: quæ & ipsa nimirũ sunt tanto tẽperatis

frigi

*frigidiora & humidiora, quanto regiones ipsæ sunt calidiores tẽperatis, & sicciores. A cõsuetudine enim semper est indicatio similiũ, quoad scilicet ægrotãt homines. At ab ætate, natura, regione, anni tẽpore, & statu cæli, vbi tẽperata hæc sunt, similium semper * præsidiorũ est indicatio, siue valeãt homines, siue ægrotent. Cõtrà, ab intẽperatis anni tẽpore, statu cæli, & regione, contrariorũ est indicatio. Cæterùm, ab ætate*
10 *& natura non absolutè, sed cum consuetudine. Porrò, nihil in cõtrariis indicationibus tam cõuenit expẽdi, quàm magnitudinẽ * eorum quæ ad indicationem coïerunt. Quam vtiq; in libris de sanitate tuẽda duplicẽ esse ostẽdimus. Alterã quæ ex ipsorũ, quæ indicantur, dignitatibus censeatur. Alterã quæ ex ipsorũ (vt sic dicã) propriis substãtiis spectetur. Quas ex cõferendo cũ mediocri, & quod secũdũ naturã est, accipiẽdas esse testati sumus. Nisi enim ita quis indica*
20 *tionũ potestates examinet, nequeat sanè mẽsuram victus inuenire. Cùm enim refrigerãdum humectãdumq; esse febris perpetuò indicet, reliquorũ verò quodq; prout dictum est, vbi cõcors eorũ indicatio est, nullũ exhibetur negotiũ, vbi discors, pro pluribus ac potioribus formari victus ratio debebit. Siquidẽ in modo ꝓpositis, ex eo quòd febricitãt, cõmunis refrigerãtiũ ac humectantiũ indicatio præstat: non tamẽ ex cæteris. Sed cuius tũ ætas, tũ temperamẽtum, vnà cum*

consuet

* Codex anti. legit βοηθημάτων καὶ διαιτημάτων,

*In antiq. legitur συμφερόντων, id est eorũ quę conferunt.

consuetudine, tum regio, tum anni tēpus, & cæli status, humectantia refrigerātiaq; exhibēda indicāt: hunc haud dubium est non solùm humectandum refrigerādumq; esse, sed etiam nec leuiter hæc, nec vtcunque facienda esse, imò planè magnopere ac vehementer, omnibus scilicet indicationibus idē dictātibus. Cuius verò reliqua omnia refrigerantē quidem humectantemq; victum, quemadmodum & febris non indicāt, sed contrariū ipsi, calfacientem scilicet & siccātem vtiq; ambiguitas pugnaq; indicationū inter se oritur, quo casu magnopere opus est, tū numerū indicationū, tum magnitudinem simul cōferas. Quippe quæ à febri sumitur, ea reliquis, quādo omnes contrariū faciendū præscribunt, numero quidē inferior est: magnitudine tamē quæ ex dignitate, aut potestate, aut quomodocunq; appellasse libet spectatur, vtiq; superior est: potißimū si longè à natura receßit. Quippe duplex tū magnitudo illi accedit, et quæ ex febris genere prouenit, quæ omnibus est cōmunis: et quæ propria, suaq; ipsius est. Siquidē & quia febris, plus cæteris omnib⁹ solicitos nos habet: et quia præterquā quòd febris est, etiā magnitudo illi notabilis acceßit: idcirco cōtrarias indicationes inducit, atq; obumbrat. Sin parua fuerit, fas est reliquas oēs vnà cōiunctas cū ea cōferri, atq; expēdi. Ac si quidē pares videātur: neq; febris indicatio præferetur, sic vt humectādū & refrigerādum sit:

ne

neq; etiā reliquorū, sic vt calfaciēdū ac ſiccandū ſit: imò media victus ratio vbi ita ſe corpus habet, eligēda erit. Sin altera indicatio exuperet, tantū receſſiſſe à tēperato & medio victu par eſt, quātū ea quæ pellit, ſua cōtraria ſuperat. Ergo tū exercitatū in his omnibus, tū natura prudentē eſſe medicū cōueniet: quò cuiuſq; indicationis poteſtate diligēter cōſiderata, omnibusq; inter ſe collatis, vnā idonei victus ſummā, quæ laborāti ſit cōmoda, cōparet. Ac diariarū quidē febriū indicatiões ex his generibus capiūtur: raróq; accidit ſi alicubi à laborātis viriū modo: cū febriū quæ pluribus diebus affligunt, indicationes, tum viriū reſpectū neceſſariò adhibeāt, (nō enim leue in cōſiliū eſt, quod à viribus petitur) tū cauſarū quæ ipſas excitant: exceptis tamē hecticis, vt pote quas nulla accēdit cauſa: quemadmodū nec corpus id quod iam habitu calorē ignis in ſe ſuſcepit, ſiue id lapis, ſiue lignū ſit. Illud nāq; cōmune cum diariis habēt, quòd videlicet nō amplius fiāt. Differunt aūt in eo quòd diariæ in leui (vt ſic dicā) affectu (κατὰ σχέσιν Græci vocāt) calorē habēt: hecticæ in habitu, qui ægrè ſoluatᵣ. Licet etiā dicas eā quoq; quæ à viribus ſumitᵣ indicationē, tū in reliquis oībus morbis, tū in diariis febribus ſemper adhiberi: nobis tamē in præſenti diſputatione opus ea nō eſſe: propterea quòd ex prima quidē ratiōe nō indicet, ex accidēti verò indicet de eo verò accidēti ī ſequētib. diſſeremus.

F

GALENI METHODI MEDENDI, VEL DE morbis curandis, Thoma Linacro Anglo interprete,

LIBER IX.

Quæ in nono libro Methodi medendi habentur.

Quæ sit vtriusq; generis febrium synocharum generatio, & qua methodo curandæ sint.
De indicatiõe quæ ab ægrotãtis viribus suméda est.
Quo pacto à consuetudine indicatio sumi debeat.
Oés in vniuersum curatiuos febriũ scoposenumerat.

CAPVT I.

DIARIARVM ô *Eugeniane curationẽ, in libro qui hunc præcedit, exposui, totius propositi operis octauo. Est autẽ huius febriũ generis vnica accessio, vno plurimũ dei ex ipsius saltẽ natura circũscripta. Quippe quæcũq;, vel per medicorũ ignorantiã, vel ægrorũ intẽperantiã, vel ministrantiũ errorẽ in eiusmodi febribus cõmissa, in aliud ipsas genus transferũt, hæc suæ naturæ spontè nõ incidunt. Nõ enim est profectò mirum, si per ea quæ delinquũtur, nõ solũ porrigatur, aut in aliud genus transeat morbus quiuis, sed etiã cùm prius nõ esset, nũc excitetur. Nam cùm iis qui integri sunt delinquere non sit tutũ: haudquaquam id ægris sine discrimine contingat.* 20

gat. Reliqua verò cũ sint genera duo:(veluti in libro de febriũ differentiis est ostensum) alterum ex humorum putredine nasci docuimus: alterũ quod iã solidas animalis particulas occupauit, hecticũ nominant. Trãseunt sæpe autẽ diariæ febres, veluti antè ostẽdimus: in vtrũq; genus, nisi quis eas commodè tractet. Veluti autem in cæteris rebus omnibus quæcunque vno genere comprehensæ societatẽ in naturis habẽt, ac propterea mutuò in se transire valent, tertia quædam formula in transitu ipsarum existit, quæ neutrius extremitatum formam planè exhibet: ita nimirum & in diariarũ febriũ trãsitu imagineris licet, alterũ quoddã genus in trãsitu exoriri, quod neutri extremitatũ sit idem. Ac primũ quidẽ de hoc differẽdũ esse mihi videtur: quo sicuti reliqua etiã ipsum tũ protinus noscatur cũ incidit, tũ sic inhibeatur in primo ortu, ne aut ægrè sanabile, aut ĩsanabile, postquã auctũ est, euadat. Cæterùm mediũ id cũ inciderit, nec nosse ij possunt, nec sanare qui extremitatũ quarũ est mediũ, speciẽ ignorãt. At tibi qui præsertim nõ solùm diariarũ, sed etiã reliquorũ duũ generũ notas intelligis: vbi vel diariarã notæ aliquatenus sũt alienatæ, vel reliquarũ notæ simul apparẽt, haud difficile fuerit iã transitũ suspicari. Ergo ex adustiõe, cruditate, laßitudine, vigilia, animi perturbatione, vel bubone qui ex euidẽti aliqua sit causa, nũquã ad tertiũ vsq; diẽ progredietur

febris acceſsio, niſi quid delictũ citra laborãtem ſit. At quibus ſtipatio febris occaſio eſt, iis etiã vltra hos porrigi acceſsio poteſt. Nam quoniã ſtipatio, vel obſtructis exilibus meatibus, vel conniuẽtibus, vel etiã corpore ipſo immoderatius dẽſato accidit: meritò (arbitror) diximus ex frigore & balneis quæ vel cõtactu refrigerẽt, vel facultate, præterea pharmacis ſimilis generis, pari modo iis quæ cutim ſiccẽt, veluti Sole feruente, nec minus etiã iis quæ dẽſent, veluti dura cũ iis quæ frigefaciãt frictione, & detineri intra corpus ceu fumida fuliginoſáq; excrementa, & ab iis febrẽ accẽdi: verùm ex his denſationẽ quandã corporũ ipſorũ fieri, ac veluti exiguorũ meatuũ conniuentiã: obſtructionẽ verò vel propter glutinoſos, vel craſſos, vel copioſos ſuccos incidere: quinetiã febres quaſcũq; vel cõniuentia meatuum vel recens corporum denſatio excitãt, has & deſiſtere poſt primam acceſsionẽ, ſi quis rectè eas tractet, & verè diarias tũ eſſe, tũ appellari. at quæ ex obſtructione creantur, ſi hæc puſilla ſit, ſolui ipſas quoq; ſimiliter vt alias diarias, ſi quis eas legitimè ſanet. Sin valẽter impacti humores ſint, ſic vt valẽtius aliquid quod eos eximat deſiderent: eas febres porrigi vltra vnũ diẽ neceſſe eſt, ac diariarũ febriũ genus videri egreſſas. Quomodo enim dixi vltrà diaria febris poteſt, quæ in tertiũ vſq; diem extẽditur, quãdo ex ipſa nominis ratione in ſecũdo eam deſiſtere par erat?

erat? Dictũ enim suprà est vigintiquatuor horas esse sic appellatæ diei spatiũ: vtiq; vt cum nomine diei, nox quoq; vnà comprehendatur. At si neq; humor putrescẽs subsit, nec corpus ipsum febrilem calorem, vt habitũ susceperit: à duobus generibus diuersum sit. Aut ergo aliud præter tria iam dicta genus esse in prima febrium diuisione dicendum est: aut appellatione pro nihilo habita diarias ipsas nominare oportebit. Neq; 10 enim profectò de substantia ipsa taliũ febrium est diariæ vocabulũ. Verùm cõuenienti nomine destituti, clarioris simul breuiorisq; doctrinæ gratia, ab eo quod sæpius eis accidit, nomẽ indidimus. Ac natura quidem eadem his est quæ diariis, nomen autem non idem.

CAPVT II.

SIquidẽ in quibus vna accessio ab initio ad finem perpetuò manens, in multos dies porrigitur: eas febres synochos, id est continentes appellant: 20 non illi quidem Græco nomine vsi, cæterùm solœcismum cõmittendũ potius rati, quàm formã ipsarũ sine nomine linquendũ. At non sicuti idea vna eiusmodi febrium est, à qua synochos eas nominãt, ita & natura simplex vnáq; est. Quædam nanq; earum manifestam habent putredinis notam, quædam prorsus non habent, quas nimirum ex diariarũ febrium genere esse diximus. Cùm enim accessiõis* remissio ex ferventium humorũ transpiratu contingere soleat,

*παῦλα.

non transpirant autem in vehemẽti stipatione: necesse est multorũ dierum fieri accessionem. Igitur vbi in tali febri nulla subest occasio, quæ alterius accessionis principium excitet, vltra hoc quòd multorũ dierum febris est, nec inuasionem alicuius febrium significationis facit, sed permanet ab initio ad finem vna febris, quæ nec quotidianæ, nec tertianæ, nec quartanæ notam præferat. Cæterùm cùm me audis dicentem, vbi vehemẽter stipata corpora sunt, cohiberi intra corpus febrilem calorem: non ita factam prorsus densitudinem putandum est, vt nullum ex iis humoribus qui tenuati admodum sint, effluere foras sinat: cùm nec si de ossibus ita dixeris, id verum sit, nedum carne & cute. Verùm cùm à feruentibus humoribus vapor attollatur plurimus, effluat autem foras exiguus: hunc qui relictus est, febrem seruare est necesse: neq; id modò propterea quòd ipse manet, sed etiã propterea quòd quæ proxima sunt, adurit.

CAPVT III.

QVoniã igitur ex duobus his seruari febris potest, & quòd totus vapor nõ trãspiret, & quòd idem vapor ea quæ contingit, etiam excalfaciat, necesse est treis esse in synochis febribus differentias: nempe vel pari permanente magnitudine ea, quã in prima accessione summam habuit, vel adiiciente semper exiguũ aliquid, diminuentéve: atq; hæc vel æqualiter facien-

ciente, vel inæqualiter. Ac si quidē quod accē ditur, ei quod transpirat par fuerit, nec augeri, nec minui febrilis calor cernetur: sed perinde sibi similis permanebit, ac si nihil illi adiiceret, aut demeretur. Quippe ad æqualitatis custodiā, nihil interest seruetúrne eadē assiduè substātia: an ei quæ vacuatur, par sit ea quæ adiiciatur. Verùm si altera earū vicerit, vtiq; si quæ vacuat: minui febrē necesse est: Sin quæ adiicit, omnino
10 increscere. Sed nec illud sanè quēquā latet, quòd cùm ex febribus altera magis minúsve quàm altera, tum augetur, tum minuitur, id ob exuperātiæ imparitatem necessariò accidat. Nam vbi aliàs ampliore mensura, aliàs minore vel febriū generatio, vel transpiratio exuperat, nec iis quæ augētur omnibus par esse auctio, nec iis quæ minuūtur demptio omnino potest, imò plurimam esse, tum excessus, tum defectus differentiam est necesse. Atq; vnū quidē hoc (siue genus, siue spe
20 ciē, seu quiduis aliud appellare libet) συνόχων, id est continentiū febriū est, quodq; ex eadē cū diariis natura constat. Alterū est vbi in omnibus vasis, ac potissimū maximis æqualiter succi putrescūt. Eiusmodi febrium in gracili et frigido, corpore neutra cōsistere solet, sed plurimū in iis qui sanguine abūdant, et corpulentis gigni cernūtur: quādo nec obstructio citra putredinē excitare febrē valet, nisi id quod trāspirat, & copiosum sit, et calidū: nec humorū putredo in omnes

quæ inter inguina et alas intersunt venas, æquabiliter ac citò porrigi in frigido habitu potest. Debent enim quæ putrescũt, tum calida humidáq; esse, tum verò difficilem transpiratione͂ habere. Eóq; fit, vt nec in frigida ætate, nec in frigido corporis tẽperamento, siue id ab initio constitit, siue modo frigidum sit factum, continens excitetur febris: sed nec in gracilibus, vel qui raro sunt corporis habitu. Imò tũ ætate, tum natura, tum acquisititio tẽperamẽto, quæ calida sint, ac 10 *præcipuè si & carnosus, [et bono] ac multo sanguine affluens, et denso corpore æger sit, aut etiã calidis excrementis refertus. Proinde fit, vt qui ita febricitant, his & pulsus maximus sit, & æqualis, & vehemens, quibus etiã arteriæ *habitus, nec durior quàm pro natura est, nec mollior: celeritatis tamen frequentiæ, quæ eò peruenit, quò febris ipsa magnitudinis. Atq; hæc quidem ambarum sunt communia, alteri verò priuatim putredinis insunt notæ: idq; tum in lotio,* 20 *tum pulsu, tum caloris ingrata qualitate.*

[Non est in Græco.

*σύστασις.

CAPVT IIII.

*AC tibi exempli causa redigam in memoriam adolescẽtes duos, quos vnà mecũ vidisti. Erat alter eorũ liber, & palæstræ peritus, alter, seruus, haud inexercitatus ille quide͂, cæterùm in palæstra parùm *vehemens, nec tamen ad quotidiana quæ seruum deceant, cum exercitia, tum opera tractanda, non idoneus. Porrò liber*

* Δεινὸς id est versatus, ac tritus.

liber cõtinenti citra putredinẽ febri laborauit, seruus continenti cum putredine, horum vtriq; quænã sit adhibita curatio, nõ intempestiuũ dictu nunc arbitror, quandoquidem in exemplis exercitari quiduis discẽtes maximè expedit. Neque enim satisfaciunt ad exactã cognitionẽ vniuersales methodi. Sũt autem exemplorũ ea pro potioribus habẽda, quæ ipsi oculis vsurpauimus: quando si omnes qui docere scriberéve aliquid
10 sunt aggressi, ea prius operibus ostẽdissent: prorsus paucula quædam falso dicerẽtur. Nũc verò pleriq; alios docere tentãt, quæ nec ipsi vnquam fecerunt, nec aliis ostenderunt. Cætera vulgus medicorum nihil miri est, si contẽptis bonis moribus, opinioni sapientiæ magis quàm veritati inhiat. Verùm nõ sic fuit ratio nostra. Nõ enim heri, aut nudiustertius, sed statim ab adolescentia philosophiæ studio capti, primùm nos ad eam contulimus. Mox patris euidenti insomnio mo-
20 niti ad medicinæ studium excolendũ venimus, ac per totam vitam operibus magis quàm verbis vtriq; studio incubuimus. Quo minus mirũ est, si in quo tempore alij totam vrbem salutando lustrant, & cùm diuitibus cœnant, ac eosdem comitantur, hoc omni sedulò nos laborãtes, primùm quidẽ omnia quæ veteribus pulchrè sunt inuẽta, didicimus: mox eadem opere tũ indicauimus, tũ exercuimus. Ergo qui palæstræ peritus iuuenis erat, vbi febricitare hora prima noctis

cœpisset, postridie eum manè circiter horã diei tertiam vidimus. Cùm autẽ inuenissem febrem admodum calidam, sed pulsus æquales, & maximos, & celeres, & frequẽtes, & vehemẽtes, tũ caloris qualitatem quæ tactum minimè morderet, iam verò & vrinas tum* craßitudine tum colore à naturali habitu nõ multùm alienas, audiẽs præterea hominẽ circiter triginta dies exercitationis consuetudinem intermisisse, pridie tamen exercitasse se vehemẽtius, cæterùm nõ multùm, sumpsisse autem solitos cibos, atq; eos concoxisse, quãuis tardè et ægrè, vtpote cùm febris vespere occupasset, cũ interim rubicundus plenusq; homo appareret, atq; etiam plenitudinis sensum se percipere diceret, faciente interim quodã eorum qui aderant, de vena secanda mentionem, visum nobis est eius auxilij considerationem in aliud tẽpus remittere, simul vt certius sciremus cuius generis febris esset, simul necessariò propter eã, quæ præcesserat, cõcoctionis tarditatẽ. Cùm autem vesperi similem vigorẽ tueri febris est visa, ceu nihil sensibiliter remittens, suspitio iam erat synochon esse, hancq; ex obstructione, & sanguinis abũdantia, et præ carnis copia stipatione. Ac cùm parẽ magnitudinẽ per totam noctem febris seruaret, postero die visum est medicis omnibus, qui eũ inuiserant, sanguinem esse mittẽdum. Discordia verò orta de tempore, & vincentibus qui id in sequẽtem diem differendũ sua

* συστάσει.

suaderẽt, febris per totum eum diem euidẽter visa est vigorẽ suum augere. Mox tertia, sequẽte nocte, alia quidem accessio minimè incidit, quæ primæ ad portionẽ responderet: erat tamẽ æstus ipse laborãti intolerabilis: vrgebátq; tum tensio totius corporis, vtpote repleti: tum capitis pulsatio: atq; ob hæc grauis vigilia: iuuene in aliam aliàs se figuram iactãte. Itaq; cùm vltrà ferre non posset, hora noctis circiter octaua mittit ad
10 me ministrũ, rogatq; ad se ocyus veniam. Ipse annuo, atque abeo: inuenióque febrem calidissimam, pulsúmq; qualem prædixi. Quoniam autẽ nec in hoc, nec in lotio nec in ipsa caloris qualitate indicium aliquod humorum putrescentium apparuit: optimum factu visum est venã incidere, antequã putredo inciperet. Aufero itaque ab homine eo vsque de industria sanguinẽ, quoad animo linqueretur: maximũ planè vbi valẽtes vires sunt, *continuæ febris remedium. id
20 quod tum ratione, tum experientia didici. Primum nãque in contrarium statum agitur corpus, celerrimè ex animi defectu refrigeratum. Hoc verò nemo inuenire potest neque quod ipsis ægris, neq; quod naturæ quæ animantes gubernat, iucũdius vtiliúsve sit. Postmodum in eiusmodi corporibus, necessariò superuenit alui deiectio, nõnunquam etiam bilis vomitio. Quas res statim à toto corpore madores sudorésve excipiũt, quæ nimirum omnia cùm huic quoq; contigis

* πυρετῶν συνόχων, est in Græco, id est febrium synocharum seu continentium, quæ à continuis appellatis quantum differant ostendit Galen. 2. de differẽ. feb. cap. 2. vide infra cap. 10. & in libr. 11. ca. 5. & 6.

tigissent, protinus febrē extinxerūt: sic vt quidā ex ijs qui aderant, iugulasse me febrē per iocum dicerēt: vnde omnes risimus. Verùm quò narrationē omnē absoluā, nihil mali erit paucula addidisse. Post duas nanq; à sanguinis missione horas paulo nutrimēti dato, ac iusso quiescere, discessi. Quinta verò hora reuersus, tā profundo somno indormientē inueni, vt tangentē me prorsus nō sentiret. Cùm verò & ministri adeò illi altū somnū fuisse dicerēt, vt nec cū madores eius abstergerent, expergisceretur: suasi ita facerēt: esse nāq; hominem iam prorsus à febri liberum. Reuersus autē & decima rursus hora etiā tūc dormiētē inueni. Egressus autē iterū ad alios visendos ægros, redeo hora prima noctis, nō tamen vt antè tacēs, sed voce de industria sublata, quò ægrum à somno excitarē. Quod cùm ita accidisset, vbi solo ptissanæ cremore ipsum nutriui, abij. Cuius modū postero die augens, tertio lauatum dimisi. Ac quæ ad hūc pertinebāt infirmū, ita sunt gesta. Quæ verò ad alterū, nunc dicam. Is cùm toto die multùm laborasset, deinde lauatus paucula comedisset, cœpit nocte febricitare, totū etiā cōtinuans sequentē diem. Hunc nos post secūdam noctē vidimus in cæteris quidē omnibus iam dicto iuueni similiter affectum: verùm putrescētiū humorum euidentes præbentem notas. Itaq; vena quoque huic protinus incisa, vsque ad animi defectū vacuauimus. Post id, idoneo

inter

interposito spatio, cibauimus primũ mulsa, deinde vna interposita hora, ptissanæ cremore. atque hæc omnia intra quintã acta sunt horã. Cũ autem similis sibi perseueraret febris, synochon eam fore ex putredine expectauimus. Itaq; accidit. Quippe cùm eam secunda noctis hora pari magnitudine cerneremus, tertiæ diei accessionẽ, futuráne esset, an secus, diligẽter obseruare volebamus: cuius in septimam horam noctis suspitio
10 *erat. Itaque cùm summo mane superuenissem, inueni quod expectarã. Nam nec tertiana inciderat accessio, febrísq; remißior paululò quàm vesperi fuerat, apparuit. Vt autẽ rursus hominẽ meridie vidi, erátq; iam certißimum & febrem decreuisse, & synochõ febrem esse, sed quæ [aßiduè] decresceret: satius visum est tũ quoq; hominem similiter nutrire. Quarta verò exacta nocte, manifestè minor etiã quarto die erat. Quo rursus quoq; ad eũdem modum homine cibato,*
20 *aduertimus tũ illo die toto, tum quæ hunc secuta est quinta nocte magnitudinem remittere, sic vt quinto die liquidò planè appareret minor esse febris quàm antè. Itaq; ad portionem minuentis se febris, vrinæ quoque concoctio processerat Erátq; haud obscurũ, septimo (id quod factum est) finiendam. Hanc igitur planè continentem ex humorum putredine febrem, & quæ aßiduè decresceret, vidimus. Multas verò alias cõtinentes conspeximus: quarum aliæ crescentes, aliæ*

simil.

similem tenorem seruantes erant. Illas ἐπακμαστικὰς, has ἀκμαστικὰς vel ὁμοτόνους Graeci vocãt. Aliae, ceu quã modò memorauimus, decrescẽtes, quas παρακμαστικὰς dicũt. Aliae rursus in primo die putredinis notas habuerũt, aliae in tertio, aut certè ad summũ quarto: idq; aliàs medicorũ ipsorũ inscitia, qui sanguinem non miserant: aliàs laborantium ipsorum timiditate. Siquidem eorum qui ex sola obstructione febricitarent, nemo in putredinis febrem incidit, qui prius sanguinẽ miserat. Quẽ, vbi valida virtus subest, & aetas permittit, vsque ad animi defectum mittere expedit. Vbi horum alterũ non satis respõdet, tutius est quantũ satis visum fuerit, tantum principio detrahere: quod defuit, iteratione supplere. Etenim hoc praesidio omisso, qui ita febricitant, in summum discrimen veniunt: nisi si eos vel virium robur, vel largum sanguinis profluuium, vel sudor copiosus ex manifesta pernicie eripiat. Et tamen nonnulli ex medicis sunt: qui tametsi manifestißimè vidẽt naturam sanguinis profluuio non paucos eorum qui sic periclitentur, seruare: tamen sanguinis mißionem fugiant, nullam nec experientiam nec veram rationem secuti. Caeterùm hos mittamus, disputato praesertim contra illos abundè vno integro libro, qui est de sanguinis mißione contra Erasistratum scriptus: ipsi verò ad propositum reuertamur.

CAP.

CAPVT V.

ERat verò in præsenti disputatione propositū de ijs febribus differere, quæ ex stipatis per obstructionem meatibus oriuntur. Quas, si sine putredine cōsistāt, ex diariarū esse genere dixi. Sin ijs putredo aliqua vel ab initio statim, vel postmodū superueniat: vbi in omnibus venis, ac præcipuè magnis ea cōstitit, * continuas excitari febres, vbi in vnica animalis parte, accessiones quæ certo ambitu repetāt. Verū de his postea. Quòd autē & bis arbitror, & ter, & sæpiùs iterúmq; dicendum est: qui ita laborant, si rectè curabuntur, ijs sanguinis missio est adhibenda, quādo quibus corpus ex succorum abundantia inhabile ad transpirationem iam redditū tantum caloris congessit, vt inde iam febricitet: ijs tantum sanguinis est detrahendum, quantū vires tolerāt. Pro certo quoque habendum, nisi ijs qui hoc per naturam sunt habitu, id adhibeatur præsidiū, fore vt vel suffocentur, vel certè syncope prehēdi omnino periclitentur, nisi (vt dictum est) eos vel viriū robur, vel plurimus sudor, vel largum sanguinis profluuium, à morte vindicet. At illud vel me tacēte cōstat, ijs præsertim qui librū de plenitudine studiosè perlegerūt, quāquā & nunc quoq; à me dicetur, non esse nunc nobis de ea abundantia sermonem, quæ ad virtutem cōparatur, (quippe quæ nec sic obstruit venarū ora, vt refrigerationem prohibeat, nec tunicas

* In Græco est, synochas.

ear

earũ distẽdit, nec ruborem, nec tumorem inuehit, multóq; minus vel carnis vel cutis trãspirationẽ moratur) verùm de ea quæ cõtineri à vasis vltrà nõ valet, quæq; ob id ipsum tum perrũpere vasa tũ recludere solet, reliquáq; modò dicta symptomata inducit, obstructionẽ, distẽtionem, tumorem, ruborẽ: de hac inquã mihi omnis sermo tũ habitus est, tum verò nihilominus habẽdus. Siquidem copia hæc dum bonitatẽ suam seruat, vt pariter augeri cũ rubore viriũ est natura: ita siquãdo has grauat, nec de cætero augebitur, & bonitatem naturæ amittet. At si naturalẽ semel bonitatem amiserit, fieri nequit, vt nõ putrescat, quandoquidẽ nec aliud vllũ ex ijs quæ foris sunt, humidũ calidũq; corpus manere imputrescibile cernimus. Ergo festinare ad sanguinem detrahendũ oportet; quò venarum natura ex trãspirãdo ventilandóq; naturalẽ tẽperiem seruãs humoribus eo quo inter initia modo dominetur, quãdo si ad tẽperiem versa laborabit, metuẽdum est ne hi putrescãt. Excitatur autem intemperies in ea ex febris calore. Quem si quãdo rudis quispiam medicus auxit, nõ vacuata stipationis causa, in incerto reliquũ omne remediũ est. Vbi nanque emitti abundantia postulat, calor autẽ refrigerari, pugna discordiáq; inter ipsa sanãdi oritur remedia, scilicet ijs quæ refrigerent; quamuis temperiem naturæ concilient, saltẽ abundantiam intra corpus detinentibus.*

* τὸν ἐκ τῆς φύσεως κόσμον ἀπολέσῃ, id est, non amplius à natura regatur.

10

20

*tibus. quo verò rarefacienda cute hãc educant, omnibus calfaciẽtibus: sic vt si abũdantiã emittere velis, febrẽ augeas: si febrẽ refrigerare, abũdantiã moreris. In hãc consilij inopiã deueniũt qui statim à principio non vacuarũt, Erasistrati persuasione inducti: qui nec spontanea sanguinis profluuia potuit imitari. Optimũ igitur factu est (id quod nos semper in re quaq; facere vidisti) statim nõ numero dierũ, sed vni viriũ robori, in febribus eius generis attentum esse: quippe quod si seruatum est, nõ solùm sexto septimóve, sed etiam sequẽtibus diebus sanguis est mittendus. Quòd si curare aliquando infirmum cogeris, cui non solùm antea secandæ venæ remedium prætermissum est, sed nunc quoq; vel per medicorum ignorantiã, vel ipsius laborãtis propinquorúmve eius timiditatem præcedẽte tempore mittere sanguinem prohiberis: ad frigidam exhibẽdam accedes, sed diligẽter antè discernẽs, quantum ex ea nocumentum contingere poßit. Nam si id aut exiguum erit, aut nullum: offerẽda potui est, quæ prorsus sit *gelida, quantum bibere ægro libet. Quinimo magis id audebis, si frigidæ potioni insueuerit. Sin magnum timetur incommodum: ab hac quidem abstinendũ, atque alijs auxilijs quibus obstructio eximatur & abũdantia vacuetur, & febris feruor deferbeat, vtendum. Porrò incommoda, quæ frigidam potionem intempestiuè, immodicéq; exhibitam se-*

10

20

* In Græco est ἀκραιφνὲς ψυχρὸν, id est è fonte recèns petita.

quuntur, in his cõsistunt, quòd lẽtos crassósq; humores, siue hi obstructiones, siue putredinẽ, siue phlegmonem, siue qualis erysipelas, aut scirrhus, aut œdema est, affectũ creauerint, attenuari digeríq; prohibẽt. Ergo quoties ex his febris accẽditur, atq; ad eos vacuãdos frigidá data nõ cõducit, ad præsens quidem nõ paruũ affert leuamẽ, propterea quòd iã accensam febrem extinguit, verùm cùm causa eius adhuc perstet, aliã denuò accendi est necesse, atq; ea quæ præcessit, nonnunquam difficiliorem, propterea quòd densatũ ex frigida corpus est. Atq; hæc vna noxæ species est minimè cõtẽnenda. Altera talis est. Multæ laborantis imbecillæ particulæ, siue ita se ex naturali intemperie habeant, siue ex vitio adscititio, à frigida læduntur. Alij nanq; gula adeò vehemẽter est affecta, vt vix deglutiret. Alij ventriculus, sic vt vix cõcoqueret. Alij ipsum vẽtriculi os, aut iecur, aut colon, aut pulmo, aut septũ trãsuersum, aut renes, aut vesica, aut tale quippiã aliud à frigida percussum, ad proprium opus infirmũ est reditũ. Nõnulli autẽ ex intempestiua immodicáq; eius potione, non multo interposito tẽpore, nec postmodum, sed illico difficultate spirãdi, & conuulsione, & tremore corripiũtur: ac toto (vt semel dicã) neruoso genere læduntur. Nec ignoro quin formidolosum te ad frigidã offerendã ijs quæ memoraui redderẽ, nisi ea me vsum subinde vidisses, sempérq; cũ successu

su, nec ægrũ in vllo manifestè læsisse. Quibuscũq; enim in principe particula tumor aliquis è phlegmones, ædematos, aut scirrhi genere cõstitit: ijs frigidã offerre nõ oportet. Sed nec ijs quibus obstructio putridúsve humor non concoctus incommodat. Quòd si euidentes percipis absq; iã dictis tumoribus cõcoctionis notas, illud duntaxat æstimabis, sítne pars aliqua temperamento adeò frigido, vt in hãc noxa procumbat. Por-
10 rò erysipelas: quòd verum erysipelas sit, non aliter sanaueris. At si mistũ cũ phlegmone sit, in hoc cõcoctionis expectãdæ sunt notæ. Atq; hæc latius quàm pro re nũc proposita, cùm post modũ etiam fortè necessum erit de frigida exhibẽda mentionem facere. Nunc enim altera continentium febrium ex sola obstructione est orta: altera verò etiam cum putredine per omnes venas. Cum ergo cõcoctionis humorum in ijs notas videris, de quibus dictũ abundè in libris de crisi
20 est, audacter frigidam dabis, quippe solidarum animalis partiũ natura roborata, prætenuatos iam humores aggreditur, ita vt qui vtiles sint, atque ad nutriendum habiles, hos quidem ad se trahat, inutiles vel per ventrem vel per cutim eijciat. Quòd si etiã frigidæ assuetus æger fuit, magna cũ fiducia frigidã exhibebis, ipsa scilicet experientia iam doctus omnia viscera eius occursum familiariter tolerare. Omnino nãque si quod frigidũ adeò esset, vt ab hac offenderetur, vel

per ſanitatis tēpus euidēter offenſam ſuã oſtendiſſet. Nulla verò per ſanitatem particula quicquam ab hac læſa, nec etiã inter febricitandum quicquam lædetur. Vbi nãq; nonnulli aquæ frigidæ potioni non aſſueti, tamen propter ardentē febrem eam bibere coacti, nullum incōmodũ ſenſerũt, multò profectò minus eorum qui aſſueuerunt quiſquam lædi debet, cui etiam quaſi pro munimento maximo accedit ipſa caloris copia. Hic nanque cum in vaſorum ſinibus plurimus cōtineatur, vtpote tũ aërea in his ſubſtãtia, tũ etiam ſuccis omnibus inflammatis, quantum à frigido patitur refrigeratus, tantũ rurſus calfaciendo in ipſum agit. Ideóq; minus tuta ijs qui exiguũ ſanguinē carnémq; obtinent, frigidæ potio eſt. Celeriter nãq; ad ſolidas animalis peruenit partes, nulli quod eius vim frãgat occurrēs. Eo etiam fit, vt hecticæ febres nec perinde eam quæ prorſus ſit gelida, nec multam deſyderent: ceu quæ extenuatis omnino, exiguíq; ſanguinis corporibus incidãt. Verùm de illis pòſt agetur. Maxima verò continentium febrium remedia hæc duo ſunt, detractio ſanguinis, & potio frigida. Verùm illa nullo nō tempore, modò vires ſuſtineant, hæc cũ & in pulſu, & vrinis, cōcoctionis euidentes cernũtur notæ, febris autē eſt maxima. Attendenda verò cũ venæ ſecandæ indicationibus ſunt, tum quæ eã præcedunt, tum verò quæ omnino excipiēt. Nam ſi præcedat ciborum*

* ἀντὶ ἐπιμέτρου i. auctarij vice.

10

20

rum

tũ cruditas, tanto tempore differre venæ sectionẽ iubebis, quãtũ satisfacere tũ ad eorũ cõcoctionẽ tũ vt excremẽta descendãt, videbitur. Sin sequetur necessariò vacuatio quæpiã, tantũ illi de eo quod superfluũ est relinquendũ, quãtũ est per eã vacuandũ. Itaq; si tempore mittendi sanguinis menses moueri contigerit, siue etiam hæmorrhois sit reclusa, si inspecto fluentis impetu, ipse satis fore videbitur qui solus quod requiris, vacuet, naturæ rem omnem permittes: sin minus, tantùm ipse detrahes, quo ex coniunctis ambobus perficiatur quod postulas. Veluti autẽ in his ad ipsam naturalem vacuationem, quæ sensu vsurpetur, non leuiter attentum esse oportet: ita alibi vel ad naturam ipsam, vel ætatẽ, vel cæli statũ. Sunt enim nõnulli ad exhalãdos digerẽdósque corporis succos natura propensi. Pueri certè propter ætatẽ perpetuò. Cæli verò status vbi calidus nimiũ est & siccus. Voco cæli statũ ipsam ambientis nos aëris temperiem: sub qua & anni tẽpus, & regio cõprehẽditur: quãdo horũ quoq; vtrunq; ex ambientis temperie indicationẽ mutuatur. Propensi autem ad digerendos corporis succos sunt, quicunque natura sunt humidi: magísque si accedat caliditas. Præterea qui raro corporis sunt textu. Ad hæc, quibus os ventris aut amara bili abundat, aut imbecillum est, aut supra modum sensile. Atq; hæ quidem indicationes sunt, quæ sanguinem detrahendum de-

hortantur. Contrà postulant, vnà cùm affectu cuius causa primũ requirebatur, habitus durus dẽsusq;, & vno verbo qui haud facilè digeritur: tum ambiens humidus frigidusq;. Sanè meritò * quædã sanguinẽ mittendũ adhortantur quædam dehortãtur. Siquidẽ ea pro vacuatione omnino suscipit. At eorũ quæ cõprehensa sunt, quædam transpirationes morãtur, quædã promouẽt, & quædam ad vacuãdum prõpta sunt, quædã secus. Sanè trãspirationem corporũ prohibent, tũ meatuũ stipatio, tum circũdantis nos aëris humiditas & frigiditas. Cõtrà promouent ea quæ his sunt contraria. Eorũ autem quæ vacuãtur, quæ calida humidaq; ac tenuia sunt, ea celerrimè digerunt. Cõtrà quæ crassa, glutinosa & frigida sunt, ægrè trãspirãt. Atq; hæc quidem ad rem propositam de missione sanguinis, ac frigidæ aquæ potione, non ignorasse expedit. Quarum vtranq; metuentes non paucos medicos vidisti, vtiq; imperitos. Quorũ alteros αἱμοφόβους, id est sanguinis mittendi timidos: alteros ψυχροφόβους, id est frigidæ exhibendæ formidantes, sic Græcè nominamus: sicut qui à rabido cane sunt morsi, ὑδροφόβους. Sũt enim proculdubio horũ quoq; aliqui prædogmatis sui studio, non leui in rabie. Ergo relictis his, quod initio institutũ nobis fuerat, prosequamur: ad memoriam reuocãtes, quemadmodũ sermo noster occasione communium quorũdam in ipsis accidentium, à

* In Græco est τὰ μὲν συννεύει νῦν τὰ τὴν φλεβοτομίαν ... [illegible] γὰρ αὐτῷ ὁ σκοπός.

10

20

diar

diarijs venit ad cōtinuatas. Quoniam enim obstructionis affectus, cùm et ipsa exilis est, & ritè curatur, diariā febrem efficit: cùm verò vel propter magnitudinē, vel medici inscitiam, consuetum diariarum tempus excessit, aut cōtinentem, aut aliquam earū quæ certo ambitu repetunt: meritò nos de ea, quæ diarijs cognata est, continenti febre disputatio excepit: propter has verò protinus & de hac, quæ cum putredine hu-
10 morum erat. Visumq; satius est vel claritatis, vel exercendi legentis causa, vnius ægroti in vtroq; febrium genere mentionem facere.

CAPVT VI.

IGitur quoniā hæc nobis peracta sunt, ac per ea demonstratum euidenter est (id quod in præcedenti hunc libro ad calcē est dictum) oportere in alijs febribus quæ amplius diariæ non sint, nō modò ab ijs rebus quæ in illo præcipiantur, faciundorū indicationes peti, sed etiā ab ea
20 causa quæ febrem excitet, ac laborātis viribus, ad vniuersalē denuò exercitationē reuertamur, pro cōperto habentes non licere vllius artis scientiam nancisci, nisi & methodum quandam habueris per vniuersalia vocata theoremata, & in particularibus te exemplis exercueris, cùm neq; fieri poßit, vt sine multiplici in ægris singulatim exercitatione, quod ex vsu sit facias, nec sine vniuersalium cognitione probè exercitatio procedat, quippe cùm in vniuersalibus methodus,

in particularibus exercitatio cōsistat. Tāquam igitur qui iter aliquod ingredi studet, vtroq; inuicem vtuntur crure: qui altero claudus est, vno duntaxat vtitur, & lōgo spatio, & sæpe errās, viā peragit: ita sanè & qui finē cuiuslibet artis cōsequi parat, duobus his veluti cruribus, vel instrumentis, vel quomodocunque appellasse libet, vti debebit: in vniuersalibus theorematis, methodo: in particularibus, exercitatione.

CAPVT VII.

Reuersi igitur ad methodum, nunc agè de ægrotantis agamus viribus, conferántne ad curationē hæ quippiā, an planè nihil, ceu nōnullis est visum. Videtur tamen eorū qui inutilē virtutem esse ad curationē inueniendam dicūt, nō propria operū artis disceptatio esse, sed logica potius, ac sophistarū. Aiunt enim ab eo quē curamus affectu, faciēdorum indicationē præstari, haudquaquā à viribus. Ergo & anni tēpus, & regionē, & statū cæli, & ætatē, & consuetudinē, & corporū temperies inutiles esse eadem scilicet ratione dicūt. Postea cùm mutare curationē propter hæc cogūtur, immemores eorum quæ inter initia dixerāt, quædam eòrum contraria aliquando indicare aiunt ijs ad quæ curantis cōsilium dirigitur: quædā ad præsidiorum materias esse vtilia, quemadmodū & animalis partes. Etenim in illis quoq; eadē vtuntur stropha: in principio sermonis inutiles eas esse ad

curationis inuentionẽ asserentes: pòst vbi redarguuntur, ad curationis quidẽ indicationẽ inutiles dictitantes ad materiæ tamẽ mutationẽ, vel inuentionẽ, vel differẽtiam, vel qualitatẽ (nam nec nominant eodẽ omnes modo) necessarias esse fatentes. Itaq; quod modò dixi, nũc quoq; repetam: nẽpe quòd egreßi ex eo quod in arte est vtile, in logicã disceptationem veniunt. Est nanq; artis vtilitas, auxilia quibus æger sanetur, inuenire: quo illi relicto, de nominibus litigãt, ἐνδεί-ξεις, & ἀντενδείξεις, (quasi indicationes, & indicationum cõtradictiones dicas) item cõmunitates, & scopos, & auxiliorũ materias, aliaq; similia loquẽtes: scilicet hac nominũ diuersitate purgãsse se, pro ijs quæ falsò affirmauerãt, arbitrãtes. Ego verò minimè veto nominibus quibus libitũ sit vti. Meminisse tamẽ eos velim eorum quæ ab initio proposuerunt. Ea sunt auxiliorum inuẽtiones. Ad quas quicquid cõducere quomodolibet videbitur, id fatendũ est ad curationẽ esse necessariũ. Sic igitur & virtus necessariáne consyderatu in ægris à medico sit, an nõ, indagemus. Ego enim sæpe maximè esse necessariũ aio: sic, vt quæ circa ægrũ administrãtur, omnia fermè eius vnius causa fiãt: aliquãdo mediocriter necessariã: sic, vt aliquid ex hac quoq;, ad ea quæ facienda sunt, consilij petatur, non tamen præcipua faciendorum ratio huc omnis referatur. Possum rursus ostendere tibi,

virtutem adeò exiguum ad inueniēda remedia cōferre, vt propter exilitatē etiā lateat. Aliàs verò prætermitti, ac silētio præteriri, quasi prorsus ex vtiliter consyderādis nō sit. Verùm quod accidit in virtute, id in reliquis omnibus quæ aliquid faciendum indicāt, vsu venit. Nam aliquando aliud eorum alio minus aut plus valet. Aliquando adeò est valens, vt solùm indicare videatur: aut ita imbecillum, vt omittatur.

CAPVT VIII. 10

HAec igitur dū doceo, adsis animo velim, illud habēs in memoria, quòd nec in alijs vllis curatio, quæ per methodū agitur, consistit: nec alius antè nos quisquā omnia ea ordine definiuit: quāquā etiam ab Hippocrate via est inuenta. Hæc enim ipsa quæ ego nūc enarraturus sum, ille curationē indicare primus omniū scripsit: verùm, ceu primus inuētor, nec debitū omnibus ordinē dedit, nec cuiusq; indicationis dignitatē ad vnguē finiuit, & quasdā in ipsis discretiones omisit, obscureq; plurima pro antiqua dicendi breuitate est interpretatus. Præterea de cōplicatis affectibus paucissima oīno præcepit. Ac, vt breuiter dicā, omnē ad medicationē viā aperuisse mihi videtur, sed ita tamē, vt ea curā diligētiamq; ad absolutionē desyderet, veluti nūc quoq; videmus quasdā veterū in terris viarum quibus pars quæpiā est vel lutosa, vel lapidibus sentibúsve impedita, vel molestè ardua vel pe- 20

riculo

riculosè prona, vel feris obsessa, vel propter magnitudinē fluminū inuia, vel longa, vel aspera. Itaq; cùm sic se haberent oēs in Italia viæ, eas Traianus ille refecit, quæ quidem earū humidæ ac lutosæ partes erāt, lapidibus sternēs, aut editis aggestionib⁹ exaltās, quæ senticosæ & aspe ræ erāt, eas expurgās, ac flumina quæ transiri nō possent, pōtibus iungēs, vbi lōgior quàm opus erat via videbatur, aliā breuiorē excindēs, sicubi verò propter arduū collem difficilis erat, per mitiora loca deflectens, iam si obsessa feris, vel deserta erat, ab illa trāsferens, ac per habitata ducens, tum asperas complanans. Itaq; mirari nemo debet si cùm viam rationemq; medēdi ab Hippocrate inuētam esse sim testis, ipse tamen hoc opus scribere sum aggressus. Neq; enim ceu ea planè non esset inuenta, sed veluti quæ proximè diximus desyderet, ad hæc cōscribendaveni mus: nemine priorū qui eā methodū absoluerit, antè me inuēto: quādo alij omnino eā non nouerāt. Alij cùm nossent, nō potuerūt tamē quod defuit adijcere. Non deerant qui incognitā esse, vmbraq; inductā, ac prorsus è medio sublatam voluerunt, ij verò qui fuerint, in sermonis progressu dicet. Nūc quod promisi, aggrediar: omnesq; deinceps medicādi * indications exponā. * σκοποὺς.

CAPVT IX.

VTile autem ad claritatem eorum principium sumetur ex reuocatis ad memoriam

ijs quæ

ijs quæ in proximo libro disseruimus, cũ de diarijs ageretur. Videbatur enim in illis prima, ac (vt sic dicã) maximè præcipua faciẽdorum indicatio esse, quæ affectũ ægrotantis amouẽdum suadet: æquè vt in sanis prima esse quæ statũ eorum seruandũ monet. Verùm hîc sicut per similia seruatur, ita per contraria perimitur. Conferre præterea ad auxiliorũ inuentionem diximus, tum ipsam corporis temperiẽ vnà cum cõsuetudine, tum regionem, tum anni tempus, tum cæli statum. In quibus verò morbis egregius aliquis in vna parte animalis affectus subsisteret, veluti ex adustione in capite, à parte quoq; ipsa aliquam faciendorũ indicationem sumi. De viribus tamen, vel causa quæ affectũ creet, in eo libro nihil est dictum, propterea quòd nec vires in diarijs febribus egregiam vllam prouidentiam requirãt, vt pote quæ omnino validæ sint: nec affectus vllus in vera diaria subsit, qui eam vel gignat, vel augeat. Nam vtroq; modo loqui licet. Verùm nunc prius de viribus præcipiam: deinde ad causas quæ febrem excitant, accedã.

CAPVT X.

GVbernant animal (vt in libro de Hippocratis & Platonis dogmatis est monstratum) tres diuersi inter se generis facultates, toti corpori ex suo quodã veluti fonte quæq; distributa. eas Plato animas vocat, propriam cuiusq; substãtiam inueniens. Est enim earũ quædam

ad nut

ad nutriendum animal necessaria, ac cũ stirpibus communis, quæ iecur veluti pro fonte habet: canales verò ab hoc in totũ corpus sparsos, ipsas venas. Hanc seu appetitricẽ, seu naturalẽ, seu altricem voces, nihil interest: veluti nec si animam, aut facultatẽ. Altera est quæ non modò vt stirpibus, aut vita præditis, sed etiã vt animalibus anima est insita. Hæc sedẽ in corde habet, ipso quoq; insiti caloris quodam ceu fonte. Ab hoc fonte canales arteriæ sunt. Vocaturq́; hæc multis sanè nominibus. Nam & facultas siue virtus vitalis, & facultas siue virtus animosa, & anima animosa dicit̃. Tertia anima ratiocinatrix in cerebro domicilium habet. Ea voluntarijs actionibus vnà cũ sensibus præsidet. Vtitur & hæc particulis quibusdã ceu canalibus, nempe ipsis neruis: sensum motũq; per hos in totum animal transmittẽs. Ergo has facultates seruare, nihil planè est aliud quàm vitã seruare. Siquidẽ mõstratum est, qualibet earũ amissa, necesse esse relinquas quoq; vnà perire. Ac propterea in opere de sanitate tuẽda, huc omne consiliũ direximus. In hoc verò quod est de methodo medendi, primũ propositum & ei quod in opere de sanitate tuẽda proponitur, ad portionẽ respondẽs, morbi est sublatio. quando cuiusmodi in illo sanitatis est tuitio, eiusmodi in hoc est morbi sublatio. Quorũ vtriq; vnum est cõmune: ipsa scilicet vitæ custodia. Quæ nimirũ in illo de sanitate

nitate tuenda opere, sanitatis custodiam sequebatur. Quod enim secundæ valetudinis tuendæ gratia geritur, idem statim & vitam tuetur. At in hoc opere aliter se habet, ppterea quòd quæ affectiones præter naturam in nobis discutiunt, ea non omnino vitam custodiāt. Quippe aliqua eiusmodi prædita sunt facultate, vt si immoderatè aut intēpestiuè vtare, vitam adimant. Siquidē in sanguinis mißione (quam vsq; ad animi defectū faciendam esse paulò antè diximus, quò flamma* incontinētibus ex meatuū clausura febribus extingueretur) non paruum meritò subsequetur incōmodum, nisi opportuno tēpore, aut debita mensura fiat. Duos nanq; in ipsis medicorum manibus perire vidi, qui postquam animo linquerētur, nunquam reuixerūt. Multi verò & si non protinus, at postea propter virtutis infirmitatē perierunt. Quos si quis citra eius resolutionē vacuasset, minimè perijssent. Quinetiā aliqui in morbos inciderunt longos, postquā immodica inanitione resoluta naturalis vis fuit. Alijs cùm immodicæ vacuationis noxam sarcire non potuissent, in omne reliquum vitæ tempus totius corporis tēperamentum redditū est frigidius. Ex qua refrigeratione facilè ex quauis occasione læsi, alij decolorati, ac malò corporis habitu vixerunt: alij ex eo ipso in morbos deciderūt exitiales, aquam intercutem, & orthopnœan, & iocinoris, ac ventriculi imbecilli

* τῶ ἐπιστεγνώσεως συνόχων, id est in synochis ex meatuum constrictiōne.

10 20

becilli

becillitatem, & apoplexian, & deliria. Ergo cùm virtus tantopere necessaria sit, eam autem lædant omnia vacuantia remedia, siquis scilicet ijs parum moderatè vtatur: vtiq; aduersæ inter se faciendorum indicationes in talibus corporibus sunt in quibus affectus quò expugnetur, notabilem vacuationem desyderat: virtus autem hanc ferre non valet. Verùm cùm sæpe ex vacuatione virtus nihil lædatur, hinc sumitur inconsyderatis & temerarijs medicis occasio vt eã prætermittãt, ceu nusquam quicquam indicet. Falluntur autem (vt dictũ est) propterea quòd non intelligũt alterius cuiusdam rei causa virtutem esse spectandam, nec quicquam ad affectum amouẽdum indicare. Tanquam igitur in ijs qui valent, semper ea comitatur, quæ sanitatis gratia administrãtur, nec est quicquam inuenire quod sanitatem tueatur, quod idem vires corrũpat: sic in ægrotantibus aliquando ijs succedit, quæ veluti in perniciem eius administrãtur: aliquando ab ipsis soluitur. Si nanq; abundantia paulò viribus superior fuerit, vtique ex moderata vacuatione adeò nullũ accedit viribus incõmodum, vt etiam maximum comparetur cõmodum, quod eas premebat sublato. Sin quò affectus sanetur, multa vacuatione est opus, resoluatur autẽ ex tanta inanitione virtus, non modò rursus homini non prodiderit: sed etiam maximum illi periculum afferet. Porrò in iis

* cons

De chiru execuatione et refrigeratione.

* Synochis. Igitur in continuis non admittendam esse missionē sanguinis vsque ad animi defectum satis cōstat, quum earum nulla citra humorū putredinem accendatur.

*continētibus febribus, quæ ex stipatione meatuum accenduntur, quoniam valida plerunque virtus est, citra periculū vacuatio adhibetur. In alijs verò morbis maximè est periculosa: veluti si ea fortè incidit in corruptela humorū. de qua tempestiuum est mentionem facere: quò omnes mittendi sanguinis indicationes in hoc libro decidamus. Ergo quod corruptū est, id alienū à natura est: quod tale est, id se auferēdum dictat. Si igitur cū viribus imbecillis corruptela incidit, 10 vtiq; quod affectus remediū est, id cum virtutis custodia pugnat. Si quidē affectus vacuandum esse præcipit, idq́; vel vena incisa, vel purgatione. Harum autem neutrā ferent imbecillæ vires. Quoniā igitur in omnibus eiusmodi repugnantijs incerta succurrendi ratio est, aliâs insanabilis omnino affectus relinquetur, aliâs spatio, & ægre, idq́; si magnū nactus sit medicum, sanari poterit. Oportet nanq; vbi indicationes ita sibi aduersantur, & paulatim quod vitio- 20 sum est vacuare, & paulatim inuicem quod salubre est pro eo reponere. Vocant medici eiusmodi vitiosi succi curationem Græcè ἐπίκρασιν.

CAPVT XI.

Memineris verò mihi ad ea quæ dicenda sunt, etiam quorum causa venæ sectio petitur. Nam quoniam hæc sanguinis vacuandi causa adhibetur, sanguis autem inutilis naturæ est: vtiq; probè hanc administrari conueniet, sic

vt

vt quod inutile naturæ sit, emittat. Fit aūt sanguis naturæ inutilis bifariā, vel cum propriam qualitatē ad vnguē non seruat, nec amplius nutrire sicut prius, cū vtilis esset, potest: vel ita multitudine creuit, vt aut vires premat, aut tū venas, tū arterias, vel distēdat, vel *findat, vel obstruat. Ac in his quidē mißio sanguinis vtilis est, ceu vacuatiū præsidiorum vna: in aliis, ceu quod humorū vehemētiorē impetū ad diuersam
10 partē reuocet, vel *per propinqua deriuet. Postulat autē semper valentes vires, quæ modò vacuatiōis eius respōdeant. Ad hæc igitur respiciē tes sanguinē detrahimus, aliàs semel, aliàs bis, vel ter, vel sæpius: veluti in sequētibus patebit. In præsentia verò illud manifestū fecimus, virtutē, vacuātia remedia aliquandò citra noxam ferre: vtpote nec adiutam ab his quicquā, quod sit æstimandum, nec verò læsam. Sæpe verò magis minúsve, tū iuuari, tū lædi. Præterea, quoti-
20 es notabilis illi ex vacuātibus auxiliis noxa incidet, toties patêre ipsam quoque tunc vtile aliquid ad considerandū indicare: æquè vtique vt cū manifestè iuuabitur. Vbi verò ex iis quæ affectū summouent, nec cōmodum illi accedit vllū, nec incōmodū: ibi velut inutilis prætermittitur.

* ῥήσσῃ, i. rumpat.

* εἰς τὰ πλάγια, id est ad latera.

CAPVT XII.

Porrò vna semper est quæ ab hac præstatur conferentis indicatio: veluti etiam reliquorum omniū. Nam quicquid pro natura sua

indicat,id vnum semper indicabit, ceu quod vnam habeat naturam. Atq; id vnum, si quod indicationem facit, simplex est, ipsum quoq; simplex erit. Sin illud est compositum, hoc quoq; erit compositum. Sanè quædam sui custodiam indicant, quædam amotionem. Siue autē hanc indicent, siue illā: quod simplex est, simplicē quoq; indicationē habet: quod non simplex, etiā non simplicem. Idcirco in superioribus semper simplicem intemperiem, simplicem indicationem præbere diximus: * veluti in frigiditate & calidita te. Non simplicem verò, etiam indicationē suggerere non simplicem. Calidam enim siccamq; intemperiem curationem sui per ea quæ humectent & refrigerent, moliendam indicare.

* In Græco est καθάπερ ἐπὶ ψύξεως τὴν θερμότητα, id est veluti in frigiditate caliditatem.

CAPVT XIII.

Ergo vires quoq; vnam rem semper indicabūt: vtiq; sui custodiā. Quibus ergo (roget quis) rationibus seruabitur? Nempe potissima ratione ex eo quod de substantia earum vel inanitū, vel alteratum est, corrigendo. Secundo loco ex prohibēdis iis quæ ipsarum substantiam vacuare alterare've possunt. Cōprehēsa verò inter ea quæ alterāt, breuitatis causa sint, & quæ earum vnitatem distrahūt. Hæc itaq; cùm vires perpetuò indicent, in valentibus (sicut dictū est) consensus agendorum omnium ad ipsarum perennitatem est: in ægrotantibus autē non semper. Quo tēpore æstimari debebit, quod vel magni

gnitudine, vel dignitate (vt prius est dictũ) præualeat. Maxima igitur dignitas ipsarũ est virium: quãdo viuere ipsum nobis ex harũ custodia cõstat: vtpote cùm vitam aut ipsas esse vires aut earum actiones sit necesse. At vita ipsa nihil esse prius in animantis corpore potest: propterea quòd nec sanos esse citra vitã licet. Virtus ergo omniũ prima custodiẽda hominibus est: seruabitur autẽ si nec eius substãtia inaniatur, 10 nec tanta alteratione alteretur, vt ea corruptioni sit propinqua. Atq; huius custodiæ pars est, vbi vel tẽperiem ipsam præsentẽ seruamus, vel absentẽ inducimus. A viriũ indicatione proxima est, quæ ab affectibus, quos curare proponimus, datur: postea deinceps reliquæ. Quicquid igitur indicationi, quã vires præbent, aduersatur, id secũdi est loci, ac posterioris iis quæ illæ præcipiũt. Quæ verò cũ iis quæ viribus cõducunt, in idem cõpetunt: hæc vtrũq; calculũ referunt, & 20 eorum quæ primæ (vt ita dixerim) sint notæ, & eorum quæ secundæ. Itaque hæc citra controuersiam sunt faciẽda. Quæ verò aduersantur, aliquãdo administrãda prorsus nõ sunt, aliquãdo *paulatim. Quippe si quem curare studes affectum, is vacuationem requirit, vires autem extrema imbecillitate laborant: toto illo tẽpore quo vires reficimus, eorum quæ affectũ sanẽt, nihil planè ægrotanti exhibebimus. Vbi verò eò robo ris peruenisse eas coniicimus, vt nihil aut parũ ex

* ἐπ' ὀλίγον, i. modicè.

vacuãdo sint lædendæ, tum est ad affectus quoq; curationem accedendũ. Prima igitur omnium indicatio est, quæ à virtute sumitur. Verũ nõ sic prima, vt quæ curationẽ doceat: cùm ex numero curatricium indicationum nõ sit: verùm (vt ita dixerim) vitalium, [siue quæ ad vitæ custodiam pertinẽt.] Nã neq; vt valeamus, nec vt à morbis liberemur, ab ea quicquã primùm desumimus: sed vt viuamus. Additũ autem in sermone est illud primùm, quòd ex accidẽte aliquã do virtutis roboratio ad affectus curationẽ conducit. Verùm id in sequentibus docebimus.

[Ista non sunt in Græco.

CAPVT XIIII.

N*Vnc ad pensum rursus redeamus: in paucas summas compendij causa rem omnem cogẽtes. Medicatoriæ indicationes à morbo ipso sumuntur, à corporis temperamento, & tertio ambiente nos aëre. Quòd si aliæ quædam antea sunt positæ, vel postea non hæ modò, verũetiam aliæ dicentur, omnes tamen ex iis in partes diductus natæ videbũtur. Siquidẽ corporis temperies quæ illo tẽpore fuit, quo ægrotare id cœpit, quæq; ad inueniẽda remedia est vtilis ex natura, ætate, cõsuetudine, & ambiente nos aëre ortum habet. Ambiens verò ipsẽ eiusmodi est redditus propter tũ regionẽ ipsam, tum anni tẽpus, tum cœli statũ. Ergo cùm vnum sit eorum vtrũq; ex pluribus tamẽ tale efficitur. Affectus verò haudquaquã in causas diduci est aptus, sed in* di-

differẽtias. Nã aut in similaribus cõsistit partibus, aut in ĩstrumẽtariis. Ac in similarib. quidẽ vel simplex est intẽperies, vel cõposita. In instrumentariis circa simplicium partiũ, vel posituram, vel formam, vel numerũ, vel magnitudinem, tũ quæ horũ sigillatim traditæ sunt differentiæ, consistit. Hæc itaq; tria illa prima sunt quæ curationẽ indicant. nẽpe ambiens ipse cum geminis corporis, siue affectionibus, siue constitu-
10 tionibus libitũ est appellasse: vna naturali, altera quæ præter naturã sit, quæ sanè morbus est. Nõ posse aũt plura esse genera indicationũ, quæ ad medendum pertineant, quàm tria quæ modò diximus, ex ipsa rerũ substantia scire licet. Nã morbus & sanitas, corporis sunt affectus: ille se tollendũ, hæc se tuẽdam indicãs. Ambiẽs verò is est sine quo nec tolli morbus, nec teneri sanitas potest. Hic igitur causæ sine qua nõ, obtinet rationem. At verò cùm id quod ægrotat altera-
20 mus, nisi cõstat quousq; sit mutandũ: vtiq; quando sit ab alterãdo desistendum, nõ intelligemus. Generatim igitur in omni curatione agendorũ indicationes in his ad summum tribus cõsistunt. Membratim verò (vt suprà est cõprehensum) aliquæ simplicium particularũ sunt propriæ, aliquæ cõpositarum. Eorum ergo quæ in simplices incidũt partes, vnum est intemperies ea quæ in calido cõsistit. Hæc cùm in totũ diffusa corpus est, febris nominatur, ideòq; omnis febris qua se-

bris est, humectatio refrigeratióq; remedia sunt. Ac si sola hæc sit, ad refrigerandũ humectandũq; omne medẽtis consiliũ, veluti ad finẽ dirigitur: ita vt nihil sit quod præterea ad curationẽ desideretur, nisi vt materiæ inueniantur, quæ huic proposito sunt idoneæ, materia verò inuenta, vt opportunũ tempus ex quatuor febris tẽporibus captes, quantitatẽ verò, ex cõferendo cum naturali habitu morbũ. Quippe quantũ is à naturali habitu recessit, tantũ opus est ægrũ refrigeres & humectes. Sanè ambiens si contrariam morbo tẽperiẽ habet, è præsidiorũ numero vnus est, sin similem, ægritudinaliũ causarũ est vnus. Quoniã autem reliquas materias, tum deligere, tum fugere licet: quam aũt ambiens præstat, fugere nõ licet, imò necesse est præsenti cœli statu vti: idcirco huic quoq; attenti esse cogimur: qui vtiq; sæpe cum iis quæ morbus facienda suadet, (vt diximus) est cõcors: sæpe discors, & qui contrà moliatũ. Habebit ergo (vt diximus) ambiẽs rationẽ modò materia sanãtis, modò causæ morbum fouentis. Quippe cùm humectari refrigerarírq; morbus postulat: si hæc præstat, sanãtis materiæ rationem obtinet. Sin calefaciat & siccet, morbificis causis est annumerãdus. Vbi igitur cũ medendi indicationibus consonat, pro gratia est habendum. Sicubi aduersatur, inhibenda eius noxa est: scilicet reliquorum auxiliorum humiditate, ac frigore intensis adauctisq;. Sedulò igitur

10

20

tur agendum est, vt ambientem, quoad fieri potest, qualem esse expedit, prępares: scilicet humidiores frigidioresq́; domos, tum deligēs, tum verò preparans: sicut è diuerso si frigida sit humidáq; morbi species, quę calfieri siccariq; postulet: & eligēda, & preparādę domus sunt, quę calfaciāt, & exiccēt. At deligēdas quidē dico, quę ex se ipsis eiusmodi sunt. Prępàrādas verò, cùm arte nostra molimur per ęstatem subterra-
10 neas eas, & ad septentriones versas, ac pauimēta earū assiduè humore aspergētes: tum vt ex euripo aliquo aura inspiret, machinātes, flores prę terea, ac germina, quę frigidę, humidęq́; facultatis sint, per aream proiicientes, per hyemem verò contraria horum molientes, pręsertim vbi morbus (vt prędictum est) suadet: vbi non suadet: excessus tantùm vtriusq; temporis remittētes. De quo mihi aliquid necessariò postea est dicendum. Nunc auxiliorum materias indicare
20 non decreuimus, sed methodos docere.

CAPVT XV.

Qvare rursus ad has disputationē reuocemus, doceamusq́; quemadmodū et pauca & multę pro diuersa sectiōe curatorię indicationes sint: quando & tres vniuersa (vt proxime docuimus) facias licet, in pauca capita tota summa reducta: & qualibet earum rursus diuisa, ex ipsis multa* efficere. Id quod etiam iam monstratum est. Quin & ipsarum sectionum

* In antiquis est συστῆσαι id est cōstituere.

quamlibet rursum diducas in membra licet, donec ad insectile venias. Iam primas quoq; illas tres, quas memorauimus, fieri potest vt redigas ad pauciores, sic vt duo eorum quæ curationem indicet, omnino capita sint: nempe præsens affectus, quem morbum nominamus: & qui prius fuit, quem sanitatem & naturalē habitum diximus. Neq; enim aliud est ipsa sanatio, quàm præsentis in corpore vitiosi affectus in naturalē habitum mutatio. Cùm aūt cōtrarij hi affectus sint, necesse est per contraria fiat eorum alterius in alterū translatio. Atq; ita rursus vna sola erit curationū maximè generalis indicatio, nempe cōtrarietas. Ergo hinc rursus sumpto initio, agè particulares indicatiões disquiramus. Quoniā id quod ægrotat, ei quod valet, est cōtrariū: vtiq; per cōtraria est ab illo in hoc via. At quo modo (inquies) in cōtrariis inueniet̄ modus? Nō enim satis est calido affectui admouisse frigida, nisi id debita fiat mēsura: cū alioqui metus sit, si intra modum id fiat, ne morbi reliquū quippiā relinquatur: sin modū excedas, contrariū genus morbi inducas. Qui enim supra quàm par est, calidū morbū refrigerat: is sanitatis mediocritate trāsmissa, aliū excitabit morbum, qui sit frigidus. Quod quo minus accidat, naturā curandi corporis scias oportet: quò quantum morbus ab illius symmetria discesserit intelligens, mensuram refrigerāti præsidio imponas. At fieri non

potest,

poteſt, vt quantũ à ſe inuicem diſtent inuenias, niſi cõpertum habeas quàm eſſet corpus, aut humidũ, aut frigidum, aut calidum, aut ſiccũ cum valeret, quãtũq; ex his exceſſerit poſtquã ægrotauit. Quippe quod plurimùm à naturali habitu receſſit, id vehementibus eget cõtrarijs, quod non plurimùm, leuibus. Sanè plurimùm receſſit frigidus morbus à corpore natura calido: ita vt è diuerſo calidus à frigido. Minus receſſit tũ calidum à calido, tum frigidum à frigido. Quare ex vtriſq; indicatio curationis præſtatur. Verùm cùm materiæ reliquorũ præſidiorũ omniũ electio in noſtra poteſtate ſit, eius verò quam ambiẽs præſtat, in noſtra manu nõ ſit, ratio eſt ex hoc quoque propriam quandam indicationẽ ſumamus. Ceterùm, quoniã noſci ad vnguẽ oportet corporum tẽperamẽta, id verò eſt planè difficile: vtique tẽtãdum eſt, tum ex ijs, quæ in libro de temperamentis ſunt ſcripta, ea inuenire: tum verò vltra hæc, quò magis ſcientifica notitia ſit, ex ætate & tota anteacta vita, quæ nimirũ in vitæ exercitio, & victus ratione conſiſtit: præterea, in hac regione, & hoc anni tẽpore, & hoc ſtatu cæli, conuerſatione. Si nanq; natura gracilis, & tãgenti calidus, & bilioſus, & propenſus ad irã, & hirtus ſit: calidus hic ſiccúſq; natura eſt. Nõ tamen neceſſe eſt, nunc quoq; cũ ægrotare incepit, eundem planè habere affectum. Fieri enim poteſt, vt in deſidia vixerit, idq; cũ frigidis

humidisq; potione & cibis, ad hæc etiã cum balneis post cibos, & multo somno: præterea in regione humida & frigida, & hyeme in qua frigidus & humidus exuperabat cœli status. Rursus fieri potest, vt horum præcesserint cõtraria, id est calfacientia & siccantia, idq; per singula dictorum iam generum. Ergo si quoad præsens tẽperamentũ noscendum deficimur, id ex præeuntibus ipsis supplebimus. Ex illo verò inuento, administrandorum indicatio suppeditabitur.

CAPVT XVI.

AC dictum quidem prius est vbi de frigida exhibenda præcepimus, illud quoq; ex iis vnũ esse, quæ consideranda tum essent, nunquid particula quæpiã cui frigida natura esset, lædi magnopere ex eius potiõe posset. An igitur fas est in ægrotante homine cuiusq; particulæ temperamentũ inuenisse absq; iis notis, quas in libris de ipsis retulimus? Atq; illi quidem nec inquirunt, nec norunt, sed iuxta prouerbium, vno calapodio omnes calceãt. Nos certè (quibus inquirendi cura fuit) illud inuenimus, quòd per plures ac cognitu difficiles notas cuiusq; mẽbri temperamentum coniunctura potius quàm scientia inueniatur. Si igitur notis multis & paruis aliqua certior apparuerit, nónne abiectis illis hanc pro omnibus arripiemus? nemo id, arbitror, qui mentis est compos, negabit. Atqui si omnes tẽperamentorũ notas in vnũ colligas, hæ longissi-

mè absunt, vt parē ei quam cōsuetudo præstat, fidem faciant. Si enim antea per sanitatē quispiam frigidam perpetuò biberit, neutiquā nec in iocinore, nec vesica, nec vētriculo, nec alio quopiam talium offensus, planum est & valida illi esse hæc omnia, nec nunc à frigida lædenda. Nō est igitur quod paruū quidam, atq; ad spectandum leue ad inuentionē remediorum consuetudinē existimemus: veluti nec ad sanitatē tuendam. Nemo enim adeò est stupidus, vt magnopere ex frigidæ potione læsus, hāc in diutinū vsum duxisse velit: propterea quòd læsus interim, atq; ab ea euidenter ægrotans, omnino abstinebit. Ergo sicut alia non pauca quidā medici præter cōmunes sensus, ita illud quoq; effuderunt: quòd nulla nec salubris inueniēdi victus, nec ægrorum curatiōis, ex cōsuetudine sumatur occasio. Videtur enim nō sicut alia quædam exiguū leuemq; sed maximam, ac maximè principalē vim habere: vt quæ singulorū corporū naturā ostēdat. Sanè ipsi via rationéq; ab ea procedentes fatemur nos partiū affectum inuenire, dein ex illo rursus ad faciendorū indicationē venire. Empiricus verò præterire se naturæ inquisitionem profitetur: quippe quod per eam cōsecuturus fuisset, id iam se habere intelligere scilicet se, non lædi à frigidæ potione ægrotātis corpus: id verò esse quod nobis ab initio proponatur, non vt naturam noscamus. Post (arbitror) nos quidē veluti ambages

frustra

frustra secutos meritò taxet:eos verò qui in totũ inutilem esse cõsuetudinem dicunt, veluti à communi sensu alienos iustè accuset. Quid igitur, inquies, eis respõdebimus nos qui methodo artẽ condimus? Nempe quid aliud quàm quòd vera dicũt de iis cõsuetudinibus, quæ adeò euidentẽ vtilitatẽ offensámve ostẽdunt? quippe quas nemo vel ante methodũ non nouit. At reliquarũ quasdam, quæ scilicet paulatim magnũ contrahunt incõmodum, non æquè licet per experientiã in- 10
uenire. Dictum autẽ fusius de eiusmodi cõsuetudinibus est in libris de sanitate tuẽda. Vnde si in frigidæ quoq; exhibitione consuetudo citra methodum satisfacit: nec nos profectò experiẽtiam fugimus: imò omnẽ quam illi, vtilitatem ab ea capiẽtes, etiã extrinsecus præter hãc adiicimus, (qui saltẽ id possumus,) eã quæ à rerũ natura suggeritur indicationẽ. In hoc verò libro methodi rationẽ sequentes, fatemur longiore via idem inuenire quod breuius inuenire citra ratiocina- 20
tionem liceret. Siquidẽ cùm sæpe iam vidimus nõ paucos ex iis qui febribus ardentibus premerentur, cum iam mediocriter concocti humores essent, statim ex frigidæ potione febre liberatos, quamuis ei potioni parum assueti fuissent, multò (arbitror) magis in iis qui assueuerũt, vtilitatem fore citra noxã vllam sperabimus. Habes itaq; nunc etiam de consuetudine rationem, etsi ex incidẽti oblatam, tamen satis definitam. Est

enim

enim ea quoq; vnum quiddam eorũ quæ curationis rationẽ per* morbi naturam intercedentẽ indicent, quemadmodum & ætas. Siquidem ipsa quoq; tẽperamẽti interuentu indicationem præstat: veluti puerorum: quæ cum humidam & calidã intẽperiem habeat, facilè digeritur.

* In impressis est γοαῆμα-τος. in antiquis σώματος id est corporis, & videtur melior lectio.

CAPVT XVII.

Adsis enim animo velim ad ea quæ de corporũ diuersitate hoc loco dicã. Lapidũ substãtia cõstãs stabilisq; propter siccitatẽ & frigus est. Ad eũdẽ modũ, æris, & ferri, & auri, & vno verbo, omniũ, quæ ex terra sunt corporũ. At quæ humida calidáq; sint, eorũ substãtia celerrimè in ambiẽti dissipatur, aliâs in halitũ sensibilem soluta, aliâs in perspirationes quæ visum fugiant, sed ratione deprehendantur. Atque hæ corporum naturæ veluti ex diametro, (vt Græci loquũtur) id est lõgissimo interuallo à se distant. Reliquarum omnium illæ quæ frigidæ ac siccæ proximæ accedunt: ægrè quidẽ per halitum digeri possunt, minus tamẽ ægrè quàm ferrum, & lapis, & adamas. At quæ calidæ & humidæ sunt vicinæ: hæ promptius quidem digeruntur, atque exhalant: cæterùm, minus hæ quoq; quàm aqua calefacta. Nã citra calorem non potest in halitum digeri corpus vllum, substãtia eius coacta densatáq; manẽte: sed nec per calorẽ omne: imò quod habile est in halitum resolui: tale porrò est quod humidũ est. Ergo puerorum

rorũ ſubſtãtia omniũ facillimè digeritur, ac diſſipatur, propterea quòd eſt omniũ humidiſsima: nulla verò frigidior. Quominus vacuãtis præſidij eget, cũ habeat ex ſeipſa vnde naturaliter vacuetur. Fit autẽ profectò & propter calidã ſiccãq; regionẽ, & tẽpus æſtiuũ, & ſtatũ cæli impẽsè calidũ & ſiccũ, notabilis per cutim vacuatio. Itaq; etiã huius cauſa ijs qui ſanguinis detrahẽdi egẽt, aut prorſus venã nõ ſecabimus, aut parũ detrahemus. Sanè erunt in hac quoq; de- 10
tractione multi ſcopi à medico ſpectãdi: natura ab initio, conſuetudo, ætas, locus habitationis, anni tempus, cæli ſtatus. Ad hæc, ægritudinalis quẽ curamus affectus, aliáq; ratione ante hunc laborantis vires. Cũ verò affectus numeroſi ſint, cuiq; eorũ ſua eſt curationis indicatio. Quippe à calido indicatio eſt refrigerandi: à frigido calefaciẽdi, ac à reliquorum quolibet contrariũ applicãdi. Quare cùm octo intemperamẽta ſint, octo etiam erunt morborũ, quibus ſimplicia corpora 20
ſunt obnoxia, particulares indicationes. Vltráq; has vna eius affectus, qui etiã inſtrumẽtalium eſt cõmunis. Cuius nullum apud priores nomen fuit. Sed nos qui eũ interpretari ſumus coacti, continui ſolutionẽ appellauimus: oſtendimúſq; communem curationis indicationem hîc quoque eſſe vnitionem. At verò quæ ex hoc rurſum in partes diducto particulares conſiſtant, hæ quatuor voluminibus ſunt proditæ, nempe tertio,

quar

quarto, quinto, & sexto huius operis. At nunc quidē institutū de intēperamētis sermonē, etiā in sequētibus libris persequar. Hoc absoluto, ad instrumētaliū partiū morbos cōuertar: ostēdāq; secūdum eādē methodū in ijs quoq; tū primas omniū curationis indicationes (quas vtiq; generalissimas appelles licet) tū quæ ex harum sectione nascātur, deinde rursus quæ ex illis oriātur, donec ad eas quæ vltra sectionē nō admittāt, perue

10 nero. Hāc etenim omnis cōstituēdæ artis methodū Plato nos docuit. Verū de instrumentalibus postea (vt promisi) dicetur. Nūc (si prius, in qua parte propositi operis simus, admonuerimus) præsenti iā disputationi finē idoneū imponemus. Est igitur vnū morbi genus, quod similares, & simplices animalis vexat partes: quā intemperiem vocant. Huius aliquas differentias ex corporibus nuda qualitate alteratis prouenire docuimus. Aliquas cum materia quapiā, quæ in ip

20 sa confluit. Rursūsq; ambas incidere, vel in vnicā animalis particulam, vel plures, vel etiā totum corpus. Ergo cùm in operis huius libro septimo intemperies eas, quæ alteratis tantū qualitatibus in partibus proueniūt, pertractarim: in duobus deinceps libris ad eas quæ in totum se animal extendunt venientes, primùm agere de febribus placuit. At quoniam harum ipsarum aliquæ adhuc fiunt, manente scilicet in corpore causa quæ eas excitauit: aliquæ factæ iam

sunt,

sunt, sed quæ eas accĕdit causa, iam abijt: satius visum est de ijs primùm sermonem facere, vtpote simplicem primam curationis indicationem habentibus: deinde illas quoque stilo aggredi, quarum in corpore causa subsistit.

GALENI METHO-

DE MEDENDI, VEL DE morbis curandis, Thoma Linacro Anglo interprete,

LIBER X.

Quæ in decimo libro Methodi medendi habentur.

Vnde febres hecticæ oriantur, & qua ratione curari debeant.

Quæ ad balneorum vires pertinent omnia in vniuersum enumerat.

Quæ sint remedia refrigerando & humectando idonea.

CAPVT I.

ERGO in diarijs febribus simplex quidā est in corpore præter naturā affectus, vtpote causis quæ primū eas excitarūt, iā adeptis. In quibus verò causa quæ eas accĕdit, adhuc manet: in ijs nec affectus simplex, nec sanatio est. Si quidem quod febris iā receptū in corpore est, id ex propria ipsius curādi indicatione discutere oportet. quod adhuc est futurū: id propulsare, ac ne fiat

vita-

vitare. Vetabitur autẽ, si quæ id excitat causa, prorsus sit summota. Itaq; in diarijs faciẽdorũ indicationẽ ex ipsa febre maximè capiemus: sed cũ illa, naturã, & ætatẽ, & cõsuetudinẽ, præterea anni tẽpus, cæli statũ, & regionẽ, & vires simul expẽdẽtes. In reliquis quæ accẽsionis suæ causam intus habẽt, prima indicatio ab ipsa sumetur causa. Itaq; si febriũ quæ multos dies continuũt, rectè ostẽdimus putredinẽ esse causam: hæc
10 nimirũ sanãda est prima, sed nec interim extinguẽdæ febris, quæ per eã iã accensa est, ratio non habẽda. Ac si quidẽ in idẽ cõsentiãt, & quæ febrem extinguunt, & quæ causam oppugnãt: in quod vtraq; cõspirãt, cũ vnũ sit, sine cũctatione agẽdũ est. Sin febris, quæ iã accensa sit, sanatio, causam quæ hãc excitauit, est auctura: aut quæ causam summouẽt, febrẽ exasperabũt: diligẽs habẽda cõsyderatio est de remediorũ specie. Sanè id ligẽter cõsyderauerit, qui totã deliberationem in
20 tria hæc æstimãda diuiserit, febrísne sola curãda sit, nõ solicito de causa, an causa oppugnanda minimè curãti de febri, an plurimũ quidẽ remediorũ ad alterã earũ sit adhibẽdũ, nõ tamen altera neglecta. At quod primo quidẽ loco est dictũ, probare nõ debemus: quãdo si quibus præsidijs id quod febris semper gignitur, oppugnamus, ea effectricẽ eius causam auxerint, planè nec generationem eius aliquando inhibebimus, nec magnitudinem minuemus, quippe & ge-

*neratio eius, effectricis causæ speciẽ imitabitur: & magnitudo cũ illa pariter inaugescet. Quod secundo loco diximus, si id distinguemus, poterit esse nõ incommodum. Nam si intolerabilis ægro magnitudo febris sit, committẽdũ non est, vt per ea quibus causam adimimus, febrẽ augeamus. Simul enim arbitror vtrunque, & febrim sustulerimus, & hominem. Sin ita mediocris sit febris, vt quo tempore contra causam tantùm pugnas, obruendæ interim vires ægrotantis non sint: vtique contemnendus is modus non est. Nõ contemnendus autem nec tertius est, qui contra id cuius maius momentum est, instare iubet: nec tamen alterius omnino negligentem esse. Sanè plerunque causæ maior est vis. Fieri tamen aliquando potest, vt ea sit febris magnitudo, quæ præsentem perniciem, nisi occurras, afferat, quo casu oportebit hac prius summota, deinde ad causam acccedere. Atque hæc mi Eugeniane decidenda tibi inter initia statim de cõtrariis indicationibus sunt. Cum autem in iis examinandis non parum visa est ad hominis salutem momenti habere * vis ipsa est [naturalis:] vtiq; de ea quoq; nõ leuis ad agendorũ inuentionem cõsyderatio est habenda. Ita fit, vt tria prima sint quæ in propositis iam ob putredinem febribus agendorum indicationem nobis præbeant. Vna febris ipsa. Altera effectrix eius causa. Tertia vis ipsa [naturalis.] Cæterùm, priora duo*

* vtrobique ĩ Græ. est tantum δύναμις, id est virtus.

10

20

sunt

ſummouenda ſunt, tertium eſt tuendum. Erit igitur rurſus hîc quoque eadem tibi conſyderatio quæ paulò ſuprà, vt cum viribus, tum febrẽ, tũ cauſam inuicem conferas. Mox ſi eadẽ ambo remedia requirẽt, ea promptè exequaris. Sin indicationes pugnabũt, vnam præferas, vel quæ à viribus ſumitur, vel quæ à cauſa, vel quæ à febre: ac quæ cæteris ſit valentior, hanc magis ſequaris: nec tamẽ cæteras negligas. Ex hac nan-
10 que diſcretione doceberis primũ cauſam, febrémque profligare: vbi videlicet conijcis harũ remedia vires poſſe ferre. Rurſus primam roborandam virtutẽ eſſe, vbi hæc imbecillior eſt, quàm vt cauſæ febriſque præſidia ſuſtineat. Quinetiam omnia pariter ſub coniecturam agi licet, veluti paulò ſuprà de febri, & de cauſa eſt monſtratum.

CAPVT II.

Ergo cùm tria hæ ſint, ad quæ attẽtum te
20 eſſe in propoſitis febribus curãdis oporteat, febris ipſa, huius efficiens cauſa & ægrotantis vires, inuẽtiq; præterea ſint generales indicationũ modi, quos etiam generales vniuerſaléſq; dicimus: trãſeundum, arbitror, nunc eſt ad præſidiorum differẽtias, quæ ſpecialia particulariáque ſunt: ſed mentione de diarijs repetita: quandoquidẽ ab ipſis in eas quæ plures dies continuẽt, aliqui tranſeunt. At verò cùm in has tranſeant, vna quidem ratione maximè cõmuni, ipſa.

medicorũ inſcitia, duabus magis priuatis, quòd ipſarũ febriũ vel cauſa effectrix iam abijt, vel etiãnũ manet: de vtriſq; ſeorſum eſt dicẽdũ. Porrò abijt effectrix cauſa, quoties ab ira, dolore, vigilia, cura, æſtiuo Sole, fatigatione, & bubone iã inclinato excitata citra ſtipationẽ febris eſt. Manet, quoties, vel ab externa cauſa, vel ab ipſa febre ſtipatio aliqua facta eſt. Nã & frigiditas, & adſtringẽtiũ vſus, per mediã ſtipationẽ ſemper febrẽ excitãt. Vſtio præterea nõnũquam corporis habitũ cõſtipat. Iã ipſum febris principiũ, vbi cũ horrore inuaſit, ſtipationẽ ſubinde fecit. Quinetiã glutinoſi, & craſſi, aut etiã copioſi ſucci, vbi mediocriter obſtruxerũt, diariam aliquãdo febrẽ accẽdũt, vtiq; cũ idoneũ ſortiti ſunt medicum, vt ſupra eſt indicatum. Sanè dicuntur idcirco id genus febres omnes diariæ, quia ſol ui (quod vtiq; ex ipſis eſt) vno die ſunt aptæ, cõputata cũ hoc vnã & nocte: quẽadmodũ quũ dicimus mẽſem eſſe triginta dierũ, & annũ trecẽtorũ ſexagintaquinq;, & hoc geſtum eſſe ante treis dies, aut gerẽdũ eſſe poſt quatuor. Cæterũ, non eſt idẽ ipſarũ omniũ affectus, ſed ab aliquibus inſerabilis ſtipatio, eſt, ab aliquibus minimè inſeparabilis, ſed vel vt plerũq; ſimul adeſt, vel ãbigua ſorte, vel rarò. Inſeparabilis ſtipatio eſt ijs qui ex aluminoſa aqua, vel chalcantode, vel tali quapiã alia, aut ex frigore, aut leui obſtructione febricitarunt. Plurimũ verò ijs adeſt, qui*

* παυσαμένου.

10

20

ex

exustione febricitant. Ambigua sorte, ijs qui ex fatigatione. Quicunq; verò ex ira, vel tristitia, vel vigilijs, vel pertinaci studio, vel cruditate, vel bubone febricitant: ijs rarò, adiũcta stipatio est. Atq; harũ omnium febriũ nulla (quod vtique ex ipsa sit) ad secũdam vsq; accessionem perdurat: sed intra quatuor & viginti horas omnino desinit. Aut siquando earũ aliquæ (quod tamen rarius fit) longius trahunt, duæ ijs accedunt causæ, quæ ipsas solui vetãt. Earũ vna frigus est, quod vel ex ambiẽte aëre, vel ex vnctione quapiã extrinsecus admota proueniat. Altera egregia illa diatritos est, si qui videlicet hãc transire medicorũ inscitia cogũtur. Quòd si & ambiens aër calidus sit, & nemo ex medicis qui diatriton suspiciunt, ad ægrotantem accedat: febris quidem post primam accessionem finietur, idq; cum sudore, vel madore, vel trãspiratu qui halituosus sit. Aeger autẽ vbi se liberatũ à febri senserit, ad consueta munia redibit, lauans, vngénsq; se: aut etiam, si aggrestis quispiã monticola sit, his omißis comedens. Ac vulgus quidem, sicuti multa alia, vtiq; ab ipsa rerũ natura edoctum, melius quàm sophistæ agit: ita & in diarijs febribus omnia sibi ipsi præstare sufficit, præsertim vbi citra valentẽ stipationẽ constitere. Vbi verò cũ eiusmodi inuaserunt, qui infortunati sunt, in medicũ aliquẽ incidunt eorum qui diatriton efferunt. Qui fortunati, in eum

qui ipsos & lauabit, & nutriet, cæteráq; omnia præstabit, quibus stipatio soluatur. Sæpe nanq; (ceu dictũ est) ex leui obstructione cũ cutis latẽte densitudine, quæ vel ex vitiosa lauatione, vel alio quopiã est cõtracta, diarijs nõnulli febribus sunt correpti. Quo tẽpore nisi quis celeriter obstructionẽ summouerit, in pluriũ dierum febres trãseũt. Est nanq; eiusmodi febris (quantum ex ipsa est) earũ quæ plures dies infestant, & quæ diariæ sunt cõmunis. Cæterũ propter causæ paruitatẽ, vnius diei efficitur: sicut etiã propter magnitudinẽ, multorum interim dierũ. Verùm accessio eius ab initio ad exitum vsq; vna est, modò ne ipsam excipiat ea, quæ ex putredine humorũ nascitur: ergo quoàd nec in pulsu, nec in calore, nec lotio, putredinis adhuc aduertitur nota, atq; ex sola obstructione ortum habet, vtiq; ipsa obstructionis solutio eius est sanatio quẽadmodũq; hãc soluere conueniat, ante est dictũ. Multæ igitur apparẽt diariarũ esse febrium particulares differẽtiæ. Vna quãdo iã prorsus abijt effectrix ipsarum causa, veluti vstio. Altera, quãdo hæc etiã adest, sicuti stipatio: cuius duæ mõstratæ sunt differẽtiæ nẽpe exiguorũ meatuũ dẽsitas, & de qua nũc agimus obstructio. Sanè dẽsitudo ipsa aliàs ex siccitate prouenit, veluti post feruores, aut fatigationes, aut iras. Aliàs ex frigore eóque vel simplici, vel cum adstrictoria vi. Quæ quẽadmodum inter se differant, in libro de medica

10

20

dicamentis est praeceptum. Iam verò obstructio num ipsarum alia est, quae ex abundantia, alia quae ex qualitate succorũ, scilicet qui aut lenti, aut crassi sint, incidit. Praeferetur autem inter remedia, in ea quam copia facit, sanguinis missio. In ea quae ex humorem qualitate consistit, attenuantium vsus. Quod verò ex viribus consilij petatur, vt in diarijs sanè est exiguũ: ita in ijs quae pluribus diebus vrgent, satis magni est
10 momenti: eoq; maioris, quo hae sunt longiores. Enimuerò vbi naturaliter se vires habent, ne minimum quidem in plurium dierum febribus vacuationũ vsum morantur. Vbi non naturaliter se habent, (voco autẽ non naturaliter cùm infirmiores quodammodo sunt) pro magnitudine imbecillitatis impeditur vacuãtium auxiliorũ vsus. Sanè rarius accidit vt protinus in primo secundóve die vires imbecillae cernantur. Accidit tamen interdum, vel propter aegrotã-
20 tis malum corporis habitũ, vel propter senium. Nonnullis etiam fatigatio, vbi tristitia vigiliaeq; praecesserũt, & inedia per totũ secuta est diem, dein febris priusquã homo cibaretur, circa vesperam occupauit, & nox in somnis est acta, vires magnopere resoluit.

CAPVT III.

NEc alienũ sit, si tibi talem aegrotũ describam. In quo primùm ausus sum ratione ipsa mihi viã monstrante, & diatriton cõtene-

re, & viriū rationē habere: posteaq; alios, quos in simili casu vidi, audacter eodē modo quo illū, curare. Siquidem primū periculū postquam ijs quæ ab indicatione sunt inuenta subscripsit, ad secūdū vsum reddit magis animosos. Ergo iuuenis qui febri est correptꝰ, annos natus erat quinque & viginti, gracili corpore & musculoso, & veluti canis: tum sicco calidoq; omnino temperamēto. Iam idem exercitatione quodāmodo delectabat, & alioqui cogitabūdus, & industrius erat. Is peregrè agēs, cùm nuntiū parū gratum accepisset, & tristatꝰ est, & properè se accingēs ad vrbē festinauit. Ac priore quidē die & laborauit medicè, & lotus cœnatusq; in quodā diuersorio quieuit: sed maxima ex parte sine sōno Postera die etiā magis festinauit: ac lōga via, & sabulosa, & squalente, tum sub feruēte Sole cōfecta, hora propè septima & semisse peruenit in vrbē. Ibi cū ea quorū causa maturasset, meliora audiret: in gymnasiū lauaturus proficiscitur, dein vnctus, vnà cum quodā eorū qui aderant iuuene, perfrictus est. A quo cū vt paululum dimoueret, prouocaretur, orta inter eos contentione, (qualia sæpe incidunt ijs qui exercitationibus indulgēt) plus iusto est exercitatus, erat q; iā immodicè siccus. Egressus verò gymnasiū, inuenit amicorū quosdā pugnātes: quos dum dirimit, imprudēs in aliā exercitationē nō leuē incidit, dū alios eorū diuellit, alios impellit, alios

comp

cōplectitur medios, alios vt iniurios increpat, ac pro ijs qui iniurijs affecti essent, irascitur, adeò vt domū se in summa siccitate reciperet, lassitudinē, inæqualitatemq; sentiēs. Aquā igitur ex consuetudine bibens, vbi nihilo se leuatū, sed inæqualitatē sibi intēdi sentit, hāc quidē vomuit. Ratus autē vtilius adhuc cibo abstinere, accubuit, ac quieti se dedit hora fermè diei vndecima: quod quū fecisset, ac nocte tota febre dinexa 10 tus vigilasset, postridie quoq; quieuit vsque ad meridiē, sperās se somni aliquid cōsecuturū. quo tēpore cùm eum medici quidā diatriton colētes, inuiserēt: tum quidem homini satis magnā esse febrem aiebant, vesperi autē se illum reuisuros. Itaq; & vesperi cum redirēt, ac febrē inclinatā cernerēt: ne tum quidem nutriēdum censuerunt: quamuis etiā id alius quidā medicus suaderet: imò sternuè restiterūt, adijciētes, si quidem sine febri esset, fortasse cibū daturos: febricitāte ad- 20 huc minimè id facturos. Quinetiam cùm tertio die manè redirent, etiam tertiæ diei accessionem transmittendā censuerunt. Erat autē (vt prius dictum est) suspecta hora illius diei vndecima. Ergo digressu illis, ipse accessi, ac faciē iuuenis contemplatus, vidi talē esse qualem in progno- » sticis Hippocrates his verbis pingit: Nasus acu- » tus, concaui oculi: ac reliqua quæ deinceps, ab eo dicta scimus. Itaq; cùm omnino mihi persuaderem fore, vt tum in lecticā febrem, tum quam

*μαρασμώδη vocăt, homo nisi cibaretur, incideret: sorbitionẽ ex alica quam primũ paro, atq; exhibeo. Et tamẽ quãuis hac sumpta, cũ accessio suo tẽpore circa vndecimã inuaderet, sic extremis partibus perfrixit, vt calfieri hæ vix possẽt & pulsus illi paru⁹ *rarusq; quãmaximè fuit. Qua ex causa illi etiã quarto die tũ manè tum vesperi cibum dedi, quò scilicet & vires repararẽ, & corpus humectarẽ. Erat nanq; cutis eius ceu coriũ arida. Vbi autẽ febris tenuis, & similis perseuerauit, statui deinde quinto die nõ simplici sorbitione hominẽ cibare vt antè, sed alica ex aqua calida, citraq; conditurã iniectis in eã mali punici granis. Est nanq; is optimus cibus bilioso stomacho. Nã & roborat hunc malũ punicum, & alica cùm diutissimè in vẽtriculo citra corruptionem maneat, sensim concoquitur, nec acescens, nec innatans. Quæ vitia accedere sorbitionibus aliquãdo solẽt. Incidit verò & in ipso quinto principium accessionis simile. Itemq; cùm & sexto & septimo eũ simili ratione cibassem in *nono rursus simile principiũ præcedentibus fuit. Vbi nimirum vel amentiam, vel pertinaciã, vel haud scio quid dicam, eorũ qui in principio hominẽ transmittere tertiæ diei accessionẽ sine cibo iusserãt, prorsus intelligere licebat. Nã cùm cunctis euidenter appareret nũquã peruẽturum eũ ad quartũ fuisse, si nutritus antè accessionem tertij nõ fuisset: illi & tũ eum,*

* ἄῤῥωστος, id est imbecillus.

* κατὰ τὴν ὀγδόην. i. octauo.

&

& secutis etiã diebus nõ rectè nutritũ aiebant. Cæterùm cõmittendũ nõ erat, vt eorũ redarguẽdi studio, ægrum quis nõ exhibito in ipso accessionis die cibo proderet. Igitur nono die similiter hominem nutriẽs, cernẽsq; in accessione pulsum eius redditum quàm prius erat firmiorem, cæterùm imbecillitatẽ illam adhuc præferẽtem cum extremarũ partium frigore, non potui sustinere medicorum illorum meras nugas, sed vndecimo die præfatus prius ægrotãtis amicis, fore vt ipso die intelligerent hominem hactenus nostra opera fuisse seruatum, permisimus illi præterire accessionis horas. Ergo cũ & sine pulsu omnino in ipsis esset, & frigus eũ vehemẽs totius corporis premeret, sic vt nec loqueretur amplius, & vix impellẽtem sentiret, cõuocati in vnum medici omnes qui ab initio videramus, ab ægrotãtis propinquis propemodũ sumus discerpti. Ego quidem quòd ob pertinaciã vltro ægri salutem prodidissem: qui diatritou colebãt, propter ignorantiam & stupiditatẽ. Ac illi quidem palli-diores frigidiorésque quàm ipse æger, consilium quoddã fugæ captabant. Quod ego prospiciens, aulæ ostium obserari iusseram, & simul amico cuidam clauẽ seruare. Pòst medius eorum stãs, iam inquam vobis cõstare planè arbitror, quis hactenus hominẽ seruarit. Seruabitur autẽ & nunc nostra opera. Neq; enim si periturũ omnino in hac accessione putassem, à cibatione destitiss

stitissem. Sed quoniam ex praecedenti iam victu tantũ illi roboris superesse nouerã, vt tolerare accessionem posset, permisi accessionis horas sine cibo trãsmittere. Ac satius quidẽ fuisset multò antè hominẽ nutrire. Verũ quò & istos redarguam & quibusdã his auscultantiũ, qui cõfici à nobis iuuenẽ, quòd illã occasionẽ omiserim dicũt, persuadeam, nũc illis ostendam, vel in accessione ipsa ægrotãtes quosdam nutriri debere: nedum antè hanc. His dictis, ac diductis hominis maxillis, in fundo ex angusti oris vasculo, cremoris ptisanæ treis cyathos: paulò autem pòst alibi & tenuis vini, modiceq; calida diluti, duos cyathos. Post quos & sustulit oculos, & tũ audire, tum loqui, tũ præsentes nosse cœpit: cùm antè veluti lignũ aridũ porrectus sine voce ac sensu iaceret. Rursus itaq; dato ex vino quo dixi modo diluto, pane ad comedẽdum exiguo, prorsus hominẽ reuocaui. Quẽ vt rursum ad institutã ab initio victus rationem reduxi, & tertijdecimi diei accessionẽ facilè tolerare vidi: in quartodecimo rursus manè cibaui: ac pòst circiter horã octauã laui: deinde rursus liberalius cibaui: ac mox vinũ bibendũ exhibui. Idem verò & in duodecimo & tertiodecimo fecerã. In quinto autẽ decimo rursum cibaui manè. Cùm verò facilius tũ quoque accessionẽ ferret, in sextodecimo denuò laui. Cæteraq; circa hominem peregi sicut in præcedẽtibus diebus. At vbi in decimoseptimo minimè

nimè grauis paruaq; accessio fuit, audacter hominem de cætero sub cõualescentium victus ratione habui. Hic ager non paucos semimalorũ, ac non penitus asinorũ docuit etiam ante accessionesipsas nonnunquam esse cibandum, vel si duarum horarũ intercedat spatium, ac multo magis antè accessionem tertij. Ostendi autẽ tibi & in prima ipsa accessionis inuasione eiusmodi homines esse nutriendos. Dico autem eiusmodi
10 homines, in quibus corporis intemperies ad siccum & calidum conuersa febres accedit.

CAPVT IIII.

Porrò hoc quoq; plerisq; medicorum fortasse sit incredibile. Sed siue rationi ipsi fides est adhibenda, siue operibus, nos fidem ambobus facimus. Operibus quidẽ, dum homines ijs mõstramus, qui si biduo patiãtur inediam, necesse est febricitent: ita scilicet vt nonnulli vbi concitati ad iram sunt, vel mœrore vel vigilijs affe-
20 cti. Euidẽtissimè enim tum in conualescentibus ex diutino morbo talia fieri cernuntur, tum ijs qui calido & sicco sunt tẽperamento. Quam verò ratio ipsa fidẽ huic rei facit, alibi iam dicta est. Dicentur tamen & nunc eius rei summa. Mordẽs halitus et succus vbi per sensibilia corpora fertur, horrores & inæquales totius corporis concussiones (ῥῖγη Græcè dicunt) facit in ijs quibus cute stipata, quæ prius trãspirabãt, iam sunt retenta. Quoties enim fuliginosa sunt, febres

bres accendũt. Ergo eiuſmodi halitus et ſuccos, tũ multa & vehemẽs dimotio, tũ vigiliæ, et ira, & dolor, & cura, augẽt: tum proximè ab iſtis vnũ illud per ſe interdũ augere eos ſufficit: vtiq; ſi cibũ quis non ſumpſerit. Efficit enim corporis habitus in ijs naturis, quæ facilè amarã bilẽ generant, ex lõga inedia bilioſus. Si igitur tum id incidat, tũ æger motu quopiã valentiore quàm pro viribus vſus, mordentiũ excrementorũ impetum cõfertim foras excitarit: neceſſe eſt (veluti in ſymptomatũ cauſis oſtẽdimus) vel concußionẽ quã modò dixi, vel horrorẽ ſubſequi. Ac cõcußio quidẽ iſta ſuccedet propter eorũ quæ feruntur extremẽtorum, tum multitudinem, tum acrimoniã, tum impetus celeritatẽ, tum laborãtis viriũ infirmitatẽ. Nam & quæ multa paucis, & quæ qualitate ſunt inſigni, ijs quæ ita nõ ſunt, mordẽt magis. Pari modo & quæ cũ celeritate ferũtur, ijs quæ tardè. Iã vires vbi valẽtes ſunt, omnia contemnũt ac tolerant, vbi infirmæ ſunt redditæ, vel abs quouis offendunt. Horror fiet vbi & qualitas eorum & impetus velocitas eſt remiſſa, tũ copia minor: ac potißimũ cùm vires triſtãti obſiſtũt. Si verò iã dicta largius remittãtur: ne horror quidẽ fiet, ſed vel vlceroſus quidẽ ſenſus, vel tãtũ inæqualitas. Ergo coeũtibus omnibus iam dictis, quod vehementißimũ eſt oritur: vtiq; ſupradicta totius corporis concußio, rurſus remißis omnibus, nullus ex trãſitu exc

10

20

tu exc

tu excrementorũ fit ſenſus. Quòd ſi quędã ſint, quędam nõ ſint, & quędam maiora ſint, quędã minora, in eiuſmodi miſtionibus media latitudo omnis, quę inter id quod maximũ eſt, quod ῥῖγος Gręcè vocari diximus: & minimũ, qui eſt nullus omnino excremẽtorũ ſenſus, efficitur. Itaq; nihil mirum eſt, ſi dictarũ cauſarũ quęlibet vel per ſe, vel cũ alijs iuncta, alij inęqualitatem, alij vlceris quẽpiam ſenſum, aut horro-
10 rem, aut dictam cõcuſsionem afferre, videatur. Nã pone vires imbecillę ſint, corpus ipſum admodum ſenſile, (quippe id quoq; oſtẽſum eſt non parum ad eiuſmodi ſymptomatũ generationem cõferre) habitus autẽ corporis gracilis, & temperamentũ bilioſum, ſtomachusq; ſimiliter bili affectus: tũ his omnibus accedãt inedia cibi, & vigilię quępiã, et triſtitia, & ſolicitudo: ad hęc progreſſus à domo, qui exurgẽte quapiam cauſa, ſit neceſſarius: poſtea bis ꝓpoſitũ (id quod aliꝰ
20 quando fieri vidiſti) det ſedulò operam, vt plus itineris per vrbẽ re ita poſtulante feſtinus peragat: nũquid huic ex eo qui excitatus eſt mordentium excremẽtorum motu, primùm quidem inęqualitas quędã, mox verò etiã horror prõptè ĩcidet? quod ſi motũ quoq; cõtinuet: vel cibũ ſumere nõ anteuertat, ꝓtinus etiã febris: Equidẽ ita febricitãtes aliquos oſtẽdi tibi, maximè ex ijs qui è lõgo morbo cõualuerãt. quorũ cũ vni forte fortuna occurriſſẽ, qui mox antè horreſcere

cœpi

cœpisset: vt rem exposuisset, dato ex vino diluto pane, continuò horrorē inhibui. Verùm hūc (vti scis) per viam in officinā quandam perductum, febricitare prohibui. Alios verò qui prius se domum suā recepissent, in ipso principio horroris, vel paulò posterius cibauimus. Atq; vt semel dicā, quibus incipiētis adhuc accessionis aderant symptomata: ijs omnibus panē ex vino diluto ac calēte maturè exhibēs, & horrorē statī inhibui, & febrem prohibui. Quāto verò hos citius cibaueris, tāto scilicet magis febrē prohibueris. Quod si paululū aliquādo morere, vtiq; febris ne tum quidē, calor tamen multus ijs aduenit: simillimè planè ijs qui per vehemēs frigus facto itinere, reuersi domū, calidis sunt nutriti. Quippe si plusculum morere, maiorē calorē sentient, talemq; ac tantum, vt dubites an hunc, febrem appelles. Sin duæ horæ ab initio inæqualitatis interpositæ sint nutries tunc quoq;, modò horror adhuc duret prædicens tamen quòd hi febricitabunt, cæterū innoxia febre, & cui cutis mador succedet. quo facto, tū lauare, tū rursus nutrire debebis. Quod si horror præterierit, ac iam planè febricitent, cibandi, id tēporis non sunt, sed decrescēte iam accessione, illico sunt nutriendi, integritate nō expectata. In nullo nāq; squalido affectu cōmodè finitur accessio, priusquam illi vel ex lauacro, vel humido victu, humectatio accesserit. hæc ego omnia cùm operibus indicarem, qui me vel

lan

laudabant, vel æmulabãtur, scilicet quòd supra eorũ opinionẽ erant quæ egerã: παραδοξοποιεῖν quòd paradoxa facerẽ, (vt scis) vocabant. Cùm verò ratione de iisdem disserens, docerẽ aliquos ante accessionẽ esse cibandos, aliquos in ipsa, idq; vel inclinare iam incipiente, vel etiam in ipso summo vigore: tum παραδοξολόγον me, quod paradoxa dicere viderer, appellabant. Ergo quid facias his hominibus, quibus nec opere, nec ratione persuaderi potest? At, inquiũt, fieri nequit vt eiusmodi affectus quis agnoscat: quomodo igitur nos eos agnouimus? Videtúrne cuipiã fieri nõ posse, vt calida & sicca intẽperies agnoscat, vel quæ ab ortu vsq; fuerit, vel quæ in præsenti tẽpore talis sit reddita? Mihi sanè tã videtur facile, quã has ipsas agnouisse literas: quid illud verò si huic nõ sit adhuc in succis putredo vlla, illi verò sit, nõ posse vobis videtur hoc discerni? Mihi posse videtur. Nã & ex pulsu & vrina, & ex ipsa nonnunquã quæ in calore est qualitate, euidẽter id discernimus. Quòd si propterea quòd nec ipsi quicquã discere volũt, nec sese exercitare, scietibus parũ credunt: quid vetat quo minus tum geometris ipsis, tum arithmeticis, tum reliquis artificibus omnibus nihil credant?

CAPVT V.

M*Isso igitur hoc genere hominum, rursus seriem sermonis nostri persequamur. Calidis ac siccis naturis aduersissima res inedia est,*

ac febrium paratißima causa. Voco naturas calidas et siccas, non solùm quæ à primo ortu tales ex proprio temperamento sint, sed etiã quæ posterius ex calido siccóq; victu, & plurima dimotione, & vigilia, & cura, & tristitia, & regione calida siccáq;, & tẽpore æstiuo, & cœli statu calido siccóq; sint acquisitæ. Sanè licet & citra tẽporis anni mẽtionẽ, in eiusmodi sermone statum cœli solũ nominare. Verũ si altius repetam, id quòd dico magis credes. Calida & sicca tẽperamẽta, siue ea ex prima origine talia sint, siue ex victu, & immodico labore, & animi perturbationibus, & regione, & cœli statu, inedia vehementer lædit. In hac dictione ipsis saltẽ verbis, omissum est anni tẽpus: potestate tamẽ omissum nõ est, vtpote quod in cœli statu cõprehenditur, quãdo calidus in summo siccusq; cœli status iam dictam temperaturã efficit. Hic aũt status alio anni tempore quàm æstate planè incidere nõ potest, quãdo nec in autumno, nec in vere, multóq; minus in hyeme fieri potest: vt calidißimus simul siccißimusq; cœli status fiat: sicut nec humidißimus pariter frigidißimusq; ĩ alio quàm hyeme. Ob hæc igitur ipse quoq; aliquãdo prætermisso anni tẽpore, cœli statu sum contentus. Liceat tamen cuiq; nominibus quibus velit vti: modò à rerum natura nõ discedat. Est porrò rerũ natura, qualẽ & modò diximus, & nihilominus nũc dicemus. Nã quæ maximè sunt ad curationẽ necessa

cessa

cessaria, eadémq; maximè ignorata: nec Hippocrates ipse identidē repetere grauatur. Igitur inedia siccis calidisq; corporibus, valētibus quidem noxia est: iis verò qui in calida et sicca æstate febre laborāt, quæ scilicet ex vstiōe, aut labore immodico, aut vigiliis, aut cōprehēsis iā animi motibus sit cōtracta, nō tantū noxia est, sed si quicquā aliud planè perniciosa, quippe vel in febres ardētes ex ea incidūt: à quibus, nisi prius mors
10 occupet, in hecticas migrāt, atq; ab his in marasmū: vel protinus ab initio ardētibus præteritis, in hecticas. Maximè tamē (vt dictū sæpius est) siccos calidósq; affectus statim à principio hectica corripit: sicuti mulieri accidit, quæ autumno ex tristitia & vigiliis febricitare cœpit: perseuerauit autem ad plurimū hyemis. Hanc quarto die (vt scis) vidimus, deprehēdimusq; statim hecticā esse febrē, cùm alia quam humores excitarāt coniunctā. Curatio autē vna tum fuerat, vt
20 frigida tēpestiuè & moderatè daretur, consuetæ scilicet hāc per sanitatē bibere. Verùm aliis curatio huius erat cōmissa: quare nobis silere est visum. Alteri verò qui eodē tēpore ægrotaret, et se nobis cōmiserat, quoties nutritus est, fontanæ planè gelidæ dedimus interim binos cyathos, interim ternos: quādo frigidā simul multā sibi dari, qui ita sunt affecti, citra noxam non ferunt. Quocirca vtilissimū est, vbi febris ideā perspexeris in prima statim accessiōe minore cū periculo,

copiosiore frigida vti, corporibus ad validã siccitatem nõdum perductis. Qui enim in feruoribus sub canicula ex ira febricitauit,(iuuenis autem hic erat siccus & calidus) vbi in prima accessiõe duas frigidæ heminas bibisset, statim quidem vomuit flauissimã bilẽ, nõ multò antẽ pòst etiã deorsum excreuit. Deinde cùm rùrsus post cibũ aquæ circiter heminã similiter sumpsisset, iam febricitare desiit. Nõ defuere tamen medici, qui cùm nullam à principio febris speciem agnoscerẽt, sed postea cùm iam præteriisset occasio, intelligẽtes vel in hecticã, vel etiã in marasmoden febrẽ ægrotantẽ incidisse: frigidam bibendam, nos imitantes, præbuerunt. Sed nemo metam attigit. Nam magna solicitudo habẽda est in iis qui ita se habent, de frigidæ potionis mensura. De qua paulò pòst dicemus, vbi propositæ disputationi finem imposuerimus. Quippe ægeris quẽ antè descripsimus, exẽplo omnibus est, quibus propter siccitatẽ à principio statim dari cibus debet, etiã si febricitare iam incipiãt. Nam cũ accenditur in his febris propter mordentem acrimoniã excalfacti attenuatiq; ex sole & inedia & laboribus, succi, maximũ eius remedium est humidũ nutrimentũ: sicuti è diuerso vbi ob copiam, vel obstructionẽ, vel phlegmonẽ, vel (vt semel dicã) humoris alicuius putredinẽ febris est orta, maximo malo est cibus. Atq; hos quidem nec in inclinatiõe febris citra noxã nutrias, nedum

dum

dum ipsa accessione inuadẽte: illos verò omni cer tè tẽpore, sed potissimũ per inclinationẽ. Me quoque subinde vidisti eos qui ex abũdantia, et qui ex phlegmone laborarẽt, sub lõga inedia tenuisse, sic vt prorsus ante septimũ diẽ nõ cibarẽ, sed sola mulsa cõtentus essem, viribus scilicet valentibus. Quosdam eorũ, quibus videlicet vires validæ nõ fuerant, aut stomachus biliosus, aut imbecillus, aut plus iusto sensilis, solo ptissanæ cre-
10 more vsq; ad septimũ diem traxi, quo morbus in* summo esse incremẽto debuerat, aut etiã omnino per crisin discuti. Sũto igit tibi à primo statim die in omni ægro spectanda duo illa quæ Hippocrates iussit, à quibus cibãdi cõsilia petas, morbi summus vigor, et ægrotãtis vires. Postea sitrãsiri summũ incrementũ sine omni cibo potest, in cibi abstinẽtia hominem seruabis. Sin exiguũ adminiculũ requirat: abũdè erit sola mulsa. Quod si maius desiderat quàm sit ex mulsa,
20 ptissanæ cremor satis erit. Ac si fas nõ est summũ morbi incrementũ, aut tenui victu, aut inedia trãsmitti: id agendũ, vt homo statim in primæ accessionis inclinatiõe cibet. Aliquos verò eorũ (vt dictũ est) & cùm inuasura adhuc est, & cùm incipit, cibabis. Sint porrò hi sicco tẽperamento ac calido, aut à primo ortu, aut certè illo tẽpore oportet: tum viribus necessariò imbecillis. neq; enim fieri potest, vt abundè siccũ calidumq; corpus cùm febricitet, viribus sit valẽtibus. Si ta

* In antiquis est παρακμάζειν, i. in declinatione esse.

corpora calida et sicca ... in febricitar...

men cum eiusmodi febri ac corpore, momẽtanei membri phlegmone sit coniuncta, omnino æger morietur, nam id quoq; prædixisse me semper, nunquam verò falsum, ipse testis es. Magisq; id certũ est, si pulmonis, vel membranæ quæ costis subtenditur, vel vẽtriculi, vel iocinoris phlegmone sit. Etenim quæ has partes phlegmonæ occuparũt, nõ modo iis qui tam imbecillis sunt viribus, sed etiam iis qui valentiores ipsis sunt, mortiferæ esse solẽt. Vnáq; salus tum pleuriticis tum peripneumonicis, adde etiã synanchicis, id est qui angina laborant, est ipsum virium robur. Non secus verò & quibus vel iecur, vel ventriculũ, phlegmone obsidet. Nam quod ad phlegmonen quæ in iis est partibus spectat, minimè planè est cibandum, quod ad virium infirmitatem, vtiq; sæpe. Ita necessariò aut vires resoluentur, aut phlegmone augebitur. Atq; hæc mihi latius fortaßis quàm pro re proposita sunt dicta, qui præsertim hoc libro statuerim de febribus quæ absq; phlegmone infestant, disserere. Cæterùm tractationis conuenientia fecit, vt quatenus necessariũ esset, digrederemur.

CAPVT VI.

D*Enuo igitur redeamus ad febres, quæ iam dcprehensis febribus sunt affines, quas nominare hecticas solemus. Nam qui suprà descriptus à me iuuenis est, hectica febri laborasset, si mirificam diatriton transigere fuisset coactus: nisi*

nisi tamē prius ab iis qui absq; methodo victus rationem ordinare consueuerūt, fuisset interemptus. Proponatur igitur alius quispiam cui cum supradicto cætera quidem omnia sint eadem, vires tamen tanto sint valētiores, vt tridui inedia tolerata duret. Necesse est hunc, si modo ita cibetur quemadmodum cibant qui diatriton extollunt, in hecticam incidere. Nam ij primùm in quarto ipsum cibarēt, post in sexto, mox in octa-
10 uo, deinde in decimo, quippe talis est (vt sæpe vidisti) eorum cibandi formula. Prima quidem cibatio post primā diatriton, reliquæ alternis diebus. Protinus autem (arbitror) & ex artomelite, id est pane ac melle siccassent eius præcordia, nam id quoq; ex legibus eiusmodi medicorū est, siue phlegmōe viscus aliquod laboret, siue secus. At quemadmodū quidē eos cibare qui ita laborēt, inter initia cōueniat, suprà est dictū: sed nihilo tamē secius nūc quoq; summatim repetetur.
20 Quoties vel ex lassitudine, vel ira, vel pluribus curis, vel vigiliis, vel tristitia, vel longa inedia, vel vniuersis vnà (sicut in suprà descripto iuuene) coëūtibus, siccatū corpus est, ac febris inuasit, quæ et aridā reddat cutē et igneū habeat calorē, vtiq; hūc talē timor est febri hectica correptū iri: potissimum in æstate, ac cæli statu calido siccoq;. Oportet aūt quāprimū ptissanæ cremore, et sorbitiōe ex alica nutritum, panéq; pòst oblato, aquæ frigidæ potiōe hominē cures, quippe ptissanæ

*extinguitur ac cessat omnino febris: modò (vt dictum est) nec phlegmone aliqua ei sit adiuncta, nec putridus humor. Nam si horũ vteruis sit, attendere diligẽter oportet ac discernere, quo primùm tempore aquam frigidam dare homini sit audendum. Ego enim talium quoq; non paucis dedi, tutius esse ratus phlegmonas in præsens augere, quàm sinere hominẽ hecticã febrẽ incurrere. Vbiq; igitur (vt semper dicere soleo) curatio dignotionẽ prænotionẽq; cõsequitur. Siquidẽ & dignoscat quod præsens est, & prouideat quod ex eo futurũ est, oportet, qui volet notabilis efficaciæ remedio vti. Si tamen magnũ fore incommodum vel humori putri vel phlegmone coniicies, à frigida quidẽ danda abstinebis, refrigerãtibus autem remediis quæ foris applicãtur, vtêris, modò ea super os vẽtriculi aut tota *præcordia, modò super pectus imponens: vbi scilicet plurimũ subesse caloris maximè indicabis. Sanè diximus iis qui ita laborãt, balnea quoq; esse non incõmòda. Dico iis qui siccato plurimùm corpore sunt. Et ex aliqua earũ quæ dictæ sunt caussarum, citra humoris putredinẽ febricitãt. Mõstratũ verò nobis est in iis quæ de febribus scripsimus, phlegmonas quoq; propter putredinem humorum qui in ipsis habentur, febres subsequi. Quocirca si quando dicam febribus quæ ex putredine accẽduntur, tale quippiam cõducere vel non cõducere: etiam eas quæ à phlegmone excitan-*

* hypochondria.

10

20

tan

stantur, in cõmuni putredinis genere comprehensas intelliges. Sicubi verò deinceps *vtrunq; nominare videris: scias eas quæ ex phlegmone, ab iis quæ ex sola putredine ortum habent, tum discerni. Cuiusmodi autẽ sit phlegmones affectus, tum in libro de inæquali intemperie, tũ verò in eo qui de tumoribus præter naturam est inscriptus, docuimus. Admonuisse tamẽ & nunc te non sit inutile. Cùm sanguis calidus copiosior in 10 aliquã animalis partem procubuit, maiora eius vasa protinus distenduntur, vtpote abũdantiæ cõtinendæ non sufficientia, ab his deinceps quæ minora sunt. Mox vbi nec in iis satis cõtinetur, exudat foras in ea ampla spatia quæ inter vasa sunt, sic vt etiam omnia quæ in composita carne habẽtur, loca occupet. Atq; hæc quidẽ est phlegmones affectio. Possunt verò et sine hac in ipsis vasis humores aliqui putrescere, idq; aut in vna animalis particula, in finibus ipsorum impacti, 20 aut etiam in totis eorum capacitatibus quæ inter *bubones & alas sunt, cõprehensi. Cùm igitur (ceu diximus) citra putredinem squalẽti corpori febricitare contigerit, caput totius curationis, in iis remediis quæ refrigerent & humectẽt, statuere oportet.

*vtrasque.

*Hoc loco bubones non videntur glãdulas inflammatas significare, sed duntaxat inguina ipsa: loquitur enim de putredine humorum citra phlegmonen, & in ea significatione vtitur libro seq.

CAPVT VII.

Porrò duplex genere est harũ rerum prima materia. Vna eorum quæ foris admouentur. Altera quæ intrò in corpus sumũtur, quæ

sanè & προσφερόμενα, id est sumenda vocantur. Extrinsecus corpori incidunt tum aër ipse qui nos ambit, tum pharmaca quæcunq; humectandi refrigerandíq; vim obtinent, & tertium præter hæc dulcis aquæ balneum. Intrò in corpus sumuntur quæ eduntur ac bibuntur, & inspiratus aër. Ab his generibus tentandum est propositis hoc loco febribus tum humiditatem, tum refrigerationem comparare. Verùm refrigeratio quoniam per efficacissimam qualitatem 10 *inducitur, & parui temporis est, & periculosa: contrà, siccitatis per ea quæ humectent curatio, vt longi temporis est opus, ita minus est quàm refrigeratio, periculo exposita. Igitur dictas sex materiæ differētias deinceps iam examinemus, ab ambiente exorsi.*

CAPVT VIII.

HIc igitur, si temperatus est, qualem se exhibet, vtique tali nobis est vtendus, nihil amplius de eo solicitis. Sin admodū calidus est, 10 *vel admodū frigidus, pro calido inducendus arte contrarius est, subterraneis inuentis domibus, quæ & frigidissimæ sint, & maximè perflatæ, & ad septentriona versæ, tum auris quibusdā, quæ ipsis sint propriæ, opera nostra paratis: aliàs ex euripis, in quo se deiiciant multi aquarum fontes: aliàs aqua frigida de vasis in vasa transfusa. Iam hoc statim etiam somniferum est. Præterea domo assiduè aqua quæ prorsus frigida*

gida sit aspersa: ac rosis plurimis humi fusis, aut vitium capreolis, aut ruborum summitatibus, aut lentisci ramis, aut denique reliquarum quæ refrigerent stirpium aliquibus. De quibus etiam prius est dictum. Turba quoque hominum ingredi prohibita, nam id quoque domum calefacit. Atq; ita quidem calidissimum aërem refrigerare, qui scilicet in æstate calida & sicca accidit, est tentandum: quandoquidem in hyeme calidissimus esse non potest, sicuti nec frigidissimus in æstate. At si quis modicè frigidus est, hoc esse contentos oportet, nihil aut machinãtes, aut de tẽperie eius alterãtes. Qui verò frigidissimus est, vtiq; quatenus respirando attrahitur, admittendus est, vt qui calorem qui est in corde, admodum refrigeret: non tamen quatenus extrinsecus ægrum contingit: quippe id densat cogítque cutim, ac putrescentium humorum effluxum trãspirare prohibet. Siquidem per pulmonem, quod rarum viscus est, difficile non est, vt tum qualitas ipsius, tum etiam substantia ad cor facilè perueniat. At per cutim fieri nequit, vt eius vel qualitas, vel substantia ad cor perueniat, vtpote prius densatam. Nam quod in libris de simplicium medicamentorum facultate, de iis quæ vehementer adstringunt, est dictum, id hîc quoque reuocari ad memoriam debebit: ac sciri, qui nimium frigidus aër est, hunc cutim densando, semper sibi ipsi viam præcludere.

re. Scire tamē licet maius fore ex frigida inspiratione commodum, quàm ex cute densanda incōmodū: præsertim cū operimentis hāc calfacere licet. Porrò vtēdū maximè eiusmodi aëre est in ijs hecticis quibus primū quod afficitur ipsum est cor, æquè vt si ventriculus primū esset affectus, ipsi per comesta & bibita esset succurrēdū. Huc enim illa cū integris adhuc viribus occurrūt, sicut cordi inspiratus aër. At iocinori ex inspirato aëre nulla certè vtilitas accedit, à comestis verò & bibitis, minor planè quàm vētriculo: cæterū, aliqua nō obscurè aduenit. Cōmunis autē omniū sanatio est per ea quæ extrinsecus applicata refrigerāt & humectant. Atq; ob hæc quidē viscera magna ex parte hecticas marasmodésq; febres accidere cōtēplati sumus. Superueniūt tamē aliquādo & pulmonū sicco calidóq; intēperamēto. Attamē oportunū eiusmodi fefebribus id viscus nō est, vtpote humidū laxūq;. Incidūt præterea & pectori, & pingui mēbranæ, quod μεσαραῖον dicitur, & ieiuno, & colo: interim verò & vtero, & renibus. In septo verò trāsuerso marasmū nō vidi: hecticā sanè febrem vidi, & hāc quidē planè absolutā, sæpe verò citius interimētē quàm planè esset completa. Eiusmodi nanque affectū & spirandi difficultas, & delirium excipere solet. Ex quibus magna ex parte prius moriuntur, quàm hectica prorsus sit perfecta. Est autem eorum agnitio facillima.

tum

*tum ex pulsus duritia, tũ ex eo quod præcordia plurimũ trahuntur sursum, tum ex difficultate spirãdi, quæ illis est & inæqualis & varia: quippe aliâs quãmaximè paruum & frequẽs spirãt: rursus aliquãdo manifestè spiritũ tardant: dein subitò quemadmodũ gementes respirarunt, vel duplicem spiritus intromißionẽ, quasi superinspirantes, vel duplicem foras mißionem faciunt: *veluti respiratio respirationẽ cõprehẽdat. Respirant verò hi sæpe & reliquo thorace toto, non sensibiliter modò, verũetiam notabiliter, tũ per tas scoptulas, quas ὠμοπλάτας vocãt, attollẽtes: aliquando admodum raram & magnã respirationem edunt: vtiq; cùm delirij malum præcipuè dominatur. Verùm præsentis instituti non est vel laborãtium partium notas, vel earũ caussas referre. Quare denuò ad curationes reuertamur: æstimemúsq; quas vires propositæ iã materiæ aduersus hecticas febres habeãt. Sanè diximus iam nonnulla de aëre, tũ calido, tum frigido: qui præcipuẽ quidẽ est vtilis, cum quod primùm afficitur, ipsum est cor: quãuis confert & in reliquis febribus non parum, quandòquidem in his quoq; necesse est cor similem intemperiem recipiat: citra quã nec marasmũs, nec hectica, nec reliquarum vllã febrium consistere potest.*

* pro hoc toto ĩ Græco tãtũ est καθάπερ ἐπεισπνέοντες, i. veluti superexpirantes.

CAPVT IX.

QVo facilè apparet etiã pulmones, vbi scilicet ij sunt qui primùm patiuntur, plus

cate

cæteris omnibus refrigerantem aërem requirere. Sequitur iam vt de ijs medicamentis agam, quæ extrinsecus admota humectent, & refrigerēt. Porrò horum quoque ea deligenda esse, quæ citra vehemētem adstrictionem refrigerent, neminem latet. Talia enim præterquam quòd non humectant, etiā demittere frigiditatē suam altè non valent, propterea quòd cutim cogunt, ac coarctant. Optima verò sunt quæ non modò citra adstrictionem refrigerāt, sed etiam corporis substantia sunt tenui. Ac quæ quidē absolutissimè tenuium partium sit substantiā exactè frigidam inuenisse, fortasse non est. Dixi exactè, propter acetum, quod cum omnium (quæ nouimus) potestate refrigerātium planè tenuißimarum sit partium, admistam sibi aliquam caliditatē habet. Præterea corpora quæ contingit, siccat, quāuis ad imaginationē sit humidum. Quo fit, vt ad eos affectus quos humectari & refrigerari expedit, solo eo non vtamur, sed tanto aquæ frigidæ admisto, vt poßit bibi. Cæterùm quanquam corpus, quod absolutè tenuium partium sit, & simul frigidum, inuenire non est: attamen deligi materias oportet, quæ ad eiusmodi medicamenti compositionem maximè sint idoneæ. Ac dictū quidem latius de his est in opere de medicamētis. Dicetur autem in exemplis nōnihil & nunc, quò in hoc quoque genere membratim sis exercitatus. Incipiā autem ab eo medicam

dicamine quod omnium quæ humectēt ac refrigerēt, est simplicissimum, quo etiā aduersus erysipelata vtor, & phlegmonas in pudendis, vtiq; inter initia, priusquam depascēs aliqua subindicetur putredo. Debebit autem ad id præparata esse cera quāoptima, & elota. Sanè optima fuerit, vel alba pontica, vel quæ ex atticis sit fauis. Esto autē & rosaceū, quod ex oleo fit à nōnullis vocato omphacino, ab alijs crudo, quódq; citra
10 salem sit cōfectum. Maximè verò ad rem pertimebit, si & ipsum oleū tenuiū prorsus sit partiū: cuiusmodi sabinum est. Cùm vti voles, ambo mista liquātor in vase duplici. Factóq; humido cerato (cuiusmodi scilicet erit quod triplū aut quadruplum ad ceram rosaceum habet) postquā ipsum fuerit refrigeratum, miscetor ei paulatim in mortario tantum aquæ quantum in se, dum cùm ea molitur, accipere possit. Expedit autem & ceratum ipsum prius admodum esse
20 refrigeratum, atque etiam quæ huic admiscebitur aquā esse frigidissimam. Abūdè autem ceratum refrigerabis, si cùm modicè coiuit, totum vas in quo continetur, in aquam frigidissimam dimittas. Quòd si aceti quoque admodū tenuis ac clari paululum adijcere velis, vtique magis adhuc tū refrigerans, tum humectans medicamentū efficies. Non debebit autem medicamentū hoc eo vsq; super ægrū corpus manere dū manifestè incaleat, sed assiduè subinde mutari.

Aliud

Aliud medicamentum.

OXALIDOS, *aut oxylapathi succus cũ exigua polẽta mista excipiatur duplicato peniculo detrito: affatímq; frigidũ & ipsum imponatur. Quòd si eiusmodi peniculi occasio nõ sit, tũ linteũ duplicatũ, & madefactũ refrigerãdæ particulæ impones. Quinetiã portulacæ, & semperviui, & vuæ immaturæ succ⁹, similiter polẽtæ miscẽtur. Ad hæc lẽs palustris, & viridis tribuli, & polygoni, & lactucæ, & intybi succus. Aliáq; quæcũq; refrigerare est dictũ, cũ tenui polẽta. Præterea sine polenta licet integris herbis tunsis vti. Iã verò quod epithema ex pinguibus fit palmulis, quas παλάθας Græci vocãt, salutare medicamẽ est. Porrò coquere oportet harũ carnẽ, omni mẽbranoso exẽpto, aliàs ex solo claro aceto aliàs aqua ipsi admista, atque hac vbi *tenera satis reddita est, tunsa vti. Quòd si parũ molli crassitudine videbitur, præstiterit iam dicti aliquid admiscuisse cerati. Quòd si rosacei quippiam dictorũ singulis aliquando miscere volueris, nihil inutilius pharmacũ habebis. Esto autem quod admiscetur, tum minimum, tum & simplex & perfrigidum & quod factum ex oleo sit salis experti. Sanè quoties simplex rosaceum, aut aliud quiduis id genus dico: quod sine aromatis est cõfectũ intelligi volo, est verò salutare ad talia medicamẽ & rosarũ succus frigidus, vnà cum polenta. Salutares verò sunt & ipsæ rosæ tunsæ.*

* ταπεινῶ.

Præ.

*Præterea stirpium quæ moderatè adstringunt, germina trita. At quē modum vti aliquando licet & herbis quæ mediocriter adstringāt, veluti solano. Verùm eiusmodi medicaminū materiam in alio opere reddidimus vniuersam. Nūc abunde pro exemplis sunt quæ iam dicta sunt. Porrò vtendum his est, non (sicut vulgus facit) toti impositis thoraci, aut toti vētri: imò illi maximè quod primò est affectū. Neque enim necessum est, vt aut cū eo quod refrigerari valenter desyderat, etiam id refrigeres quod prorsus non desyderat: aut ante iustum tēpus refrigerare desistas, timens vicinam aliquam particulā lædi. Ego nanq; hominem scio, qui imposito præcordijs refrigerāte medicamēto, difficultate statim spirādi laborarit. Alterum verò qui protinus tussierit. Atq; paulo post vtriq; finitū symptoma, vbi quod refrigerauerat, est ablatū. Quod si adeò strenuè refrigerare nō studebis, habes quæ id modicè efficiant, * adhærentium medicaminum, ac cerati speciem referentium, magnam copiam. Quorum non materiæ modo vim, sed etiam compositionis methodum didicisti.*

*ἐμπλαστῶν.

CAPVT X.

Verùm ego cùm iam sentiam mēsurā præsentis instituti me excedere: ad ea quæ tractationis series proxima exhibet, cōuertar. Proximè verò se à iam dictis exhibet, consyderatio de balneo, tum ipsius rei causa, tum vel magis

L

propter Philippũ, qui hecticis, quas μαρασμώδεις vocant, ipsum noxiũ putat. Ipse igitur quid tũ de omni balneorũ vi, tũ etiã quæ ad eos qui hectica & marasmo laborãt, vel (vt semel dicã) omnibus est accommoda, in hoc maximè libro quid sentiã explicabo. Memini nanq; me & supra in diarijs febribus illa laudare, & in septimo huius operis libro, in ijs qui cruditate propter siccã vẽtriculi intẽperiẽ laborabãt, atq; extenuati erãt, sæpe vtẽdas iubere. Cæterũ, de vniuersa earũ vi, nullo alio libro disserui, sed in hũc seruaui: vbi & de ijs agitur quibus efficacissimus earũ est vsus, & quibus Philippus ea interdicit. Atq; prius quidẽ vbi de vlcerũ curatione egimus, indicata causa est cur propriæ cuiusq; morbi indicationes sint ignoratæ. Dicetur autẽ nihilo secius & nũc, vtpote tũ ad ea quæ nũc paramus, tũ ad ea quæ dicenda sunt, vtilis. Cũ enim vnus in corpore affectus est, eius curationẽ inuenire, si nõ ratione, certè experiẽtia haud difficile est. Vbi verò cõnexi duo trésve sunt, præsertim qui maximè cõtraria inter se auxilia requirãt, fieri nequit vt experiẽtia: quod agẽdũ sit, inueniatur, imò nec facilè ratione. Siquidẽ & substãtiã cuiusq; affectus ad vnguẽ nouisse oportet, & propriã curationis indicationem à quoq; affectu cœpisse, præterea quem primum omnium, aut magis, quem rursum minus, aut secundo tertióve loco curare conueniat. Hæc igitur causa

ſa eſt cur vulgo medicorũ ignotũ ſit, & quòd febriũ omnium, quæ febres ſunt, proprium remediũ refrigeratio ſit, ſiue ea talis actu ſit, ſiue poteſtate: & quòd alia multa ex accidẽti refrigerando, febriũ ſint remedia. De quibus & dictũ nonnihil in præcedentibus eſt, & in ſequentibus dicetur. Quædã nãq; remedia complicatã quodãmodo duplicémq; facultatem habẽt, ita vt prima ratione proficiãt, & ex accidente. Quod ge-
10 nus & balneũ eſt. Nã frigida potio per ſe quidẽ proficit, vtpote actu refrigerãs. Succus autẽ vuæ immaturæ poteſtate refrigerans medicamẽtum eſt. Atq; hæc quidẽ ambo refrigerant primùm, id eſt per ſe ipſa, nec intercedente alio. At ſanguinis miſsio (veluti prius indicauimus in febribus continentibus, quas ſynochos vocant) nẽ primùm, ſed ex accidẽti calidã aliquando intẽperiẽ, ſanat. Ad eũdẽ modũ & clyſter, & purgatio
20 & fomẽtum [ex calido liquore] & cataplaſma quod digerat, aut cõcoquat. Vtrãq; verò facultatẽ in ſe cõprehẽſam habet propoſitũ nũc in ſermone balneũ: vtpote ex partibus varia facultate præditis cõpoſitũ. Quippe ingrediẽtes in aëre verſantur calido: poſtea in aquã calidã deſcendunt, mox ab hac egreſsi, in frigidam, poſtremò ſudorẽ detergẽt. Poteſt autẽ prima eius pars materias per totum corpus, tum calfacere, tum verò liquare: præterea quæ inæqualia ſunt, æquare, & cutim laxare, & multa quæ ſub hac an-

detinebātur, vacuare. Secūda eius pars vbi quis in sicco corporis affectu ea vtitur, potest madorē vtilem solidis partibus immittere. Tertia balnei pars potest, vbi quis frigida vtitur, & totū corpus refrigerare, & cutē dēsare, & vires firmare. Quarta verò corpus per sudores citra refrigerationis noxam vacuare. Ergo cùm hæc omnia circa hominis corpus efficere valeat dulcis aquæ temperatum balneum, & præter hæc etiā si quis intēpestiuè lauetur, tum horrores, tum cutis densitatē, tentandum nobis est omnia deinceps distinguere: ac primùm de illis sermonē facere, qui cū in balneo se lauant, horrore tētantur. His enim vna (vt sic dicam) continens excitati symptomatis causa est. Aliæ quæ hanc præcedunt, multæ. Sanè horroris causam esse dico mordentium excrementorum confertim actorum citatiorē motū. Proinde quibus horum est abundantia, caro verò, ac cutis densæ siue balneum sint ingressi, siue steterint in Sole, siue quoquo modo, vel gestati, vel perfricti, vel exercitati, vehemētius sint dimoti, vtiq; ijs horror incidit. Cōtrà, quibus hæc pauca sunt, & corporis habitus, vt remittatur laxetúrq; à balnei calore, promptus, ij nō modò non horrent, sed etiam meliores redduntur, vtpote excrementis per id vacuatis. Quo rationabilius nec in febrilis significationis principio, nec in incremento quisquam ægrotantem lauit. Quippe dēsata est hoc tempore coarctatáq; & cutis

cutis ipsa, & quæ sub hac habet carnea substã-
tia. At in febris inclinatione, vel incipiẽte, vel
procedente, vel amplius progressa, & nos sæpe,
& alij medici nõnulli multos sæpenumero ægro
tos lauantes non parum his contulimus. Porrò
quãdo inclinatione incipiente, aut iam progres-
sa, aut etiã in summo incremento (interdũ enim
id quoq; accidit, tametsi rarò) æger in balneum
sit ducẽdus, in sequẽtibus definiemus. Nunc cùm
10 de generali facultate singularũ balnei partium
disserere institui, vnũ omnium primùm expo-
nã. Dicoq; multos eorũ qui cruditate laborãt,
plures verò eorum in quibus mordẽtium excre-
mentorum abundantia subest, omnes præterea
qui vel in febrili significatione vel in ascensu,
etiam omnes qui summo sunt incremẽto, præter
admodũ paucos, siue hi sint in balneũ ingressi,
siue steterint in calido Sole, siue exercitationes,
frictiones, gestationésve tentauerint meritò hor
20 rescere. Singula nãq; horũ cõfertim & impetu
agi excremẽta subigũt. Cùm igitur tam adhuc
densa lauãtis cutis sit, vt ad primùm ambientis
aëris occursum nequeat naturalẽ suũ habitum
recipere, sed maiore ad id spatio indigeat, excre-
mẽta verò foras versus ruãt vniuersa, & reti-
neri illic ea est necesse, et quæ sub cute sunt acer
uata, & quæ per carnes ferũtur, mordere Por
rò in libris de causis symptomatũ indicauimus
mordentia excremẽta, vbi per sensibilia corpo-

ra feriűtur, tum concussiones, quas ῥίγη vocant, tũ horrores excitare. Ergo quamobrẽ horreant in balneis omnes qui antè sunt cõprehensi, iã causas inuenimus. Pari modo, & cur nõ horreant quibus aut nullum est in corpore excrementum mordẽs aut tantillum vt facilè vacuetur. Ergo de his deinceps loquamur, propter quos etiam de ijs qui horrẽt, meminimus. Si quis enim balneũ ingressus nõ inhorruit, sed remissa est illi laxatáque cutis, huic planè necessariò prædicta succedent, excremẽtorum vacuatio, æqualis, per totũ corpus calor, exiguorum meatuum rarefactio, dẽsatorũ fusio. Ac vacuatio quidem excrementorum, omni febri est vtilissima. Pari modo, & rarefactio, & relaxatio. Fusio tamen & calor nõ item. Sed calor omni febri est inimicus: quando refrigerari, non calfieri febriũ affectus postulat. At fundi æqualiter, id solidis quidẽ animalis partibus nõ est alienũ. Succis certè nõ perpetuò est vtile. Sed quoties in animali, vel phlegmone quæpiã, vel affectus phlegmone similis cõstitit, vel vtrauis abũdantia, siue ea quæ ad vires cõfertur, siue ea quæ ad vasorum capacitatẽ omnium profectò inimicissimum. Ac phlegmone quidẽ, cũ calefacti, & liquati succi ad ipsas confluunt, augentur. Tunicæ verò vasorum impares abũdantiæ, quæ iam ex liquatione spiritu est impleta, distenduntur: ac vires hoc ipso malè afficiũtur. Ergo calidis his siccísq; affectibus,

calor balnei omni febri inimicus.

bus, de quibus agebamus, emissio mordentium est salubris: liquatio enim eorũ est citra periculum. Calefactio tamẽ noxa nõ caret. Atq; hæc quidẽ ex prima balnei parte ijs qui ita laborãt prouenire, modo tempestiuè balneo vtãtur, memoria teneamus. Trãseamus modò ad secũdam eius partẽ, quæ erat id quod propriè lauacrum vocant. Ergo in hac sicut ex humectatione iuuantur; sic ex calore nihil illis commodi accedit.
10 Accedamus & ad tertiã, in qua & refrigerãtur innoxiæ quæ fuerãt excalfacta, & vires firmantur. Si qua verò & laxata, & iusto plus sunt remissa: ea in naturalem redeũt mediocritatẽ, id quod quarta balnei pars indicat. Quippe quibus omnia ritè sunt adhibita, ij post frigidæ vsum adhuc sudãt, & omnia ipsis excremẽta vacuantur. Itaq; ex omnibus quæ de balneis retulimus, vna summa colligitur, quòd vacuatur quidẽ quicquid in corpore, vel fuliginosum,
20 vel fumidum fuit, cõsistunt autem in naturali symmetria, tum caro ipsa, tum cutis, solidarum partium ariditas corrigitur: & calor nõ modò is qui ex lauacro accessit, verũetiam qui prius fuit, ex frigidæ vsu summouet. Maximo huius rei documento est status, qui ex eiusmodi balneo redditũ, postquã in Sole feruente iter fecerimus. Quippe accedimus ad id, ne loqui quidẽ, præ linguæ, & faucium ariditate, valentes: totúmque corpus stipulæ ritu aridũ habentes. At egressi

è frigida, illico omnia pro naturæ habitu recipimus: nec febrili calore vexati, nec siccitate affecti, proptereaq; loquentes, ac plurima sitis parte levati. An igitur euidentius adhuc balnei vires in sicco & calido corporis affectu cognoscere desyderas? Ego sanè nõ arbitror. Licet autem cui placet, experiatur quod incõmodũ sequatur, ubi tali peracto itinere nõ lauerit. Aut enim statim febricitabit, aut multò plenus tædio, grauato scilicet capite, perseuerabit: potissimũ si frigida calorẽ nondũ extinxerit. Multi tamen iuuenes, eiusmodi cõfectis itineribus, ubi illico se in aquã frigidam proiecerint, iuuantur: ac potissimùm qui valẽtibus sunt viribus, & frigido solio assueti. Ita verò & ruri faciũt, ubi quòd balneæ non sunt, in stagna, vel flumina se ipsos coniiciunt, nullo medici suasu, sed ipsa gubernante corpus natura ad id quod conducat impulsi. Quæ eadẽ etiã ratione carẽtibus animalibus instinctum inserit ad eorũ quæ offendũt contraria. Siquidẽ ea quoq; ubi æstu vexant, frigida se lauãt: sicuti etiã ubi frigore urgẽtur, calida cubilia sibi inueniũt. Eodem contrarietatis studio, etiã cùm esuriunt, comedũt: & cùm sitiunt, bibũt: reliquaq; omnia naturæ impulsu obeũt. Ac si certã febricitantiũ naturæ notitiam haberemus, nẽ (arbitror) dubitaremus eorũ aliquos assiduè in aquis frigidis citra balneũ lauare. Nã quòd sint quidã qui ea desyderẽt, vel ex iis quos iuuit, cõstare potest:

certa naturæ febricitantiũ notitia nõ habetur.

potest: vt quibus frigida lauatio haudquaquam
cótulisset, nisi eo tēpore rectè ad eā dispositi fuissent.
Verùm quoniā exacta nobis dispositionum
notitia non est, ac maxima ex errore impendet
noxa: vtiq; eiusmodi præsidia recusam⁹: potissimùm
in febribus hecticis quādo per has, & pauci
sanguinis, et nudū carne, et expers adipis, redditū
corpus est. Nullū enim hi solidarū partiū
munimē habēt, quod frigidæ occursum sine noxa
10 excipiat, sed protinus similaribus ipsis partibus
occurrit, à quibus omnes animantium actiones
obeūtur. Iuuenis verò * cui abūdè sit carnis, æstatis
tēpore, atq; in febris summo vigore, modo nulla
viscerū phlegmone subsit, si in frigidā se coniecerit,
sudabit. Quòd si frigidæ lauationi sit assuetus,
securus remedio vtetur. Verū de eiusmodi
corporibus post agetur. Qui aūt ex calida, et
sicca intēperie, hectica febricitāt, ac potissimum
20 qui iā marasmodes fiūt, ijs vbi tale præsidiū petūt,
tutū non est in totā conijci: æquè vt nec gracilibus
& imbecillis, qui æstate calida & sicca
longa via peracta, refrigeratione indigēt. Nam
neq; his tutus est frigidi solij vsus, nisi prius fuerint
in balneo æqualiter excalfacti. Quippe simile
quiddā nobis accidere videtur, cùm in frigidum
soliū post balneū ingredimur, et quod ferro
accidit cùm tingitur. Etenim tum refrigeramur,
tū roboramur: quemadmodū & illud, vbi
cādens iam redditum frigida mergitur. Atq;

* εὔσαρκος.

*huius rei causa ad imbecilla corpora inuentæ sunt balneæ: quæ ea præcalfaciãt, atq; ad frigidũ soliũ præparẽt. Non dissimile quiddam faciunt & qui sine balneo frigida vtuntur, cùm scilicet se ab exercitatione in eã saltu dimittũt. Siquidẽ cuiusmodi nobis est balneũ, eiusmodi illis est exercitatio: vt quæ non tantùm calfaciat, sed etiã insiti caloris motũ à profundo corpore extrorsum cõcitet, sicvt & frigidæ impetui occurrat, et quo minus violenter in profundũ ruens viscerũ aliquod feriat, aduersetur, atq; prohibeat. nã neq; ipsam frigidæ substãtiam, neq; eius qualitatem omnino integrã vsq; ad viscera pertingere, est salubre: imò & satius et tutius est solã eius qualitatẽ * per ea quæ intercedũt (vt sic dicã) propagatã, citra substãtiam ad profundũ permeare. Iam qui hectica febricitãtes ad balneum accedunt, nisi in frigidam sint dimissi, nihil iuuãtur. Qui enim aliter febricitãt eorum solidæ partes nondũ difficilè separabilẽ calorẽ obtinẽt. Itaq; etiã ex sudoribus, vnà cũ insensibili trãspiratu, abundè his remediũ est. Et sanè diariarũ febriũ ipsam propemodũ substãtiam vacuari per hæc cõtingit. In ijs verò qui ex siccitate & caliditate febribus hecticis vrgentur, solidarũ partium affectus candenti ferro est similis. Quo vtique minus eos in balneis calfecisse duntaxat humectaßõque contenti esse debemus: quippe sic alimentum, incrementumq; febri præbuerimus.*

* τῷ δι διαδόσεως λόγῳ.

Imò

Imò melius erit, vt mersis in frigidã extinguamus calore. At in hoc metus est ne corpus in diversa trãsferas, ac frigidũ reddas. Quis hoc negat? Non tamẽ propterea vitio dandũ est, quòd prosperè ex præsidio succedit. nec ꝓpterea quòd mensura eius deprehẽdi est difficilis, prorsus est deserẽdum. Siquidẽ si aliter liceret, tum cæteras becticas febres, tum marasmodes sanare, consultius esset tutiore via insistere. Nũc quoniã totũ
10 curationis momentũ in refrigerando humectandoq; cõsistit, omnibus verò refrigerãtibus auxilijs propter corporis horũ gracilitatẽ noxa imminet, necessariũ arbitror Thucydidis esse consilium, agentes aliquid, vel periclitari. Quibus enim alia salutis ratio nõ est, & quæ vnica videtur, ea dubia est: necessum arbitror his esse aduersos periculis ire. Sed nec error ipse, aut mortiferus est, aut irremediabilis. Siquidẽ quos in extinguenda febre aqua frigida in contrarium affe-
20 ctum transtulit, hos licet in toto quod sequitur tẽpore calfaciẽdo sanare. Iam nec periculũ par est, nec frigidi affectus, nec etiã ipsius remediorũ. Indicauimus nãq; tũ prius in huius operis septimo, tũ in libro de marasmo, tũ antè hos in libris de tuẽda sanitate, fieri non posse vt solidarũ partiũ siccitas * cõsummatè sanetur. Quod si fieri id posset, vtiq; fieri posset vt nõ senesceret qui ea victus ratione vteretur. Si igitur insanabilis solidarum partiũ siccitas est, tum expeditissima

* Legendũ videtur, cõsummata.

in eam

in eã per hecticas febres via patet, melius est hominem in frigidã intẽperiem transferre, ac cui curationem adhibeamus habere. Quippe qui id fecerit, is postea noxã oppugnauerit. Qui verò pestiferam insistere viam sinet, is desperatam ægrotanti salutẽ fecerit. Quanto itaque satius est aliquid nõnulla fiducia, vel cum periculo facere, quàm spe adempta certò perire, tãto profecto satius est potẽtibus præsidijs pugnare, quam nihil agere. Ergo illico eos qui hectica febricitãt, omni ratione refrigerem⁹, antequã progressi in marasmũ peruenerint. Quẽ autẽ marasmus planè iam occupauit, hũc sanare ne tẽtaueris. Nam etsi calorẽ eius extinxeris, attamẽ siccitas quæ relinquitur, senectutis ritũ hominem conficiet, tantisper nimirũ victurũ quoad solidæ eius partes reniti aduersus summã siccitatẽ valebũt. Atqui maluerit fortasse propinquorum ægrotãtis aliquis, atq; etiã ægrotans ipse, aliquo spatio in senis habitu viuere, quàm illico mori. Itaq; curare hos quoq; cum præfatione expedit, ac in alterum trãsferre marasmum, quem iam nominare seniũ ex morbo insueuimus. Licebit enim his nõ tãtùm plures dies, verumetiã menses viuere. Ego nãq; cùm iuuenem quẽdam qui ita laborabat, sanaßẽ, reficiens deinde, ac senilẽ eius imbecillitatem pro senum ratione tractãs, nõ solùm in mẽses, sed etiã annos viuũ seruaui. Nec est quod hîc eiusmodi marasmi curationẽ

audire

audire desyderes: vtpote tum in huius operis septimo, dum siccas & frigidas intẽperies sanauimus, traditã potestate: tũ operis de sanitate tuẽda ea in parte quæ senibus alendis est delegata. Præsens autẽ liber nõ marasmorũ, sed hecticarum febriũ curationẽ docendã promisit. Ex quo genere sunt & quæ μαρασμώδεις Græcè dicũtur, de quibus tum alia nõ pauca diximus, quæ non modò rationis, sed etiã vsus iudicio probauimus: tũ illud, scilicet non oportere balneũ (vt Philippus facit) formidare: qui cautius fortassis eo vtitur ad eũ modũ quo in cæteris solemus febribus, quas vel phlegmone, vel putrescentes succi accenderũt. In his enim nihil offendes, etiã si in frigidã ægrum nõ merseris, sed eum (vt mos est) perfundas primũ tepida, post ea quæ veluti ex Sole tãtũm æstiuo tepet, mox hoc etiã paulo quàm illa frigidiore. In hecticis verò febrib⁹, id quod remediũ affert, calidæ soliũ non est, sed frigidæ: ad quam balneæ ægrotãtis præparãt corpus: æquè vt reliquorũ omniũ qui per sanitatẽ lauãtur. Porrò nõ propter id modò videtur mihi Philippus ignorare, quã salubris res balneũ sit in ijs qui marasmode hectica laborant, quòd tam extenuatos in frigidæ solio tingere nemo audet, aut saltem vltimam aquam ipsis frigidam infundere: sed etiã quòd sæpe altera coniuncta febris est, quæ vel ex humoris putrescentia, vel phlegmone sit excitata: tum verò quòd tali hectica

ctica laborantium mortiferum est vitium. Ac propterea quidam non rectè omnia quæ his exhibentur, culpãt: cũ non sit illis imputãda culpa, sed affectui. Ergo recẽsitis denuò quæ diximus, huic disputationi finẽ imponemus. Quicũq; hectica febre laborãt, atq; ex his præcipuè qui iam marasmode hectica febricitãt, modò his alia nulla febris vel ex solo putrescente humore, vel cum phlegmone sit adiuncta, eos oẽs audacter lauabis, sed prorsus citra omnẽ laborẽ: ne vires resol uas, quod ipsum cùm noceat vehemẽter, occasio fit balnei culpãdi. Quod citra laborẽ dixi, id ita intelligo. Volo æger in balneũ super lectulo deportetur. in cuius prima è tribus domo nudet, ac transferatur in sindonẽ calẽtem promptè in idipsum paratam. Sint autem quatuor qui hãc teneãt, à quoq; fini vnus. Ac si quidẽ prima domus satis calida sit: æger in ea nudatus, in secundã portetur, sin tibi frigidior videtur, nõ nudus, sed coopertus, vel alia sindone minimè frigida, vel tali aliquo inuolucro. Cõstat aũt & sindonẽ eã qua portabitur, esse valẽtiorẽ oportere. Aut si imbecilla per se sit, duplicari eã erit satis. esto autem media domus nõ tantùm situ media, sed etiã tẽperie: tantò scilicet prima calidior, quanto est tertia frigidior. In hac domo oleũ tepidum esto, quo æger super sindone illatus protinus perfundatur. Hoc facto tertiam ingrediantur domum, ducãtq; hominẽ vbi solium est. Sic vt per*

* paratãq; ad manum habeat calentem sindonem, super quam in prima trium domorũ balnei nudatus transportetur.

treis balnei domos dũtaxat trãſierint. Per quas nec celeri gradu trãſibunt ij qui ægrum portãt ſed tãtiſper in prioribus domibus morabuntur, dum in altera trãſeratur tantùm à lectulo. In media verò dũ perfundatũ oleo. Esto aũt & aër cuiuſq; domus, nec ſummo calore, nec etiã frigẽs: ſed admodũ tẽperatus & modicè humidus. Id fiet, ſi aqua tẽperata ex labro ſit liberaliter proiecta, ſic vt perfluat per oẽs domos. In ipſa verò ſolij aqua mediocriter moretũ: idq; in ſindone ſuſtentus: nulla infuſione aquæ, cuiuſmodi in alijs vti ſolem⁹, adhibita. Imò nec capiti eius infundi quicquã velim, cũ ſit ſatis id quoq; bis térve vnà cũ toto corpore in aqua mergi, demiſſa mediocriter deorſum ſindone, ac rurſũ per quatuor iuuenes qui eum portãt, leuata. Mox hinc eductus, in frigidã ſemel totus tingatur, ne vel breuiſſimo quidẽ ſpatio illic moratus. Porrò qui eũ portant, tum reliqua omnia curioſè eſſe edoctos cõueniet: tum celeritatẽ tingendi, nõ documenti modò, verũetiam præcepti loco præter cætera habere. Protinus verò alter paratã habens ſindonem ipſi iniiciat, [ac deinde aliã.] Tũ in lectulo collocatus, primũ ſpongijs detergeatur, deinde mollibus linteis. Nec cõmittent qui eũ detergebunt, vt violentius eũ cõtrectent, ſed quoad fieri poteſt blandiſſimè. Poſt hæc vnctũ ac veſtibus amictũ rurſus ſuper lectulo in domũ vbi cibatur, reducẽt, ac nutriẽt. Sanè dictũ ſuprà eſt in

[Hoc non eſt in Græco.

horum

horum commẽtariorum septimo, vbi siccam ventriculi intemperiem sanauimus, domum balneo debere coniũgi. Ac de balneis quidẽ satis (quòd ad rem propositam spectat) hactenus.

CAPVT XI.

SEqui prædicta videtur, vt de nutrimẽti facultate præcipiam. Sanè humidũ esse, ac frigidum quòd hecticis febribus sit cõducturũ nemo nescit. Eiusmodi verò sunt tum ptissanæ cremor cùm frigidus sumitur, tum alica similiter 10 *ptissanæ cremori condita. Id verò est ex aqua, & exiguo porri, & anetho: tũ sale, oleo, & aceto. Cõmodus præterea ijs qui sic laborãt est, & exiguus in aqua frigida panis. Cæterùm nullius horũ pura frigiditas esse debebit, sicuti potionis. Quippe hæc maturè tum incalescit, tũ per corpus digeritur. Illa cùm plusculum temporis in ventriculo morẽtur ipsum fortaßis refrigerant, si fuerint immodicè frigida. Vbi verò febris iam traxerit, dandum quoque asininum lac est, sed* 20 *diligenter obseruato, ne in ventriculo cogatur. id verò interim ipse nos æger docebit, vtpote suæ ipsius naturæ peritus. Interim id à nobis inueniendũ est paulatim ad eius vsum accedẽtibus. Ac expedita quidẽ ratio est ad symptoma declinandum, si mel illi admisceas, aut salis quo vescimur exiguũ. Cæterùm abstinendũ (quoad fieri potest) in hecticis febribus à melle est: atque idcirco etiã à mulsa. Quippe protinus vertitur*

in

in bilē, & ficciores acriorisq; caloris febres reddit Dandus itaq; principio est asinini lactis nō plus cyathus veluti à me datū. vidisti: sed inducta in ipsum cubiculū asina, quò nullū tempus interponatur, sed æger id protinus bibat: cōtemplātibus diligēter nobis, ac cōferentibus arteriæ motū qui à sumpto lacte agitur, cū eo qui ante id sumptū fuit. Si enim corruptum sit, eiusmodi inuenies pulsus, cuiusmodi in oris ventriculi af-10 flictiōe accidere nosti. Sin autē corruptū non sit, et maiores et valētiores redditos inuenies. Itaq; etiā licebit, cùm postea exhibebis, modū lactis dimidio cyatho adaugeas, ac deinde rursus alium dimidiū adiicias, sicq; sensim vsq; ad mediocrem modū addas. Modi verò non lactis tantum, sed etiā reliquorū ciborū omnium metæ quibus attētus eris, in septimo huius operis, vbi vētriculi sanauimus intēperies, sunt traditæ. Nam cū primùm in eo libro *frigidā eius intēperiem hacte-20 nus inueteratā proposuerimus, vt totū iam corpus gracile reddiderit: indicauimus quo pacto quis simul ambo probè sit sanaturus, tum vētriculi intēperiem, tum corporis gracilitatē. Ideóq; fortasse sit satius, quò minus multa scribamus, ad illum te librum pro reliquis omnibus cibis remittam. Cum enim similes affectus sint, similia nimirū remedia postulant. Verùm quāto hecticarū febriū affectus est calidior, tanto vtiq; frigidiora requirit auxilia: & simul maiorē soli-

* ξηρὰν; i. siccam legendum. Nā de ea prima tractat lib. 7. Galen.

*citudinem, ne valẽtibus auxiliis vtẽtes quicquã lædamus. At qui iã marasmo vrgẽtur, eos sicut dictũ est, lauabis. Quos verò hectica premit, nõdum tamẽ marasmo tentãtur, eos licet etiam sine sindone subiecta laues, vtpote viribus adhuc valẽtes. Inferri tamen & hos in domũ vel super lectulo, vel saltem alio quopiã *idoneo cõueniet. Mox ipsos seipsis ingrediẽtes ad calidam duci, quò in ea morent̃. At q ex his minus sunt valẽtes eos non tutũ est permittere in frigidã natatione descendere: sed foris potius ipsos perfundere primũ tepida, secundò frigida. Esto autem tunc præparata in labro aqua frigida (quãta scilicet ex eo semel hausta perfundere, simul totum iam lauatum posit) ea frigiditate vt nullã euidẽtem qualitatem nec prorsus frigidarum nec tepidarum aquarum præferat: sed qualẽ ea quæ fontana vocatur: quæ & frigoris quod ferit, & tẽporis qui resoluit, est in medio. Ac si quidẽ oĩa curiosè administrabũtur, tum quod ad balneũ, tum quod ad nutrimenta spectat: vtiq; sanandi iam eius quem marasmus cõsumit, spes est. Sin error vel in vno cõmittatur, is reliqua subuertit omnia. Quippe cũ exitialis horũ affectus sit, ne leuissimũ quidẽ errorẽ tolerat. ac si quis taliũ est seruatus, huic carnosam portionẽ marasmus occupauerat. Ipsis verò solidis siccatis fieri nequit, vt homo prorsus persanet: sed omnino vel statim cũ febris ipsa iugulauerit, vel postquã in eũ affe-*

ctum

* ἢ φορείου τινὸς, id est aut lectica quapiam.

ctū est translata, quē seniū ex morbo vocamus. Nā primū eiusmodi febris propriā partiū humiditatē, ex qua nutriunt̄, depascit: hinc verò ad carnosum genus trāsit, qđ circa tū fibrosas tum mēbranosas partes solidorū corporū hæret. Ita deinde ipsas solidas populatur. Siqdē in singulis simpliciū ac primarū quas vocāt partiū (vt in dissectiōibus eas contēplatus es) alia portio substātiæ eorum est veluti fibrosa, alia mēbranosa, alia carnosa, sicut exēpli causa, cū vena vnā tunicā habeat, & eam tenuē: licet fibras in ea inuenire multas, quæ sint araneosis quibusdā intersitis cōtextæ: quibus vtrisq; ipsa propria venæ substātia adnascitur. Hæc alia in aliis partibus habet̄, nec vllū cōmune nomē est nacta. Cæterū docēdi causa nihil vetat eā carnosam substantiā voces: vel certè huius particulæ quandā carnē, quæ in vētriculo quidē sit, alia in iocinore alia, similiter in arteria et musculo. Vocat̄ autē caro tantū ea quæ in musculo est, reliquarū nullā hoīes carnē vocāt, præterquā admodū pauci, sed quæ in visceribus, ceu iocinore, renibus, liene et pulmone visunt̄, eas παρεγχύματα (quasi affusiōes dixeris) Græcè vocāt. Quæ in intestinis, vētriculo, stomacho et vtero sūt, sine nōīe relinquūt. Tu tñ de noībꝰ nō laborabis. Illud potius intelliges singularū particularū substātiæ molē ex tali maximè cōpletā esse natura, q̄ vtiq; (vt ī sinuosis vlcerib. videre licet) et pire, et regigni pōt.

At verò nec fibrosa, nec neruosa mēbranosáve natura eandē generationē habere cernitur. Nec fas est eiusmodi singularū partiū fibras à malignis febribus liquari, sicuti carnes, quando animal ipsum priusquā hæ prorsus sint siccatæ, interemerint. Sanè sunt & quas marasmodes febres vocāt, vniuersæ ex earum genere quæ colliquāt. Sed in eo differūt, quòd quæ portio carnis in his colliquatur, ea semper vaporis vice digeritur: in illis defluit in ventrē. Cernitur hoc etiā in carnibus, dum in craticulis torrentur, euidenter fieri. Siquidē ab aliquibus plurima liquatio defluit, deciditq́; in prunas largiter. Aliquando nihil omnino, quod vtiq; sentias, defluere videt, etiā si par sit prunarū subdita copia. Quippe feris suibus, aut nihil omnino, aut planè minimū est quod defluat: cicuribus verò plurimū. Quātóq; magis vel adipe vel carne animal abūdat, tāto profectò quod ab ipsius carnibus dū in craticulis torrētur defluit, cernitur copiosius. Ad eundē itaq; modū in calidissimis febribus si carnes humidæ ac moles cū adipis copia fuerint, eas sensu liquari deprehēdas. Sin sine adipe et siccæ sint, in marasmodes febres transeūt. Clarissimo huius rei argumēto sunt infirmi, qui per aluū, quod liquatur, excernūt, qui nisi prius vel morbi violētia, vel medicorū inscitia moriantur, in marasmodes febres incidūt. Siqdē quoad materiā vberē habēt, hāc colliquāt, vbi illis tū adeps,

tum

tũ caro mollis defecit, duras & ægrè liquabiles carnes ſiccãt, à quibus propter ſiccitatẽ nihil defluit: veluti nec ab iis quæ ſale ſunt ſiccatæ, ſi quis has quoq; torrere parãs pari cum aliis igni admoueat. Nã et ſicciores earũ carnes reddent, et corÿ ritu durabunt: nec defluet ex his vlla ſenſibilis liquatio. Hæc igitur cùm ſcias: etiã colliquantiũ febriũ iiſdẽ methodis curã ages, tũ ad frigidam exhibendã quamprimũ properãs, tum
10 iis quæ humectent & refrigerent nutriẽs. Mulſam verò inimiciſſimã cenſebis: qua tamen vti pleroſq; medicorum in eiuſmodi febribus vides. Verùm de colliquãtibus febribus diſſerere in poſterum licebit: æquè vt de hecticis febribus quæ in peſtilẽtiis cõtingunt: cuiuſmodi ea eſt quæ nũc publicè graſſatur. Dicetur nanq; & de hac inter peſtilentes febres. Reliquarum verò tum hecticarũ, tum quas maraſmodes vocamus, abundè mihi ſanationis methodũ tradidiſſe videor.

GALENI METHODI MEDENDI, VEL DE morbis curandis, Thoma Linacro Anglo interprete,

LIBER XI.

Quæ in vndecimo libro Methodi medendi habentur.

Febriũ curatio, quæ ex humorũ putredine oriũtur.

Quo pacto curanda sit humorũ redundantia, & eorum crassities.

De cataplasmatis & perfosionibus, quæ viscerũ inflammationibus applicantur.

De balneorum scopis.

CAPVT I.

FEBRIVM quas putrescẽs accẽdit humor primæ remediorũ indicationes dictæ prius sunt, quo loco eas quemadmodũ & duas & treis efficias, docui, etiã si velis vnã. Nunc verò quod in aliis febribus fecimus, vt ex primis generibus diductis, ad vltimas vsq; species diuidendo perueniremus, idem & in proposita differẽtia facere tentemus, illud prius admonentes, quod etiam in libris de pulsuũ differentia ostendimus, siue primas differẽtias siue prima genera, siue maximè generales ideas, siue quomodocũq; aliter appellare libeat, modò exactã rei notionem serues, nihil interfuturum. Ac febriũ quidem ipsarum quemadmodũ eas, quas diarias vocamus, cures, in horum cõmentariorum octauo exposui, pari modo & quemadmodũ continentes, in libro qui illum sequitur, atq; etiam quemadmodũ tertias hecticas scilicet, in eo qui illi succedit: qui totius operis est decimus. In quibus non propria modò cuiusq;, sed etiam cõmunium pleraq; explicaui. Nunc quemadmodũ quæ ex putrescentibus humoribus excitẽtur, methodo sint sanandæ, aggredi statui. Quæ curationem indicãt: prout in duo

bus

diuiduntur, affectus quem curamus, & partiũ ægrotãtis temperies sunt. Licet autẽ ea (vt dictũ est) & vna summa interpretemur, dicentes vnam esse omniũ morborũ cõmunem curationis indicationẽ, nempe cõtrarietatẽ ipsam, qua rursus diuisa, duas existere morbo scilicet ex iis quæ sibi cõtraria sint, adhibẽda remedia indicãte, laborãtis verò temperie, vnà cum ipso morbo, contrarietatis mensurã definiente. Porrò dictũ in

10 *illis est ambientẽ quoq; nos aërem vnam efficere indicationem posse, & cùm primã sectionem in duo tantùm facimus, ambientem vel ægritudinis causis, vel sanitatis annumerandum esse. At verò cùm sanitatis causæ sint omnia quæ sanitatẽ efficiunt, vna certè earũ est, quod auxilium remediúmve vocatur, quod pro variis* ra*tionibus & vltima et prima sanitatis causa rectè dicit. Quippe tẽpore vltima erit, propterea quòd tẽpore & natura & ars & fortuna prio*

*ἐννοίαις i. notionibus.

20 *res eo sanitatis causæ sunt. Prima verò est, quatenus id laborantis corpus tangit, alteratq; eius affectũ ac propter alterationẽ quã id facit, cùm ægra corpora ad sanitatẽ pducũtur, ars & artifex sanitatis causæ fiũt, nõ quòd hæc morbos primum summoueãt, sed quòd alia materia ad id commoda intercedente, quod auxilium appellatur. Siquidem sanguinis missio, quã phlebotomiam vocant, ipsa quidem per se hoc quod iam dictum est, nomẽ possidet. At cùm homini malũ*

affert, ex causis fit morbificis, cōtrà cùm prodest, ex sanis. Ac propterea cùm proficit, vocat auxilium: sicut profectò omnis materia quæ quomodolibet corpus alterat, quo tēpore iuuat, auxiliū dicitur. Ad eundem modū & ambientis propriū pro natura sua nomen est aër. Relatus tamē ad nos, aliàs auxiliū & sanitatis causarū vna efficitur: aliàs iis contrariarū, nēpe morbificarū. At quoniā aëri tū ex præsente cœli statu, tum anni tempore, tum regionis natura, suæ 10 *in humido sicco, calido, & frigido mutatiōes accedunt: ex illorū rursus vno quoq; aliæ particulares indicationes oriūtur. Ac fortuna quidē, & ars, & artifex, materiarū interuētu agunt: natura verò per seipsam. Ea ex tribus his partibus cōstat, ex spiritus, & earū, quæ verè dicunt solidæ, substātia; (quas alibi ex semine genitali cōditas esse mōstrauimus) et tertia ab his carnosa, quæ cuiq; particulæ est sua. Singulæ aūt iam dictarū trium propriū pro natura sua tū quali*20 *tatem habēt, tum quantitatē. Ac qualitas quidem earū ex congrua temperie humidi, sicci, calidi & frigidi cōsistit. Quātitas verò solidarum partium par semper manet: sed iis qui adhuc inaugentur, numero duntaxat: qui verò absoluti iam sunt, etiā magnitudine. Carnosæ verò substantiæ magnitudo variatur, etiā si prǽterea nō augeatur animans. Pari modo & spiritus substantia, tantùm non quolibet momēto, tum minor,*

nor, tum maior cõſpicitur. Ergo etiam ſupra ea quæ indicationes præſtare prius diximus, virtus vel ſola ijs tribus ſubſtãtijs, quas modo comprehẽdimus, ſimul enumeratis additur: vel ſi temperamentũ ſeorſum ſit diſcretũ in ipſo. Atq; hæc ipſa rurſus bifariã quoq;, vt oſtenſum eſt, ſcinditur, & in originalem naturã, & in acquiſititium affectum: ſic nimirum, vt ex iſtis, & alijs quæ prius dicta ſunt, propria quædã cuiuſq; remediorũ ſit indicatio. Sæpe autem adſcita tẽperies ad efficientes cauſas reducta, illis indicationẽ cõcedit. Ad hũc itaq; modum ex ætate, arte & cõſuetudine, indicationem remediorũ ſuggeri diximus, cõſentiréq; inter omnes iã dictas indicationẽs. Siquidẽ in ijs quæ magis ſint ſpeciales cõtineri ſemper quæ magis ſint generales. Agi verò in vſum quæ magis ſint particulares, ſcilicet ex magis generalium ſectione inuentas.

CAPVT II.

Prima nãq; omniũ curationis indicationum quæ ex ipſo qui curatur morbo accipitur, cõtrarietatem præſcripſit. At quoniã morborum plura ſunt genera, cuiq; eorũ ſua erit cõtrarietas. Verùm cætera in præſens omittãtur. Proponatur autem nobis ad præſentem diſputationem dũtaxat, morbi quẽ curamus genus in intemperie eſſe poſitum. Id igitur per contrariam ipſi intemperiem ſanabitur. At quoniã vniuerſi febriũ generis intẽperies eſt calor, nimirũ per fri-

giditatē curabitur: sic omnes indicationes inter se cōcordant. Nam siue dixerimus absoluto sermone febrē per contraria sanandā esse, siue adiecerimus, per ea quæ cōtrario sunt tēperamento: nulla pugnātia in sermone erit. Similiter nec si per frigida sanandā febrem esse dixerimus. Sed nec si diuidētes id dicamus aliquādo sanare nos febrē per ea quæ effectu frigida sunt, aliquādo & per ea quæ potestate, aliquando rursus et per ea quæ ex accidenti refrigerāt, aut etiā ista coniungentes, nulla pugnātia cū iis quæ dicta sunt, in sermōe erit. Pari modo nec si quis dicat, quæ actu, potestate, vel ex accidenti calfaciūt, ea febres deteriores reddere quàm prius fuerāt. Contrà quæ affectu, potestate, vel ex accidēte refrigerent, ea febres, sanare. Quippe indicatio quæ ab affectu sumitur, in tot numero particulares indicatiōes est diducta. Hæ verò rursum ipsæ particulares indicationes materias inueniūt, iuxta eas methodos quæ in opere de medicamētis sunt traditæ: quādo illarū principiū, id est, in quo finita est curandi affectus diuisio. Ac maximè quidē propria in soluēdo morbo intelligitur curatio: sed per abusionē etiā mistū genus, tū ex vera curatione, tū prouisiōe, quam προφυλακὴν appellāt. Ac diariarū quidē febriū, & hecticarum, vera & propria curatio est. Earū verò quæ ex putrescētibus excitantur humoribus vocata curatio, προφυλακὴν quoq; sibi adiūxit, cuius effi-
cien-

ciū est causam, quæ morbū creat, adimere. Sanè nominatur hæc ipsa quoq; artis pars, curatrix, quæ vtiq; ab ea quæ purè synceréq; prophylactice dicitur, in eo distincta est, quòd sub * hac iā sen * illa sibiliter ex ipsa causa morbus est genitus, in prophylactice verò est futurus. atq; nominibus quidē quisque prout volet vtatur: (id enim semper monere oportet) sed remediorū indicationē quæ à rebus singulis præstetur, seruet: quādo si vel vnā 10 aliquā earum præterea ad portionē tū magnitudinis illius, tū facultatis, curatio claudicabit.

CAPVT III.

Porrò quemadmodum ab affectu ad materias præsidiorum peruenimus, eodē modo ab singulis reliquorum generum primorum descendendū ad eas est, veluti à virtute. Nam ea morbo cen aduersatrix est opposita. Propositūq; medico est huic omni ratione opitulari ac subuenire. Ergo quis primus est à virtute scopus, aut quæ 20 nam indicatio prima? Nā hîc quoque loqui pro arbitrio possis, scilicet virtutem ipsam vnū scopum ac primum statuens. quod verò ab ea indicatur, alterum & secundum. Itaque cùm monstratū sit virtutem sui custodiam præscribere, sicuti morbū se tollēdū, erit rursus in virtute secundus scopus, ipsius custodia: sicut in morbis, ipsorū sublatio. At verò custodia similium exhibitionē indicabit, sublatio contrariorum. Quoniā verò virium substantia tū ex spiritu, tum ex car

ex carnosa specie tũ solidis ipsis completur: ex ijs quæ similia sunt, moliri cuiq; suã διαμονὴν id est custodiam conueniet. Spiritui ex respiratione ac traspiratione, & qui ex sanguine attollitur vapore. Liceat verò hîc quoque volẽti, vel Græcè ἀερῶσιν, quasi aërationẽ dicas, vel sanguinis attenuationẽ, vel in halitũ solutionẽ, vel vtcũq; libuerit appellare. Solidorũ verò generi, ex solido nutrimẽto. Carnoso generi per eã naturã quæ in medio, humidorũ ac solidorũ corporũ est. Porrò 10 cuiusq; horũ modũ ex cõseruãdæ substãtiæ modo inuenies, qualitatẽ verò horũ ex ipsius tẽperie. Cùm verò horũ cuiusq; vel optima temperies sit, vel aliquatenus vitiosa, quæ quidẽ optima est, semper seruari debebit: quæ verò omnino vitio non caret, hæc in sanis quidem vel seruanda est, vel alteranda: in ægris verò seruanda est, ea ipsa scilicet ratione qua prius ostẽdimus maximam esse à consuetudine indicationem: quippe vel temperamentum originale ipsam seruare, vel ad adscititium inducere. Præstari verò 20 (vt prædictum est) modi auxiliorum indicationem ex eo temperamento quod iam præsens sit: ita nimirũ sicut ex ætate, non quam æger prius habuerit, sed quã nũc habeat. Cùm verò diuersitas nõ parua sit in partium animalis temperamento, propriã cuiq; mẽsuram fore eorũ quæ ipsi sint similia. nempe ei quæ terrea magis est, eorúmque magis sint terrea: & ei quæ humidior

est,

est,eorũ quæ sint humidiora. Ad eundẽ modum & ei quæ magis aërea est,eorũ quæ plus huius substãtiæ in se habeant:sicut calidiori,eorũ quæ magis substãtiæ igneæ participent. Hinc verò iã materias particulares omnes in cibis, potione, aëre,& omnibus peragi solitis,inueniendas esse. Vbi verò secũ pugnauerint indicationes aliquæ superiùs comprehensa methodo ad ea quæ agenda sint inueniẽda vtendum esse: perpensis scilicet eorum quæ indicent, tum magnitudine,tum dignitate. Ostendimus enim eligendas eas indicationes esse: quas digniora maioráq; indicãtia præscribent: ac dignitatem eorum, vel vitæ vel sanitatis respectu iudicandum. Magnitudinem verò duplicem esse,vel propriæ substantiæ ratione,vel declinationis à naturali habitu.

CAPVT IIII.

Ergo ab his iã methodis agẽdũ exercitemur in genere febriũ,quod ex putredine nascitur. Quoniã putredo vel æqualiter in omnibus subsistit vasis,vel in maximis,maximéq; principalibus,(ea porrò sunt inter alas & inguina) vel vna quapiã particula quæ vel phlegmonẽ in se habet,vel etiã citra phlegmonẽ,veluti in foco quodã principiũ febris in se cõtinet: in singulis his differentijs seorsùm exercitari conueniet. Ac primùm eam tractandam proponemus,quæ vel in maximis vasis,vel simul omnibus consistit. Quæ igitur ex tali affectu oritur febris,planè neces-

necessũ est synochõ, id est cõtinuam esse. Nec fieri potest vt ea sanetur, nisi inhibita prius putredo sit. Porrò ea inhiberi, causa manẽte, nõ potest. Quare summouẽda ipsius causa est: si modò putredo ipsa prior, mox post ipsam febris sanari debebit. Ergo quæ causa putredinis, est, quæ se per omnia vasa æquabiliter diffundit? Sanè reuocare in memoriã prius cõueniet quænã aliàs putredinis indicata sit causa: ac deinde cur pari modo in omnibus animalis partibus fiat, inquirere. 10 *Ergo ostẽsum est, vbi morborũ causas reddidimus, illa tantũ putrescere corpora, quæ cùm calida humidáq; natura sint, neq; perflata neq; vẽtilata, in calido humidóq; loco maneant. Quod si in motu sint, vẽtilẽtúrq; ac perflentur, posse ea nõ putria, integráq; seruari: potissimum quæcunque corpora sua ipsorum natura reguntur, vt animalium & stirpiũ. Ea nanque (sicut in opere de naturalibus facultatibus est proditum) ab initio cõgenitos secum motus habent, quibus superflua excernãt. Ostensum non minus & in alijs duobus libellis est quãta sit tũ respirationis, tũ pulsuũ vtilitas ad perflatũ vẽtilationẽq; corporis, atq; eius natiuũ calorem tuẽdum. Itaq; si quid in eo manifestè putrescere debebit, dictas transpirationes impeditas esse oportet. At verò quî fieri potest, vt illæ per totũ animal sistantur, nisi vel finibus vasorum stipatis, vel tota cute? Porrò accidere in finibus vasorum stipatio potest* 20

Sine obstructione, et prohibita transpiratione non fit putredo.

test vel ex vehementi extrinsecus refrigeratione, vel ex succorũ qui extrorsum in ipsis confertim ruerint, crassitudine, multitudine, vel lentitia. Accidit hoc illis & ex iis exercitationibus, quæ in palæstra vel aliàs obeuntur, & itinere laborioso, vel ambientis statu, cùm ex rigore in æstũ subitò est mutatus. Nonnullis verò feruentes ex ira succi, ac foras simul impetu ruẽtes, dictas stipationes effecerunt. Quisquis igitur propositam 10 sanaturus est febrem, hic simul causam eius adimat oportet, simul calorem qui in animali excitatus ab ea est, refrigeret. Ac quẽadmodũ quidẽ ille sit refrigerãdus, prius est dictũ. Causam verò adimi oportebit propria cuiusq; naturæ inuenta contrarietate: vtique si ex frigida causa stipatum densũmq; redditum corpus est, relaxato eo, omniq; ratione rarefacto, sin ex obstructione ita est affectum, hac reclusa. Quod verò recludet: hîc quoq; ad contrarietatis indicatio- 20 nem attentus inuenies. Vbi nanque abundantia humorum est, hos vacuabis. Vbi crassi sunt & glutinosi, tenues eos ac fluxiles efficies.

CAPVT V.

SI plures causæ aliquando coibunt, omnibus per contraria occurres. Siquidem fieri potest, vt & coarctatum corpus sit, & exigui meatus densati, & multi simul ac lenti humores subsint. In eiusmodi autem causarum complexu, si rectè quæ prius comprehensa sunt, memini

meminimus: cœpisse à sanguinis missione conueniet, ac abūdātia vacuata, tū ad extenuādos humores venire, ab hoc ad remittēda quæ sunt constricta, & rarefaciēda, quæ sunt dēsata. Atq; hæc quidē à morbi affectu* indicatiuè sūt sumēda. A viribus autē (quoniā has cibi, potiones & spiritus certa mēsura & apta qualitate exhibita, seruabūt: inuētus aūt est quātitatis eorū modus ex viriū substātia: qualitatis verò à tēperamēto) nimirū æstimari debebit, quēadmodū vires quæ corpus regūt, in his se habeāt. Quippe si valētes sint, audacter vacuātibus præsidijs vtēris. Hæc autē ab effectu morbi fuere accepta. Sin infirmiores sint redditæ, vacuātia remedia cautius administrabis. Sed & nutrimēti modus hinc tibi est desumēdus. Quippe cū vires legitimū robur suū habēt, & morbi summus vigor breui futurus expectatur: tenuissimo victu licet vti. Cùm sint infirmiores, nō licet sine graui noxa. Sed adijcere ad nutrimēta tātū oportet, quātū est de robore viriū imminutū, atq; ex his scopis accipiendus est nutrimēti modus, qualitas verò ex morbi affectu, vnà cū solidorū corporū quod tū est, tēperamento. Ab affectu, si is obstructio est, quæ extenuet. A naturali ipsorū tēperie, vnà cū cōsuetudine, prout etiā prius est definitū. Tēpus verò nutriendi, quod quidē ad reliquas spectat febres, quæ ex putredine oriūtur, in progressu sermonis dicetur. Quæ verò vnicā tātū à principio

* ἐνδεικτικῶς.

ad-

ad finẽ accessionẽ habẽt,(de his nãq; præsens est sermo)in his facilis toleratio & cõsuetudo specta ri debebunt,quãdo cibus illis eo tempore est offe- rẽdus,quo facilius quàm in cæteris morbũ tole- rãt,eóq; potissimũ diei tẽpore,quo prius in sani- tate cibari erãt sueti. Etenim facillimè cibũ fe- rẽt,si ex his cõsyderationibus assumẽt. Quòd au- tem frigida quoque ijs qui ita laborãt, sit exhi- benda,cum scilicet iam succi concoquuntur, & 10 crassitudo eorum extenuata est, id ex ijs quæ prius sunt comprehensa, manifestum arbitror.

CAPVT VI.

Siquidem cùm eiusmodi febris cõmunia quæ- dã cũ ambabus habeat,tũ ijs quæ ex humorũ ortæ putredine circuitibus quibusdã accessiones habent, tum ijs quas diarias vocamus, meritò in vtroq; genere de ipsa mentionem facimus:cũ vnicam accessionem habeat vt diariæ:cæterùm ex putredine orta multos duret dies. Itaq; vnũ 20 cum diarijs commune habebit,duo cum ijs quæ ex putredine ortæ multos durant dies. Reliquũ continuarum febrium (quas synochos vocant) genus duo habet cum diarijs communia, nempe & quòd sine putredine sit,& quòd absq; circui tu.Tertium verò commune non est:cùm subinde in quintum porrigatur diem. Atque harum quidem continentium febrium prodita prius cu- ratio est.Cõtinuarum verò quas putredo exci- tauit,curatio,cùm vtriq; generi communis esset,

etiā nos in ambobus de ipsa differere coëgit. Cæterū substantia earum totáq; natura ex eo est genere, quod nunc nobis proponitur. In vno autem eorū quæ ipsis accidunt, cum diarijs conueniebāt. Id fuit, quod vna in totum totius morbi accessio erat. Ergo et curatio earū, vnū hoc dūtaxat cōmune cum diarijs habeat oportet: in reliquis autē omnibus bifariā diducatur. Atq; aliæ quidem curationis indicationes, ex communi genere earū quæ ex putredine sint ortæ, accipiātur: aliæ ex propria earum substantia. Ad eundē verò modum & cæteras natarum ex putredine febriū differentias sanari cōueniet, nempe (sicut sæpe prius dictum est) indicatione tum à communi ipsarum genere, tum verò à cuiusq; propria differentia desumpta. 10

CAPVT VII.

Ergo denuò repetentes dicamus primū quot sint febriū, quas putredo accēdit, in vniuersum differētiæ: deinde quænā sit ipsius generis earū cōmunis vtiliū auxiliorū indicatio: mox quæ sit singulatim cuiusque propria. Par est enim profectò & quod omniū earū cōmune est commune habeat indicationē: & quod in singulis est proprium, quantū à reliquis eiusdem generis est diuersum, in tātū & diuersam ab illis sortiatur indicationē. Sunt igitur natarū ex humoris putredine eiusmodi differentiæ. Vna ex eo quòd causæ ipsius putredinis adsunt, vel non adsunt, 20

Secun

Secunda ex eo quòd per totum animal, aut eius partem aliquam, diffusa putredo sit. Tertia quatenus cum phlegmone est, aut citra hanc. Igitur considerandum nobis est quidnam commune habeat indicatio, quæ à causa sumitur adhuc manente: quidnam ea quã putredo ipsa præstat: ab his deinde, quid indicatio putredinis quæ per totũ diffunditur animal, aut certè maximè principalia in eo vasa: quid eius quæ in vna consistit
10 parte: mox deinde earũ, quæ in vna quadã parte sunt, æstimabimus differẽtias: Quippe aliam esse indicationem eius, quæ cum phlegmone coniũgitur, ratio est: aliã eius quæ sine hac consistit, rursus in his etiam ipsis, aliã esse præsente adhuc effectrice causa: aliã verò hac submota, postremò cuiusq; causæ adhuc manẽtis differẽtias, per omnia quæ in specierum diuisione sunt inuenta. Siquidem hîc iam desinant necessum est indicationes, quæ ex curandis sumũtur affectibus, post
20 his verò eas nimirùm quæ ab ipsis curãdis suggeruntur particulis, pro iam dictà methodò sumemus. Quibus si eas quæ à viribus præbẽtur, adiecerimus, absoluta nobis methodus de febribus omnibus à putredine incẽsis sanandis erit.

CAPVT VIII.

Ergo ordiamur ab eo quod primũ in diuisione indicãs fuit. Ea erat humorũ putredo. Ac cõsideremus qbus maximè indicãtibus, quibusq; indicatiõibus vsi, curationem eius in-

uenire poßimus. Principiũ verò inuentionis, ipsa
erit rei natura, qua de agitur. Etenim id quoq;
in demõstrãdis methodis didicimus. Quænã igi-
tur est putredinis natura? Nẽpe mutatio totius
putrescẽtis corporis substãtiæ ad corruptelam, à
calido externo. Nõ enim profectò à proprio calo
re corrumpitur quicquam: imò contrà prorsus
quicquid in rebus subsistit, id gliscit, roboratur,
sanũ est, ac viuit, dũ proprio calore regitur: ve-
luti nimirũ ipsa animãtiũ corpora, tametsi plu- 10
rimã substãtiæ suæ portionẽ humidam & calidã
sunt sortita, magnũ tamẽ annorum numerũ si-
ne putredine, ac sana viuáq; exigũt, si seruetur
(vt mõstratũ est) eorum proprius calor, in cor-
dis quidẽ corpore, per respirationem: in reliquis
omnibus partibus, tũ per communitatem quam
habent cũ corde, tum per aliam quandam respi-
rationis speciẽ, quæ per totam agitur cutem, &
transpiratio perspiratióve dicitur. His verò læ-
sis, vnà etiã naturalis calor læditur. Alter ve- 20
rò quidã alienus, ac præter naturã in corpori-
bus excitatus, primũ quidẽ ipsos succos propter
humiditatem & putrefacit & corrũpit, spatio
verò tũ adipem inuadit, tum etiam carnẽ. Tan-
quam igitur in ijs corporibus, quæ nõ viuũt, ac
putrescunt, primùm quantum eorũ iam compu-
truit, separant, dein ei quod reliquũ est, in frigi-
dũ aërẽ sublato, perspirationẽ refrigerãtem mo-
liuntur: ita vtiq; & putredinẽ, quæ in viuis est,
orta

orta, sanabimus: id scilicet quod iam corruptum est, omni ratione vacuantes: quod reliquum est, moderatis motibus, & refrigerãte perspiratu, ad exactam symmetriam reducentes: ac vacuationem quidẽ illius per vrinam, deiectiones, vomitũ ac sudores, moliemur. Post hanc dimotiones mediocres, vnà cum ambientis bona tẽperie adhibebimus. Quẽadmodum autem horũ quodq; rectè administrandum sit, paulò pòst æstimabimus.

10 Nũc ad secundũ in diuisione trãseamus: nempe quẽadmodum quis causæ quæ putredinẽ excitauit, adhuc manentis remediũ facillimè inueniat. Est autẽ neq; in hoc difficultas vlla: quippe cũ per cõtraria tollatur. Itaq; quoniam transpirationis prohibitio putredinis occasio fuit, hãc arbitror summouere oportet. At ea cũ varijs generibus est orta, & dẽsatis exiguis meatibus, & cõstrictis corporibus, & humoribus tũ abundantia, tũ crassitudine, tum lentitia sua obstruenti-

20 bus: singulæ harũ affectionum curandæ per cõtraria sunt. Dẽsitas per ea quæ rarefaciũt. Cõstrictio per ea quæ fundũt. Abundantia per ea quæ vacuãt. Crassitudo per ea quæ dissecant: & lentor ijs quæ detergent. Ac si quidẽ totum corpus dictorũ iã singula occuparint, etiã toti corpori per cõtraria est succurrẽdũ. Sin vnã partẽ quãpiã putredo inuaserit, illi adhibẽda iã dicta sunt remedia. Sanè nõ easdem omnes partes vacuationes medicamentáve requirẽt: cũ & tẽpe-

ramentis, & posituris, & forma, & omni denique constitutione naturaque inter se dissideant.

CAPVT IX.

Ergo quemadmodum singulis sit opitulandum, id postea pro conueniente sermonis ordine disquiremus, cuius initiũ à putredine, quæ totum corpus occupet, quæ ipsa continuas quoque febres, quas synochos vocant, excitat, faciemus. Ergo à corporibus, quæ sic afficiuntur, expellenda quæ putruerũt, per vrinas & aluũ & sudorem sunt. quòd si ad os ventriculi aliquãdo sua sponte impetum capiant, etiam per vomitiones. Aliter autẽ nõ est quod ea præter naturã irrites. Ac eorũ quidẽ quæ iam dictas vacuationes promoueãt, non parua materiæ copia est: sed maior eorũ portio, cùm calida siccaque facultate sit, febrem auget. Itaque deligenda medico sunt ea quæ citra calfactionẽ siccationemque valẽtem supradictas vacuationes præstẽt: cuiusmodi sunt cremor ptissanæ, & aqua mulsa, et oxymeli, & apomeli, & apij radix in aqua, quæ potui datur, incocta. Hæc autẽ ipsa vẽtri quoque sunt idonea. Qui si nihil reddat, injiciẽda per clysterẽ aqua mulsa cũ oleo est. Sanè totũ corpus, priusquã id vacuaris rarefacere nõ expedit: vbi vacuatum est, vtique licebit id medicamẽto aliquo, cui calor tepidus insit, rarefacias: cuiusmodi est quod ex chamæmelo conficitur. In hoc tempore si vinum quoque aquosum bibatur, id omnes vacuationes prom

promouerit, idem faciet & temperatum dulcis aquæ lauacrū. Quod si appositum aliquando in dictione vocabulum dulcis nō sit, vtiq; id subaudire debebis, certò sciēs de eo nos in febricitātib' lauacro semper loqui, nō bituminoso, aut sulphureo, aut aluminoso, aut chalcantode, aut salso, aut ex marina ipsa. Cæterū, vbi magnitudo febris obstat, sicut * in cōtinuis: nec vino est vtendum, nec lauacro, nec ijs quæ habitū rarefaciāt 10 vnctionibus, sed aqua frigida, sicut prius diximus, pota, in his febribus est aptissima: nisi tamē aliquid eorū quæ prædicta sunt, hāc quoq; prohibeat. Quippe ipsius febris frigida pota perpetuo est remediū: nō tamen putrescentiū humorū per aluū, vrinas, vel sudorē vacuandorū. Quo magis exercitatū esse in ijs, quas nūc tradimus, methodis oportet: ac in ægrotātibus cōsyderare, & quæ sint ipsius febris remedia: & quæ ipsius, vbi per se sola subsistit, putredinis: q̄ rursus effi-20 ciētis hāc causæ: atq; huius quoq;, cū per seipsam subsistit. Quippe nō semper inter se consentiunt hæc omnia, sed plerunq; aduersantur. Quo casu memores eorū quæ didicimus, id quod maximū omniū est aggredi oportebit, atq; ei vel soli, vel magis quā cæteris subuenire. Sanè scire licet difficile esse, acriq; indicio indigēs, febrem, putredinē, & effectricē causam, vbi scilicet ipsa quoq; adest, inter se cōferre: difficilius tamē est, si vires quoq; cum illis vnà cōferre velis: quòd vtiq; si-

* in synochis vertendum erat, seu in continétibus.

cut antè cōprehensum est, propter vitæ ipsius respectū semper est necessarium. Aliquādo verò & ex accidēti, sicut ad morborū sanationē. hoc verò me ostensurū promisi. Siquidem quod putrescit, si vestis esset, aliúdve inanime corp⁹, vtique ex ijs duntaxat quæ prædicta sunt, indicationem caperemus. Nunc cùm in viuēte corpore putredo cōcipitur, quod tum alterare potest, tum cōcoquere, tū vtile reddere quicquid putrescentiū, veluti semiputrescēs semimalumq; est: vtiq; facultatē eius, qua naturaliter concoquit, excitans firmansq;, quæ putrescentia sunt, sanabis. Itaq; etiam tum maximè eos cū fiducia, vel in balneo lauamus, vel ijs quæ habitū rarefaciant medicamētis vtimur, vel aquam frigidam, vel vinū bibendum damus, cùm notas humorū concoctionis cernimus. Neq; enim pulsus duntaxat vires ad eiusmodi agēda, firmas requirimus, veluti nec eius facultatis, quæ voluntariū motum præstat: sed sicut est dictū, ipsius potius cōcoctricis. Ergo si & vires cūctæ valētes sunt, et febris ardentissima, & cōcoctionis notæ planè euidentes, frigidā homini dare audacter debebis. Constat nanq; talem hominem senem nō esse, ex quo oēs illi virtutes valētes esse proposuimus. Quòd si etiā bona corporis habitudine sit, quod ἴυσαρκον Græci vocant, tū status cæli calidus, ac siccus etiā si in frigidam natationē hunc dimittas, haudquaquā lædetur. Eiusmodi nāq; temporis

opport

opportunitate vsi qui sese in frigidã coniecerũt, & protinus omnes sudarũt, & nonnullis eorum aluus biliosa reddidit. At si mediocris est febris, & vires nõ validæ, sed cum notis cõcoctionis: ijs qui ita se habent, balneum prodest, & vini potio, tũ verò ex vnctionibus eæ quæ rarefaciunt. Idq; multò magis cùm ambiens est frigidus. Neq; enim aut frigidã in balneo lotionẽ, aut frigidã potionẽ, in eiusmodi cæli statu ferè expe-
10 tunt, vtpote respiratu ipso aßiduè refrigerati: cũ si quando in frigido ambiente vehemẽter vri ægrotum contingat, exigua salutis eius habenda spés est. Si verò nec cõcoctionis habeat signa, nec vires validas, seruari is planè nõ potest. quo minus aut idem lauandus in balneo est, aut medicamentis ijs quæ rarefaciant vngendus, aut vinum illi dandũ, frigidáve offerẽda. In quo enim desperata omnino salus est, imprudentis consilij fuerit apud vulgũ infamare præsidia, quæ mul-
20 tis fuere saluti. Ipse siquidem aliquos noui ex Amethodis istis medicis, qui cũ ea quæ nos gesßimus, eßẽt imitati, ijsdemq; præsidijs in ijs qui prorsus morituri erãt vsi, adeò nihil profecerũt vt etiam tempestiuum eorũ vsum suspectũ formidolosumq; reddiderint. Verũ nos tẽpora præsidiaq; ijs quos seruari spes est, scribimus: quãdo ægris qui insanabiles sunt, ijs nec tẽpus vllũ opportunũ, nec præsidium est. Atq; hoc mihi per omnẽ sermonem teneri memoria velim: quo mi-

nus præcipua illa primaq; omnium curationis indicatio conuelli aliqũ posse videatur. Quippe cùm dicat Hippocrates contraria esse contrariorum remedia, quid vetat omnibus febricitãtibus frigidam vno ordine exhibere? Verùm nec exhibenda est, nec subuertitur eo tẽpore generalis omnis curationis indicatio. Vnũ enim ex ijs quæ actu refrigerant, aqua frigida est. Sed & alia plura sunt, quæ partim potestate (vt dictũ est) refrigerent, partim ex accidenti. Quorum 10 alijs propter concursum pugnãtium inter se indicationũ aliâs vtimur. Porrò tradita iam methodus est, eius quod conducit, antè alia semper deligendi. Ostensum præterea est ipsius febris, prout febris est, aquam frigidam semper esse remedium. Quod verò ad alia spectat, non semper, veluti cũ ex obstructione glutinosi & crassi humoris putredo oritur. Ponatur verò & cũ hoc redundantiam in toto esse corpore, tum virtutem non imbecillam. In eiusmodi nanq; com- 20 plexionibus cùm multa præter naturã in corpore sint, quædam eorum præcedentes causæ erũt, veluti redundãtia cum glutinosis & crãßis humoribus. Horũ enim vitio obstructio est orta: quæ morbus instrumentalis est eorum quæ obstructa sunt corporum. Hanc symptoma secutum est ipsa trãnspirationis retentio: quam rursus putredo humorũ excepit; ipsa scilicet febris antecedens quædam causa.

CAP

CAPVT X.

Ergo qui febrem curare volet, necesse est pu tredinem inhibeat. Ita duæ indicationes se exhibent: altera à febri, altera à putredine. atq; à febri rursus duæ: scilicet vt portio febris quæ iam accẽsa est, percuretur, quæ verò in generatione est, inhibeatur. Aliæq; duæ rursum à putredine erũt indicationes: vt & quod putredinis iam factum est, sanes: & quod in generatione
10 adhuc est, sistas. Porrò quod in generatione est, id perspiratio impedita facit. Ita ab hac quoq; aliæ duæ indicationes nascẽtur, tum vt quod retentum est, vacuetur: tum quod retinendum est, prohibeatur. Sanè prohibebitur ijs præsidijs quæ obstructioni medent. Cuius rursum ipsius quod iam occupauit, sanãdum est, quod futurum est, propulsandũ. At curabit quidẽ quod obstructionis iam factũ est, per ea quæ obstructa liberãt, propulsabitur quod futurũ est, si affluxum
20 obstruẽtium succorũ cõpescas. Ergo quod vltimum in ipsa resolutiua methodo est inuẽtum, id primum omnium in curatione est peragendum. Ostẽsum enim in priorib⁹ libris est si ijs auxilijs quæ obstructiones eximãt, vti nõ vacuata prius abundãtia velimus, fore vt nõ modo nihil proficiamus, sed etiã affectũ maiorẽ reddamus: pugnãtibus scilicet inter se indicationibus. At si vacuata prius multitudine ad curandã obstructionẽ accedamus: medicamẽtis ijs quæ obstru-

ctiones

ctiones expediant, erit opus. Verùm quoniã horum plurima calida sunt, metus est ne tum putredinem, tum febrem augeant. Itaq; ijs quæ citra calorem liberare obstructiones valeãt, vtemur: vbi autem quæ obstruunt, detersa diffectáq; sunt, per aluũ, vrinas, & sudorem, ea vacuare tentandum. Cùm verò materiæ quæ hæc efficiant, etiã calidæ sint, necesse est interea, tum putredinem augeri, tum febrem. Quare quoad licet, id agendum, vt quæ minus calfaciat, materia deligatur. Aut siqua inueniri potest, quæ non calfaciat, quemadmodum in hoc casu balneum, vtiq; ea est petẽda. Hoc verò tẽpore etiam vires roborare, quò & putredinem superent, & succos concoquant, studebimus. Quod verò febris ipsius iam accensum est, id refrigerabimus. In auxiliorum enim inueniẽdorum ordine, vltima est quæ ab hac sumitur indicatio: quamuis alia ratione sit prima, quippe cùm à febri cœperit inueniendorum præsidiorum methodus.

CAPVT XI.

AC si nullum quidem interim vehemẽs incidat symptoma, prohibeatq; quo minus auxilia ab initio morbi ad finem ita procedant, celerrimè finietur febris. Sin tale quippiam incidat, quod totã ad se curationẽ reuocet, necesse est serius adueniat curationis finis. siquidẽ quod ita interuenit, omnino vel cõtrariũ est remedijs quæ antè dictũ causarum affectuũ & symptomat

matum ordinem sanet, vel omnino nihil saltem cōfert. Enimverò si eius quod interuenit sanatio antè dicto præsidiorum ordini sit contraria, necesse est interim cūcta deteriora reddi. Sin nihil originali affectui interuenie͂tis obiter mali correctio, nec officit, nec prodest, totius curationis celeritati in mora erit. Si autē nocet, necesse est aut vniuersam medicationē in longius spatium trahi, aut aliquod subsequi periculū, aut etiam
10 fore vtrūq;. Finge nanq; exempli gratia, afflicto interim stomacho syncopē incidisse, cui succurrere coacti cibū intempestiuè dederimus, ac vinum cum frigida. Ex horū enim vsu, tum obstructionē, tum corporis coarctationē, tū putredinē auctas esse necessū est: atq; ex harū auctu, ipsam etiā febrē. Verū vbi tū virtus satis valens est, nec quicquā interuenit, cuiusmodi quam modò diximus ex vitio stomachi ortā syncopen: sed nec quæ aliquādo accidere possunt, aut sangui-
20 nis profluuium, aut vigiliæ, aut dolor, aut error aliquis, vel ipsius ægrotātis, vel eius familiariū: vbi inquā nihil tale accidit, totus qui proximè dictus est remediorū ordo, hominē pfectò sanabit. Sed nec ipse tamen quocunq; remedio omnia quæ præter naturā sunt, sanat. nā aqua mulsa, quod ad crassos succos extenuādos, & glutinosos detergēdos et excretionē promouēda attinet, optimum planè medicamē fuerit in ijs synochis, quos habitus coarctatior, et putredo excitarūt.

Quæ

Quatenus verò calorem febris adauget, est noxia, vnde si hic immodicus sit, parcendum aquæ mulsæ est, vtendumq; ptissanæ cremore. Quòd si difficiles ac contumaces esse obstructiones indicaueris, etiã oxymelite. At hoc ipsum rursus si immodicè vtare, & intestina radit, & tussim excitat, & neruosa lædit. Adeò scilicet difficilè est eiusmodi aliquod auxiliũ inuenisse, quod citra vllã noxã magnificè prosit. Id accidit (vt dictum est) ex complexione ortorum in corpore, 10 præter naturam affectuũ, vnà cum præcedentibus eos causis, & sequentibus symptomatis.

CAPVT XII.

NVnquam tamen propterea præceptum illud, quòd contrariorum cõtraria sint remedia, aliquando verũ erit, aliquando falsum: imò id perpetuò verum est; quandò fieri non potest, vt eorũ quæ præter naturã sint, quicquam per aliam vllã remediorũ speciem curetur. Non tamẽ ex vsu est semper omnibus quæ præter na- 20 turã sint, mederi, sed cùm solá per se subsistunt. Nam si cũ alijs vnà incidãt, alijs sæpe est ante illa medẽdum: sicut in cauis vlceribus, vbi ea simul cũ phlegmone sunt cõiuncta. Quippe verũ in his quoq; manet; quòd per ea q̃ carne implẽt, curantur. Cæterùm, his vti priusquã phlegmonen curaueris, non licet. At interim dum hæc sanatur, vlcus cauũ adeò non melius quàm fuit redditur, vt etiã fiat magis cauum. Quòd si ijs

quæ carne impleant medicaminibus uti velis,
neq; ipsum impleueris, & phlegmonen auxeris.
Quæ nanq; carne implēt, ea demū implere pos-
sunt quæ phlegmone vacāt, non quæ phlegmone
adhuc sunt oppressa. Hoc itaq; quod in dictione
tam est breue, nempe contraria contrariorum
esse remedia: potestate deprehenditur maximū.
Quippe omnē medēdi methodū cōfundet, quis-
quis hanc indicationem neglexerit: cùm omnia
10 quæ præter naturā sunt, ab ijs quæ ipsis sint cō-
traria, curētur. Cùm autem eorum quæ præter
naturā sunt, duplex prima differentia sit alijs
per se subsistētibus, alijs in ipso (vt sic dicā) fie-
ri essentiam suā habētibus, ac vmbræ ritu affe-
ctus comitātibus, sānatio quidē affectuū ipsorū
est sublatio: hāc verò symptomatū amotio sequi-
tur. Quibus quanquā ipsis nihil prima ratione
adhibetur, attamē in ijs quoq; perpetuum illud
præceptū manet, quòd contraria contrariorum
20 sunt remedia. Quippe cū affectus, quos sympto-
mata sequūtur, sanamus, symptomata nimirū
ipsa in contrarium statum perducimus. Quare
quæcūq; symptomata exiguorū meatuū dēsitas
inuexit, ea rarefactione tollentur. Quod si ipsi
quoq; symptomati quod ex dēnsitate spiramēto-
rū est natū, (nēpe id est minori quàm insitū sit
excrementi effluxui, ἀδιαπνευστίαν Græcè vo-
cant) symptomatum genus aliud cōtrarium op-
ponere velis, ne sic quidem desit quod dixeris.

Suns

*Sunt nanq; plura iusto defluuia, iusto paucioribus cõtraria. Adeò si cui in symptomatis ipsis libet cõtraria contrariorũ remedia dicere, in ijs quoq; stat immotus primus ille omniũ q̃ præter naturã sunt curationis index. Verùm satius est (vt prædiximus) eorũ quæ verè & primùm curantur, id est affectuũ in corpore qui verè sunt subsistentes, contraria esse remedia existimes. Quippe actiones eorũ, atq; etiã offensas, vt eas in ipso, vt sic dicã, geri esse dixeris, ita *subsistere minimè dixeris. Nã manũ extẽdere, aut flectere ex ijs quæ absolutè sunt, dici nõ possũt, sed ex ijs quæ fiũt. Multoq; minus ipsius immobilitas. Quæ ipsa quoq; symptoma est eius qui in musculis neruísve subest affectus. Sed affectum qui ex subsistẽtiũ numero est vnus, cõtraria postulare remedia. Hũc verò solutum cõtrarium sequi statũ, quæ sanitas est. Atq; hanc rursus quãdam naturæ actionẽ, quæ symptomati iam finito sit contraria. Sed nec nominibus falli, quæ sæpe alia forma proferũtur, quàm vt contrarijs cõueniat. Sæpe enim planè non sunt. Sed ex ipsa rerũ natura cõtrarium inuenire. Habens scilicet quò pro illo discernendo spectes, cõfessum illud, cõtraria esse quæ sub vno genere plurimum inter se distẽt. Ergo si in illo genere quod medio cre est, intellexeris (id verò est, vt sæpe mõstrauimus, quod inter extrema est medium) infinitã quandã cõtrariarũ rerũ multitudinẽ, quæ maioris*

* εἶναι ἁπλῶς, i. esse simpliciter.

10

20

ioris minorisq; ratiõe inter se dissideãt, ex eo inuenies. Verbi gratia. In affectibus tenuiũ spiramentorũ symmetriã intelligens, ex vtraq; parte duo immodica, quæ inter se sint contraria, inuenies. In actionibus verò symmetriã vacuatorum considerans, ipsi quoq; ex vtraq; parte ametria respẽdet. Verũ in paruis spiramentis nomina excessibus non desunt, nempe densitas & raritas. In vacuatis posita non sunt. Eóq; fit, vt
10 cogamur plures pauciorésq; effluxus dicere: ita nimirum vt si densitatis raritatisq; nomina non essent, spiramentorum ipsorum alibi plura iusto esse, alibi pauciora dicere cogeremur. Ergo (sicut diximus) hoc maximè cauere debemus, simul etiã in eo nos exercitare, quò celerius cuiusq; sic dicti contrariũ inueniamus. Nõ enim in corporũ modò qualitate, verumetiã in quãtitate eiusmodi contrarietatẽ inuenias, quã vtiq; Aristoteles oppositionẽ vocat, non contrarietatẽ. Neq;
20 enim magnũ paruo vult esse contrarium, sed in eo quod ad aliquid dicit oppositum. Neq; multum pauco. Sed nec rarũ denso. Neq; relaxatũ contracto. Neq; ipsi quod secundũ naturam est, id quod præter naturã est. Verùm Hippocrati omnia id genus cõtrariorũ habẽt appellationẽ, sicut etiam Platoni: qui generationes ex cõtrariis esse dicit. Ostensum quoq; à me in aliis est, nec Aristotelẽ ipsum, suã ipsius legẽ in nominibus seruasse, quo loco principia eorũ quæ na-

tura regūtur, materiam, speciē, & priuationem statuit. Verùm quod diuinū Platonē secuti semper testamur, contēnere nomina oportet, minimè autē scientiā rerum. Ea nanq; ad salutē hominum pertinet, erroris q; in ea finis est pernicies. Nominibus siue propriè siue impropriè vtare, ad ægrotos id parū attinet. Intelligas id clarius, si non contrariorū contraria, sed quemadmodū illis placet, opposita sibi inuicem esse remedia dicas. Siquidē copiā sanat vacuatio, defectū nutrimēta in summa, quod exuperat, ablatio: quod deficiēs est, adiectio. Itaq; etiam in alio opere rectè arbitror à sene dictum: Medicina appositio est et detractio: deficientiū quidem appositio, redundantiū detractio. Porrò deficiūt redūdantq; quædam in quantitate, quædam in qualitate. In quātitate cum sanguis immodicè est auctus: aut rursus minor redditus. In qualitate cùm vel calidus, vel frigidus, vel crassius, vel tenuis plus iusto minúsve est effectus. Siue igitur contrarietatē, siue oppositionem nominare libet, eius indicationis medēdi quæ ab omnibus, quæ præter naturam sunt, præbetur, semper meminisse debebis, eíq; esse intentus, potissimū quidē, vt dictum prius est, in affectibus: sed tamē et in symptomatis: quāuis horū nec primū curatio sit, ne ꝓpriè cōtrarietas, sed curatio quidē simul cū affectibus, ex accidēti: contrarietas verò, lucidioris scilicet breuiorisq; doctrinæ causa loquentibus, abusiuè.

CA

CAPVT XIII.

VErùm ad medendi indicationes propositi nobis febriũ generis reuertamur. Repetamusq́; singula genera, quæ in nobis præter naturam sunt, nõ causarũ modò, verumetiã morborũ & symptomatũ. Et causarũ quidẽ genera, sunt multitudo, & craßitudo, & lẽtor humoris. Causa simul & symptoma est transpirabilis excrementi retentio. Simili modo causa pariter et
10 *affectus est ipsa putredo. Morbus verò, tum obstructio, tũ febris ipsa. Symptoma verò est ipsa trãspirabilis excremẽti retentio. Ergo indicabit (vt dictũ est) præcedentium causarum quælibet propriũ aliquid, multitudo ipsa quæ ex eorũ est numero, quæ sunt ad aliquid in prædicamento quantitatis, vacuationem: lentitia verò & crassitudo, quæ sunt in qualitatis affectu, sanationẽ quæ per cõtraria perficiatur. Cùm verò in plerisq́; oppositionibus consueta nomina non sint,*
20 *accidit vt qui in rerum scientia minus sunt exercitati, fallantur. Cũ enim vno nomine nequeũt quod animo cõcipiunt, nominare: id, ceu prorsus nõ sit, dimittũt: quemadmodũ profectò in glutinosis, & craßis & succis faciũt. Quippe crassius succus ex aduerso oppositum habet tenuẽ. Glutinosus verò (sicut ipse primus Græcè nominaui) τὸ ῥύπτικον, quasi detersiuum dicas: sicuti verò aliquis dixerit qui à solidis corporibus nominandi occasionem acciperet, friabile. Siquidem hoc*

pacto semper videtur Aristoteles oppositionem facere: verùm non in succis (vt dixi) sed in solidis ipsis corporibus. Quòd si glutinosi humoris naturã sub ea ratione intelligas, quòd quicquid tetigerit, huic ægrè dissolubilis adhæret: non immeritò (arbitror) eũ qui nec adhæret, & ea quæ adhærent deterget, contrariũ ipsi statues. Et antecedentiũ quidẽ causarum contrarietates abundè sunt dictæ. In instrumẽtali verò morbo, qui est obstructio, contrariũ ei est Græcè ἐκφραξις, quam reclusionẽ (puto) dixeris. Symptomati verò quod est trãspirabiliũ retentio, excretio ipsorum cõtrariũ est. At verò in humorũ putredine, & excretio, & refrigeratio, & vẽtilatio, & semiputridorũ concoctio, ex aduerso respondent. Ipsius verò febris refrigeratio oppositio est. Porrò quibus methodis materiã, quæ singula modò memoratorũ proficiat, inuenias, iam diximus. Pugnãtibus igitur his (sicut diximus) aliâs aliæ tũ indicationes vincẽt, tum materiæ: indéq; factũ est, vt quidã cùm ignorassent vnã semper dari ex re quaq; indicationẽ, ac si præter naturã sit quod indicet, contrarium id semper indicare: sin secundũ naturã se habeat, non contrariũ, sed simile: nec medendi hi, nec sanitatis tuẽdæ methodũ constituere potuerint. Siquidẽ cùm in primis ipsis indicationibus sunt lapsi, multò profectò magis in iis quæ secuturæ erant, decipi debebãt. Debẽt enim (arbitror) ædificiis fundamẽta iaci firma,

firma, & scaphis poni idonea carina, si quid ædificãdorũ pangendorũq; in iis futurũ est firmũ. Vbi enim prima ipsa basis statim ab initio debilis fuit: quî fieri potest, vt quod superstruxeris, futurũ infirmũ non sit? Itaq; quoniã in continentibus ex proposita stipatiõe febribus, (neq; enim grauari debemus iterum, atq; iterũ sermonem repetere, quò nunc saltẽ medicorum vulgus veram methodũ condiscat) quoniã inquam septem
10 præter naturam posita sunt, à quibus indicationes sumuntur, humorum multitudo, crassitudo, lentor, obstructio, trãspirationis retentio, putredo, & febris carens intermissione: atq; hæc contraria omnino esse adhibenda docebant. Præter hæc verò ab iis quæ secundũ naturã se habebãt, positæ indicationes sunt, ex temperamento, tum ipsius laborantis partis, tum reliquarũ omnium quæ principes sunt, ex substantia ipsarũ quantitate, & ex spiritus ipsius substãtiæ, tum quanti
20 tate, tum qualitate: horum verò indicationes nõ contrariorum erant, sed similium, ad ista verò (sicut diximus) dignoscenda, tum ætas, tum consuetudo, tum omnes quæ externæ morbo causæ fuere contulerunt, vtiq; ortis hinc quoq; indicationibus non paucis: omnes profectò inspicere simul medicum decet: quò scilicet intelligat, quónam primùm ac magis, quónã minus & secundò, quónam adhuc & tertiò, atq; deinceps quo post quod præsidio sit vtendum.

CAPVT XIIII.

QVippe si vires eius qui ex putredine humorum (vt positum est) febricitat, valentes sint, mittendus statim sanguis est, si cruditas ventris non sit, statim morbo incipiëte. Sin vires infirmæ sint, aut ætas dissuadeat, incidenda vena nõ est. Porrò dictum suprà est eiusmodi febrem in virtutē imbecillam non incidere. Quippe synochos bene habiti corporis, ac calentis ætatis propria est. At si in puerũ incidat, qui quar 10 tumdecimum annum hactenus non attigit, mitti illi sanguis non debebit, propterea quòd tantillis, cùm præsertim calidi ac humidi sint, plurimum corporis substantiæ quotidie defluat, ac digeratur. Ita quod ex incidenda vena moliendũ nobis fuerat, id vltro nobis ex curati corporis natura præstatur. Quòd si corpus quartũdecimum annum excesserit, æstimandum est qualisnam eius *natura sit, nũ gracilis & spissa & dura, & copiosi sanguinis, an cõtrà. Atq; ita in prio 20 ri missionē sanguinis adhibebis: in secũda nequaquam. Quinetiã modus vacuandi sanguinis ex iisdem indicãtibus sumetur. Si enim cui sanguis mittitur, triginta annos natus sit, sed laxus & mollis, & pinguis & albus, ac gracilibus venis, huic aut planè sanguinē nõ mittes, aut parũ detrahes. Et omnino quidem non mittes in tēpore æstatis, & regione æstuosa, & cœli statu calido ac sicco. Parũ detrahes in reliquis, tum anni tēpori

*In antiq. legitur σχέσιν, id est habitum: non φύσιν.

poribus, tū regione, tū cœli statu. Etenim si neq; obstructio subesset, nec putredo, sed sola succorū redundantia, protinus à missione sanguinis, pro naturæ suæ ratione se haberet. Itaq; tantū succorū in omni tū corporis temperamēto, tum regione, tum anni tēpore, tū statu cœli, detrahi par erat, quantū supra naturalē statum fuerat mactum. Verùm quoniā nec obstructio, nec putredo curari per sanguinis missionē potest, vt quæ alia
10 remedia (ceu prius est monstratū) desiderēt repo ni sanguinis aliquid ad curationis spatiū debebit: quò minus intempestiuè nutrire necessitate vlla cogamur. Quantū nanq; ad eiusmodi pertinet febrem, prorsus nutriendum nō est. Siquidem ostensum priùs est solum virtutis respectū esse, qui de nutrimēto indicationē præbeat. At verò quantum ad id, quod inanitum corpus est, nutrire oportet: ita necessum est duorū alterum, aut febrē si nutris augere, aut vires si non nutris
20 deiicere. Satius itaq; fuerit (vt dictū est) aliquid sanguinis quod propriū partibus animalis nutrimentū sit, relinquas, ac ipse paucissimas sorbitiones potionésq; exhibere sis contentus: quibus vtiq; ceu medicamentis potius quàm nutrimentis egemus. Nam id quoq; suprà (quò minus multa de iisdem adhuc loquamur) est ostensum.

CAPVT XV.

IMo de cataplasmatis ac præcordiis perfundendis est loquendū. Quippe pleraq;, medico-

rum turba vnum quiddam hoc quoq; ex metho dicorum istorum curandi sanctionibus statuit. Omnesq; sicuti post tertium diem nutriunt, ita etiam oleo prius perfundũt. Inde vno die inter- posito rursum nutriũt, cataplasma prius impo- nẽtes. Quod si cui aluus est adstricta, etiã hanc clystere ducẽtes. Itaq; his saltem autoribus ordi- nandi victus artẽ, vna hora quis didicerit. Ve- rùm non ita se vera res habet. Sed cùm ars ipsa tota sit magna, non leuissima eius pars est scien- tia ordinãdi victus. Quæ vtiq; ex his maximè remediis cõstituitur, cibo, potione, perfusione, ca- taplasmatis, & clysteribus. Quippe iidẽ medici cùm sanguinis missionẽ in principio etiã solam adhibuerint, reliquam omnem ægri curationem victui mãdant. Itaq; (vt dixi) vnius horæ est vi ctus eorum disciplina, quòd si qui discit, ingenio valeat: ne huius quidẽ integræ, sed minimæ eius partis: in qua scilicet quæ nunc dicam audisse li cuerit. Qui febricitant, si valentes viribus sint, omnibus sanguinem ab initio mittes: perfusosq; oleo post tertiæ accessionẽ, vel mulsa cum alica nutries, vel sorbitione. Deinceps verò alternis cibabis diebus, sed cataplasma ex artomelite prius imponẽs. Sicubi verò aluus adstricta fue- rit, clystere hãc duces. Atq; illorũ quidẽ vniuer sam ordinãdi victus artẽ, in his verbis iã audi- sti, nõ vtiq; in sex mẽsibus, sed sex versiculis. Ve- ram aũt diæteticẽ, id est victus ordinandi artẽ, nunc

nūc audies. Calfacere præcordia cataplasmatis, aut perfusiōibus, non est perpetuò tutū: sed in iis tantū ægris, quibus in toto corpore nullū errat superfluū. Cæteris omnibus extrema est pernicies. Nā siue redūdantia vtrauis sit, vel quæ ad vires, vel quæ ad vasorū cōtinentiā cōparatur, siue etiā in vna parte pluribúsve vitiosa excremēta sint, omnia ad partē excalfactā trahunt. Quoties enim vidisti præcordia cū planè phleg-
10 mone carerēt, intra quatuor dies quā ea gregales isti medici perfundere cœpissent, phlegmonē cōtraxisse, cū ego etiam id ipsum tibi prædixissem, iußissemq́; diligēter ad phlegmonē futuram attētus esses. In quibus id maximè intellexisti, quantū malū sit vsui, qui alienus à ratione sit, insuescere. Quippe hi cùm ex iis quæ ipsimet faciūt, phlegmonas semp excitēt, id nō aīaduertūt, sed iisdē semper errorib. implicātur: veluti Hippocrat. iis accidere dixit, qui hinc & inde oßiū
20 fracturas cū vlcere deligabāt. Etenim illi cum phlegmonas in vlcere crearēt, non tamē destiterūt: rati id adeò nō ex deligatura, sed alio quopiā errore incidisse. Et quomodo, quæso, ad aliā curationis rationē se trāstulissent, qui vsum sine ratione profitebantur, ex iis quæ tū ipsi semper facere essent assueti, tum præceptores suos ante se facere cōtemplati. Siquidem huius generis homines ne tentandū quidē cēsent, vt ex indicatione quicquam sumant: sed sola experientia sūnt

contenti. At Hippocrates ab ipsa rei natura idoneũ curatiõis modũ inuenit. Quo postea in vsum veniẽte, cognitũ est quantus esset in priori error. Quin si quis in eiusmodi affectibus, cataplasmatis & persusione ex oleo relictis, velit ad curationẽ quã ratio docet accedere: ipse quãtopere aberrẽt, qui plethorica & quæ parum pura sunt corpora sic curãt, haud magno negotio experiẽtia ipsa indicabit. Sanè accidit, vt in eiusmodi morbis diuites potius quàm pauperes perperã curẽtur. In his enim propter ipsorũ delitias duplex peccatũ non rarò cõmittitur, & quòd sanguis nõ mittitũ, & à medicis impẽsior scilicet adhibetur diligẽtia, vt quotidie aliquid circa ægrotãtis corpus fiat. Ac inter initia quidẽ sanguinis mißionẽ maior eorũ pars propter mollitiem nõ admittit, tametsi magis quàm pauperes redũdantiæ sanguinis affectibus sunt obiecti, vt qui magis tũ cibis se impleãt, tum in otio viuãt. Medici verò qui eos curãt: vbi summũ remediũ est omissum, aliorũ vsu sarturos se quod deficit, putãt. Huc accedit quod ipsi quoq; ægri, si quis victu cõtra morbũ minore cũ negotio instet, negligentiã rati: si quis rursum quiduis agat, diligentiã: cogũt eos præcordiis aliquid quotidie admouere: sed nec inuitis profectò ipsis medicis: vt qui facere semper aliquid videri velint: quòd sic se maiorem mercedem accepturos sperãt, itaq; accidit, vt illo ipso tempore phlegmone diuitibus incip

cipiăt, quo iă pauperibus morbus propemodum perductus est ad finē. Quippe misso in propositis febribus inter initia sanguine, nō pauperibus modò, verūetiă diuitū seruis, plurimis quidē quinto, aliquibus septimo crisis cōtigit, nemini serius. At diuites, qui & sanguinis copiă & excremētorū plus quàm pauperes & serui habēt, cū sanguinis mittēdi prætermisere remediū, ac quotidie tū calido oleo perfundătur, tū laxătibus cataplasmatis vtătur: phlegmonē nimirū aliquă vel in iocinore, vel vētriculo vel reliquorū isthic viscerū aliquo contrahunt, alij in quarto, alij in quinto: omnes planè in sexto. Nec oblitus arbitror es eius, qui dum perfunderetur, difficultate spirădi laborauit, omni superuacuo * ad præcordia caloris vi tracto. Ergo nō hic modò perijt, sed alij quoq; infiniti quotidie pereūt, cataplasmate ipso cucurbitulæ ritu totius corporis superuacua in viscera trahēte. Non defuerunt professò & qui cucurbitula quoq; ipsa sunt vsi, eo tătū cōsilio, vt circa ægrotantē aliquid semper moliri viderētur. Saluberrimū autem (vt prædiximus) est in febribus venă incidere, non * cōtinuis modò, verūetiam alijs omnibus quas putrescens humor cōcitat, vbi præsertim nec ætas, nec vires prohibēt. Leuata nanq; quæ corpus nostrum regit natura, exoneratáque eo quo velut sarcina premitur, haud ægrè quod reliquum est, vincet. Itaque proprij muneris haud oblita, & co-

* ἐπὶ τὰς φρένας. i. ad septū transuersum.

* Synochis, habetur, in Græco.

quet

quet quod cõcoqui est habile, & excernet, quod potest excerni. Eorũ enim quæ in medio sunt corpore (vt isti vocãt) prouidẽtia, vbi detractus sanguis nõ est, maximũ planè est malũ. Vbi detractus est, nõ maximũ. Quãquam sic quoq; noxia esse in synochis febribus potest, quippe deusta immodico calore viscera, etiã amplius deuruntur ac torrẽtur. Ergo eiusmodi prouidentiã illi duntaxat requirẽt, quibus in vna particula putredo constitit: si tamen hi quoq; sanguinem prius miserint. Prouidebitur autẽ his, nõ sicut triuiales isti medici prouident, qui statim inter initia relaxãt: sed in plurimis prorsus cõtrà. Relaxantia nãq; remedia sicuti quod in mẽbris continet, euocãt: ita si in principio sint admota, pro eo plus attrahũt. Quũ enim adhuc ad affectum locum fertur fluxio, reprimere remitterẽq; hanc expedit, non ad ipsum attrahere. Quæ verò reprimẽtia dicũtur: quæ adstringẽdi certè vim obtinent, in principiis idonea sunt, duplici ratione, et quòd robur affectis particulis inserunt, (vnde minus promptè affluxum excrementorũ in se recipiãt) & quòd eorũ quæ in iis iam contenta sunt, tenuißimum extrorsum exprimant. Quòd situm fluxio humorũ per ea remedia cõpescitur, tum densitas quæ ex adstringẽdo in affecta particula relicta est, craßiora detinet: iam tẽpestiua relaxatio est: quò ea quæ retẽta sunt, vacues. Præcipuè aũt adstringẽtib. est vtendũ, vbi in iecur

aut

aut vẽtriculũ superuacuũ profluit quando & è primoribus admodũ hæ partes sunt, & munus suũ obeãt vel in ipsis morbis, est necessum. Porrò est nõ exiguũ eorũ munus, qualéq; reliquarum partiũ, quibus illud modò negotiũ est, vt id quo nutriãtur cõficiãt, verũ quòd tãtopere animalis intersit, vt si neq; in vẽtriculo probè alimẽtũ fuerit cõcoctũ, nec in sanguinẽ in iocinore mutatũ: vtiq; quod in fame nobis accidit, vt cibi penuria
10 degere in abstinentia cogamur, idẽ tũ omnibus animalis partibus accidat. Non enim ex ijs quæ deuorarit quis, sed ex ijs quæ in iã dictis visceribus cõfecerit, alimẽtũ toti corpori suppeditatur. Atq; ob hæc nimirũ impẽsius quàm cætera mẽbra, vẽtriculus & iecur adstringẽtia desyderãt. Ergo cũ ea quæ iã infixa sunt, euocãdi tẽpus est tũ quoq; modicè adstringi postulãt. quod enim adstrictionis in principio largius ijs quàm cæteris partibus adhibetur, id seruãdum aßiduè est,
20 nimirum manente, qui id indicet, vsu. Vsus verò est (vt paulò antè testati sumus) nutrimenti confectio. Si igitur per imbecillitatem parum rectè concoxerint, non modò assumpti cibi nulla est vtilitas, sed etiam ventriculo non rarò ex eius corruptela laceßito, expellitur quoque aliquid prioris. Ita fit, vt duplex iam noxa toti corpori accedat: cùm nec ex cibo sumpto nutriatur, & aliquid ex eo quod sibi reposuerat, amittat. Huc accedit, & quòd ciborum concoctio, si-

ue

*sive ea in iocinore, sive in vētriculo sit impro- spera, febres intendit, ac succi vitio exacerbat. Quo magis in omni febri, ciborũ cōcoctioni pro- spicere magnopere oportet. Atq; eius rei causa roboris quoq; instrumentorũ quibus perficitur, non levis habenda est cura. Sanè aliqui sunt (vt Hippocrates ait) qui ex eo quod ignorant, non parũ lucrifaciunt. Arbitrantur enim iocinoris se phlegmonen relaxātibus præsidijs curare, ex eo scilicet famam sibi cōparantes, quòd in agni- tione fallũtur. Siquidem vidētur nonnunquam * lineamenta musculi, qui à costis thoracis ad præcordia peruenit, persimilia iocinori. Mirum autem minimè arbitror, eos qui nec aliud quic- quam in arte probè didicerunt, nec in agnoscen dis affectis partibus se exercuerunt, sic laudem aliquando consequi.*

* περιγραφή, i. circunscriptio.

CAPVT XVI.

VErũ istos mittamus. Nos vel si minima suspitio sit iecur vētriculũve laborare, ab- synthiũ protinus oleo incoquemus, ac eas particu las perfundemus. Cũ autē duplex in omni absyn thio facultas & qualitas sit, veluti in libris de medicamētis est traditũ, vtiq; in pōtico adstrin- gēdi facultas non parua est. In reliquis omnibus amara quidē qualitas est vehementissima, ad- strictio verò (quam saltem gustu agnoscas) aut planè obscura, aut prorsus nulla sentitur. Pro- inde ponticum ad iocinoris & ventris phlegmo-

nas

naseligi præstat. Porrò id est tum foliò, tum flore longe quàm cætera absynthia minore: odor quoq; huic nō modò nō insuauis, verumetiā aromatū quid præferens, reliquis omnibus planè est fœdus. Quare hæc fugere cōueniet, vti autē semper pōtico. Etiā reliquorum medicamentorū in quibus mista cū amaritudine adstringendi vis est aliquid in oleum conijcere, atque ad eundem modum vti licet. Ostendimus nanque in opere,
10 quod de medicamentis inscribitur, amarā qualitatē præire, ac viā adstringēti facere. Quo fit, vt medicamētū id genus, omnibus quæ tātū adstringāt, sit præstantius. Ac si quidē intendere adstrictionē studes, etiā oleum ipsum adstringēdi vim habeat, cuiusmodi est & quod Hispanū vocant, & quæcunq; cum frōdibus oleæ prepararę solēt, vel quale est crudū, quod Græci ὀμφάκινον vocāt. Sin leuiore vti adstrictione placet, aliud olei genus præparabis, præcipuè quod tenuiū
20 sit partiū, quod genus Sabinū est. Optimū tamē vbi adstringere vehementius est opus, histricū oleū est, vt quod ambas in se virtutes habeat, & amaram, & quæ adstringat. In penuria verò absynthij inter initia vel melinum, vel mastichinum, vel lētiscinum satisfecerit. quòd si exigua febris sit, etiā vnguentū quod ex nardo componitur. Esto autem optimum id quoq;. neque enim parū interest inter id & quod vitiosum est, cū id quod Neapoli in Italia cōficiunt,

nom

nomine tātū nardinū vnguētū sit, si cū eo quod in Asia fit cōferatur. Id antea Laodiceæ tātū cōponebatur: nūc etiā in multis fit oppidis. Quòd si inclinatio febris in qua ista moliris, nō admodū sit facilis, abstinebis à nardino, vteris antè hoc tēpore rectius melino: aut si id nō est, lētiscino, ab hoc verò masticbino. Omnibus nāq; his nardinū vnguētū valētius excalfacit. Quare si reliquorū copia nō est, rosaceū illi admiscebis. Sanè myrtini adstr..tio idonea nō est, cū crassiorū sit partiū q̄ vt altè descēdere possit. Atq; hæc quidem exēpli gratia protulimus, nā magnā eorū copiā deligere ex medicamentorū libris licet. Ad eūdem verò modum & cataplasma compositam vim habeat ex ea quæ tenuium sit partium ac relaxet, tum verò ex amara & adstringente. Superet autem in ijs, vbi scilicet tum reprimere tum robur addere studemus, quod adstringat: vbi tenuare ac detergere, amarum, vbi euocare, quæ ex relaxantibus tenuium maximè sint partiū. Siquidem quæ crassæ substantiæ sunt, ea pus mouētibus mōstrauimus esse accōmoda. Cū autem definitum in opere de medicamentis sit, & quæ vel solā obtineant adstringendi qualitatē, vel amaritudinē, & quæ ambas possideāt qualitates maximè deligenda sunt quæ ambas habent: vbi ea non adsunt, ipse amara ijs quæ adstringant, miscebis: ita nimirum vti nos in iocinoris phlegmone, ex copijs præsentibus cōponere

catap

cataplasma vidisti. Erat enim is qui ægrotabat, medicus: quē iā lucernis accēsis inuisimus, quo tēpore ab ijs qui talia vēditāt, nihil emi potuit. Ergo cū inclinatā notabiliter febrē inuenissē, vtēdū occasione quāprimū censui: eo certè magis, quòd suspectā horam quæ gallinicio futura erat, alterius accessionis initiū allaturā, verebamur. Incoxi in oleo quidē absynthiū: in aqua verò malū cotoneū. Dū autē hæc coquebātur, μυροβαλάνου πίεσμα, & ireos radicē, quæ intus inuenerā, cōtudi cribrauíq;. Dein olei & aquæ, quæ parauerā, portionē in lebetem immisi, ac vbi modicè coxerā, myrobalanū & irim vnà cū exigua cera inieci. Coquimus autē cotoneū nō in aqua mòdò, verūetiā persæpe in austero vino. Ac omnibus eiusmodi cataplasmatis, de ipsa quoq; cotonei carne interdū admiscemus. Quippe vbi & quod cōfluit copiosum est, & particula ipsa infirmior, adstringētem vim (sicut scis) inaugemus. Vbi verò tū corpus totū purū est, nec mēbrū ipsum imbecillum, nec vltra quid cōfluit, ibi in ijs quæ miscentur materijs minimū quidē sit quod adstringat: copiosius verò nō solū quod relaxet, sed etiam & quod amarum est, & quod acre. Quòd si exigua febris sit, ac phlegmone nō adeò calens, tum æger ipse inediam tolerare valeat, hoc casu digestoriam quidem curandi speciem intēdes, adstringentem autem remittes. Neque enim amplius ipsi saltem phlegmonæ conducere

possunt quæ adstringũt: vbi nec affluit quicquã & crassus humor affecto loco tenaciter est infixus: sed (sicut prædictũ est) trãhẽdæ parũ curationis: ac quæ adstringãt miscẽdi cõsiliũ probamus: quò robur mẽbrorum tueamur. Vnde nec colo laborante, nec reliquorũ intestinorũ quouis, nec musculis qui in præcordijs habẽtur, aut ipso peritonæo, miscẽda adstringẽtia sunt. Sed nec cũ vesica male habet, vterúsve: modò (vt dictũ est) nihil vltra ad locũ fluat: nec sanguinis redũdãtia, nec excremẽtorũ copia in toto sint corpore. Porrò renes & pectus in media prædictorũ cõditione sunt: quãtũ scilicet à vẽtriculi iocinorísq; sollicitudine absunt, tãtũ reliquorũ supergressa. Siqui quidem in vẽtriculo ac iocinore resolui robur est perniciosissimũ: in illis minimè est periculosum. In his verò est quidem periculosum, non tamen perinde vt in illis: nisi si pus educere ex pectore, aut pulmone aliquando sit opus. De liene pronuntiare absolutè non est, nec nisi prius definita tum corporis totius natura, tum verò affectu, qui curationis tempore occupauit. Nam si vel æger ex ijs sit, qui atræ bilis excrementum naturaliter cogerãt, vel etiã eo tempore succus is in eo abũdet, necesse est in liene curãdo adstringentia reliquis admisceas, quò visceris robur custodias. Ita enim & excremẽta ad se trahet: & cũ corpus expurgarit: ipse rursus per vẽtriculũ excernet: veluti in naturalibus commẽtarijs de ijs est

est proditũ. Sin nullũ omnino sit atræ bilis excremẽtũ, aut omnino adstringẽdũ nõ est, aut parcissimè. Obseruãdum verò diligẽter est, non in liene modò, verũetiã in omnibus partibus in quibus humor putrescit, quod symptoma maximè sit vehemens, quod secundo loco, aut tertio, quò videlicet affectu ex ipsis planè inuento, idoneã ei curam adhibeas. Aliàs nãq; in mẽbro affecto calor superat: aliàs tumor, qui vel propter abũ-
10 dantiam humoris, vel propter crassitudinem sit durus. Si igitur calor præponderat, id agẽdum, vt sensim per ea quæ tepentem calorem obtinẽt, digeratur: quod genus est tum lini semen, tum chamæmelũ. Quibus adijci vel hordei vel fabarũ farina debet: quippe horũ neutrũ excalfacit. Sæpe autẽ (vti nõ ignoras) quod medici artomeli vocant, pro cataplasmate eiusmodi phlegmone præparamus, atq; aquæ aliquid miscemus. Ad lienẽ verò etiã aceti aliquãdo aliquid. Si verò la-
20 borãtis phlegmone partis calor nõ multum à natura excesserit, sed magnitudo eius notabilis fuerit, digerere haud timidè sine aqua debebis, etiam fœnigræci aliquid supradictis immiscens. Si veluti scirrhosa duritie phlegmone sit propter humoris quem continet vel crassitudinem vel lẽtorem, tum aceti aliquid: tum amara medicamenta simul immiscenda curabis: potissimũ in liene. Etenim viscus hoc propterea quòd ab iocinore crassum humorem trahit, eiusmodi

humoris occasione plerũque laborat. Quo magis cataplasmata, quæ ex oxymelite & absynthio & cappari fiunt, illi sunt idonea. Hæc igitur cũ medicorũ vulgus ignoret, omnes oleo perfundũt, & cataplasmatis relaxãtibus curant, priusquã corpus vacuetur: omniũq; maximè diuites: quibus nõ solũ in talibus obsequũtur, sed etiã eos lauari in balneo permittũt. Ego verò nec eorũ qui ex putrescẽte humore febricitent, lauem quenquam: nec relaxantibus cataplasmatis priusquam superuacua purgarim, vtar. His vacuatis, non solùm audacter lauem: sed etiam cataplasmatis vtar, in alijs quidem membris, ijs quæ relaxent: in iocinore verò ac ventriculo, additis etiam quæ mediocriter adstringant.

CAPVT XVII.

P*Arcius verò ad pectus quàm ad ea est adstringẽtibus vtendũ: quãdo talia humores qui phlegmonen excitant, in pulmones & cor nõnũquã reprimũt. Ac cibis potius horum firmitudini est consulendũ. Neq; enim sicut in iocinore & ventriculo, ita hic quoq; tenuissimo victu est vtẽdum, in illis nanq; alimentũ concoquitur: metúsq; est ne ipsis phlegmone laborãtibus nec nutrimentũ ritè cõcoquatur, & phlegmone augeatur. In pectus verò tantùm alimenti iam cõcocti peruenit, quantum vni ipsi particulæ nutriẽdæ satisfaciat. Ac longè quidẽ magis in pulmonis phlegmone abstinendũ ab adstrin-*

gẽtibus est: quãdo in eo ipsis quoq; relaxantibus admiscẽdũ aliquid acrium quodãmodo & euidẽter calfaciẽtium est. Quippe foras trahere potius quàm reprimere, in eo debemus. Itaq; etiã cucurbitula vtiliter ijs qui sic laborant, si prius sint vacuati, applicabitur. Si verò abũdãtia succorũ (quã vocãt πληθῶραν) in his sit, non magis ex pulmone in pectus aliquid excrementi transferet, quàm ex toto corpore attrahet in vtrunq;.

10 CAPVT XVIII.

EAdem ratione nec in cerebri, & eius mẽbranarũ phlegmonis, cucurbitulis in morbi initio vtemur: verũ vbi nec influit adhuc quicquam, & totum corpus prius est vacuatũ. At reprimentibus in his quoque inter initia vtendũ. Sed cum ossibus cranij medium occupãtibus, in altum descendere reprimentiũ vim cupimus: eorũ quæ præire ac deducere ea possunt, aliquid reprimentibus admiscebimus. Ea sunt quorum 20 substãtia ex tenuibus partibus cõstat. Sanè acetum non modò tenuium partium est, sed etiam non mediocrem reprimendi vim obtinet. Quo profectò rationabilius, in principijs affectuum ipso vtũtur, rosaceo admiscentes. Procedẽte verò tempore etiam spondilij & serpilli (quibus iam nõ modò partium tenuitas, sed etiam calor inest) aliquid admiscent: quo scilicet tempore transire ad ea quæ concoquant ac digerant cõuenit, atque hæc vtraq; valentiora quàm postu

let ipsa pars phlegmone affecta deligere: cum viribus eorũ per ea quæ intersunt ossa remittendis. Sanè ad eum modũ & castoreo vtimur: cùm tamen eo in alijs phlegmonis minimè vtamur, quamuis etiam in summa inclinatione sint: est enim calidius id quàm vt phlegmonis sit idoneũ. At verò locis circa cerebrũ phlegmonis ipsis iã inclinãtibus est vtilissimum: quoniam non continuò his, sed ossibus interuenientibus occurrat. Inest autem eiusmodi pharmaco & partium tenuitas, quod ipsum ijs quorum per densum obicem transmitti vim oportet, est accommodum.

CAPVT XIX.

ILlud te profectò nõ fugit, nos singularũ particularum meatus qui ijs ad superuacuorum emissionẽ sunt proprij, fluxiles reddere. Intestino, vẽtriculo, & mesenterio, & concauis iocinoris, intestinum rectũ. Renibus, vesicæ, iocinoris gibbis, venæ cauæ, & arteriæ magnæ, & omnibus quæ in lumbis habentur, eum qui vrinis est delegatus. Pulmonibus & pectori, ipsam asperã arteriam & fauces. Cerebro & eius inuolucris: eũ qui per palatũ & nares descendit. Paritur fluxibilitas ijs quidem quæ per sedẽ excerni habent, mulsa, & cibis ijs qui ventrẽ liquãt, & pharmacis quæ modicè proritare possunt. Quæ enim acriora sunt, vitare oportet: quoniam phlegmonas exacerbent. Ad ventriculũ verò, iecur & lienem, siquando phlegmone sint vexata

xata, nec mulsa ipsa est vtilis, quoniã illico in bilem transeat, ac viscerũ phlegmonas augeat. Excrementa verò vt cũ vrinis excernãtur, ijs medicamentis quæ vrinas mouent (διουρητικὰ Græci vocant) promouebis. Non secus quæ in pectore & pulmone continentur, tussi (per ea scilicet quæ hanc moueant) vacuabis. Porrò in opere de medicamentis cuiusq; materiam didicisti, non eorum modò quæ iam comprehensa sunt, sed etiam quæ cerebri membranarúmq; eius superflua per nares emittunt.

CAPVT XX.

Etenim horum quoq; omnium vberem materiæ supellectilem in illis cõmentarijs habes. Quare abundè sunt ad rem præsentẽ, quæ hactenus de phlegmone laborãtium partiũ differẽtia disputauimus. Dicturus enim plura de ijs sum in ea methodo quæ omnium tumorum qui præter naturam sunt, curationem comprehẽdet. Neq; enim in præsentia dedita opera & studio hunc sermonẽ sum ingressus, sed præter pensum in eũ, sequela quadam rerum inuitante, diuerti. Siquidem propositum nobis in hoc libro non fuit, vt te partis cuiusque phlegmone obsessæ optimam curationem docerem, imò vt noxã eorum ostenderem, quibus cataplasmata in febribus non vacuato prius toto corpore imponuntur: potißimùm vbi intra corpus aliquid phlegmone infestat. Quippe si ambiẽs ita calet

vt materias valẽter liquet, maior noxa eiusmo di cataplasmatis succedit quàm lotioni in balneo. Quanquã autumãt qui quotidie præcordia perfundũt, et cataplasmatis inducũt: nõ modò nullam ex ijs noxã, sed etiam magnam vtilitatem ægris cõparari: cõtrà ex lauando nõ modò nullam vtilitatẽ, sed etiam maximũ incõmodum: scilicet ignorãtes sicuti reliquorũ omnium quæ circa ægrũ administrant, ita & balneorũ naturam. Ego verò de vniuersa earũ vi, in superioribus disputaui plenißimè. Nunc tãtùm dixisse est satis, quibusdã prorsus nihil nociturum balneũ, quibusdam minus quàm cataplasmata. Quòd enim in præcordijs relaxãtia (quæ isti vocãt) præsidia faciũt, id balneũ in toto efficit corpore. Eoq; cũ in remißione febris adhibetur, cor pore iam mediocriter transpirãte, non exiguum affert commodũ, omnia ex eo tũ fuliginosa excremẽta, tum fumida educẽs. Et si quidem nullius visceris imbecillitas subsit, proficiet ægrotãti: si tamen horror inter exhibẽdum non incidit. Tribus enim his in balneo quod in quacũq; febri adhibebis, intẽtus sis oportet. Vni quòd citra horrorẽ sit administratũ. Secũdo quòd nullum primæ notæ viscus sit imbecillum. Tertio quòd multitudo crudi humoris in primis venis nõ con tineatur. Horror nanq; (vt prius dictũ est) non solùm intendere iam præsentem febrẽ potest: sed etiam cùm nõ fuit, eã interim excitare. Partes

verò

verò imbecillæ liquatos iam humores magis recipiunt quàm antequã liquarentur. Crudorum verò copia in totum corpus digeritur. Horum si nihil obstet, ex balneis duo hæc ægro compendia accedant: & quòd redundantiæ humorum aliquid vacuabitur, & quòd multum febrilis caloris transpirabit. Quòd si præterquã quòd nulla princeps pars imbecilla sit, etiã inferioris notæ partium aliqua sit inualida, veluti podagricis
10 pedes, & ijs qui articulari vitio laborãt (ἀρθριτικοὺς Græci vocãt) vniuersi corporis articuli, maxima salutis pars ægro ex balneo cõparabitur: ipsis infirmis partib⁹ quæ superuacua sunt, excipiẽtibus. Assolent enim nonnunquã & citra balneũ superuacanea in partes infirmas cõfluere. A balneo verò magis: vtpote tum succis ipsis per id liquatis, tũ vijs per quas meẽt patefactis. Ambo enim hæc ex moderato calore ꝓueniãt necesse est, tũc vt humores liquẽt, tũ viæ
20 dilatẽtur. Proinde fit vt cùm iecur, vẽtriculus, pulmones, pectus, vel principũ id genus partiũ aliquod imbecillũ sit, maximè lædãtur quicũq; se lauerint, si illis superuacua in corpore sint: ijdemq; ipsi cataplasmate vsi, duplex incõmodum sentiãt, nullo cõmodo. Quippe balneũ tũ corpus totũ vacuat, tũ quod fumidũ est ac fuliginosum digerit. Relaxãtia cataplasmata, ac similis facultatis perfusiones vt nihil boni afferũt, sic superuacuũ omne ad imbecilli⁹, quodcũq; id circa

mediũ corpus ſit, cõtrahunt, ſiue iecur, id ſiue vẽtriculus, ſiue ſeptũ trãſuerſum, ſiue meſenterion ſiue ieiunũ, ſiue colõ, renes ve ſit. Quòd ſi diligẽtiã oſtentare volentes, etiã pectus vnà excalfaciãt: vel in ipſum, vel etiã in cor, vel in pulmonẽ ſuperflua rapiet. Voco imbecillam partẽ vel quæ natura eſt, intẽperatior (alij nãq; alia ſic ſe habet) vel quæ ex præcedẽte aliquo morbo intẽperiem cõtraxit, vel quæ in præſenti tempore in hãc ſit perducta. Nõ enim partium omniũ quæ aut phlegmone laborãt, aut putreſcentes humores aut obſtructiones cõtinent virtus ſtatim infirma eſt: promptius tamen in ijs quoq; ſuperuacuum qualecũq; id ſit, in ægram partẽ propter calorẽ quẽ affectus excitat, fertur. Quippe particula quã obſtructio, aut putredo, aut phlegmone obſedit, febris ipſius veluti focus eſt. Ergo cũ huic propter calorẽ ſua ſpõte trahenti alia quæpiã occaſio extrinſecus ex ijs quæ poteſtate excalfaciãt, acceſſit, neceſſe eſt affectũ intẽdi. At verò ſi quis vti prædictũ eſt, toto corpore prius vacuato relaxantibus curet, vbi ſcilicet maxima febris nõ adeſt, vtiq; prodeſſe aliquando poteſt. Tũ verò ceu dictũ etiã eſt, lauare citra noxam licet. Cauendũ tamẽ à frigido ſolio his eſt: quando & crudi & putreſcentes ſucci, minus apti ad exhalãdum reddũtur, ſi quis in eo moretur. Sanè officit ijs etiã ſi aqua admodum ſit frigida: quando ſic affectorum tum corpus totũ, tum

tũ vel maximè afflicta particula diffiari euaporarię; postulat. Quo fit, vt vel pfundere illos aqua idonea soleam⁹, vel si moderatè quæ in natatione est frigeat, ingredi pmissos celeriter exire iubere. In progressu tamẽ morbi, quo tempore & absumpta iá superuacua sunt, & tũ cruda, tum putrescẽtia concocta, & cataplasmatis relaxãtibus, & balneis sine periculo vtare. Porrò aptissimũ in febribus quæ intermittunt, & 10 repetũt, tẽpus est: cùm, vti dictum est, exhalare iá cœperit febrilis calor. Statim enim corpus ad nutrimẽtum præparant, huius quoq; opportuno tempore ex duplici coniectato respectu, nempe summo præcedẽtis accessionis vigore, & futuræ principio. Ad hæc nanq; spectãtes, operá dabimus vt quamlongissimè ab vtroq; nutriamus. Ergo si spatiũ quod inter summũ prioris accessionis vigorẽ, & sequentis principiũ interuenit, satis sit amplũ, facile est idoneũ tẽpus inuenire. 20 Sin exiguũ id fuerit, alterum facias necesse est, vt aut ægrũ admodum adhuc calentẽ nutrias, aut sequẽtis accessionis inuasione iamiá affutura. Quo magis præsagio medici eiusmodi febris indiget, qui primis statim diebus quanto spatio duratura febris sit coniiciet. Quippe si cõtinens fuerit, constat breui finiendam. Si itaq; vltra septimum progressura non videbitur, prorsus continendus à cibo æger est: vtique si virtutem non defecturá coniicimus. Sin ad nonũ, aut vndecim

decimum, aut quartumdecimũ vſq; progreſſura videtur, aut etiã in ſeptimo finiẽda, cæterùm æger vires infirmiores habere quàm vt in tantum tẽpus ſufficiat, neceſſum erit nutrire: ac deligere ſicut in re ancipiti conuenit, quod minus ſit noxium: diſtinguendo id diſcernendoq; ab eo quod magis ſit nociturũ, idq; tũ ex loco afflicto vnà cum affectu, tũ acceſſionis & principij & ſummi etiã vigoris conſuetudine. Siquidem vbi vel iecur vel ventriculum phlegmone prehẽdit, perniciosiſsimũ eſt antè acceſſionem cibare. Vbi hæc abeſt, quibus infirma eſt virtus, vtiliſsimũ. Aſſolent enim eos qui ita ſe habent, iocinore quidem afflicto, alui deiectiones vnà cum acceſſionibus inuadere: ore autem ventriculi vexato, ſyncope. In alijs verò animalis inſtrumẽtis, quod iam dictis portione reſpondeat, tum ex ſitus eorum ratione, tum dignitatis, æſtimabis. Agetúrq; de ipſis poſtmodum. At ſummi vigoris & acceſsionis principij morẽ ſic conſyderes, cenſeo. In ſummo vigore notabis, an citra magnitudinem febrilis caloris ſiccus ſit & ſqualens, an citra ſiccitatem vrens. Priorem nanque humectante victu madefacere quãprimùm oportet. In ſecundo, dum plurimum caloris ſe remittat, manere. In principij verò acceſsionis more æſtimabis, an corporis extrema perfrigeret, & magnam ſanguinis reuocationem ad interiora corporis faciat, an omnino corpus non premat.

10

20

Quippe secũdum hoc, ceu facile mansuetúmve, cõtemnes. In priore distinguas oportet. Nam si absq; visceris phlegmone, aut succorũ redundantia, motus ad interiora in accessionibus pollet, nihil offendes paulò antè cibans. Sin vel phlegmone, vel redundantia subsit, cauenda est antè accessionem cibatio, ceu res maximè noxia.

GALENI METHODI MEDENDI, VEL DE morbis curandis, Thoma Linacro Anglo interprete,

LIBER XII.

Quæ in duodecimo libro Methodi medendi habentur.

CAP

CAPVT I.

NON ſunt,ſicut nõnulli autumãt, eæ quæ cũ ſymptomatis conſiſtunt febres,aut febriũ genus vllũ,aut ſpecies differentiáve:ſed veluti tum alius morbus alij morbo, tũ ſymptoma ſymptomati vno tẽpore,eodẽ in corpore copulatur:ſic et cum febre incidũt quædã grauiora ſymptomata, quibus proſpici maiore medentis ſolicitudine debet.Nã de leuioribus quæ febrium generationi neceſſariò ſuccedunt,adeò omnino non meminerunt, vt etiã ceu prorſus nõ ſint, innominata ea reliquerint. At quæ vel rarẽter febricitãtibus incidũt,vel cõmunẽ magnitudinẽ excedunt, ſeorſum ab aliјs tradẽda cẽſent. Sũt porrò eorũ primæ differentiæ tres. Aut enim in actionum offenſa cõſiſtũt,aut in retẽtorũ vacuatorúmve immodico exceſſu,aut corporũ ipſorum affectu. Quartũ enim genus numerandũ inter ſymptomata non eſt, etiam ſi inter ſymptomata quàm maximè non pauci id poſuere:ſicut eryſipelata, ophthalmias,vlcera,parotidas,reliquáq; id genus. Ex prædictis verò tribus actionũ quidẽ offenſæ ſi cõtriſtant,ſolicitudinẽ medici ad ſe conuertunt, affectúmq; deſerere cogunt. Idẽ faciũt & eorũ quæ retinẽtur vel expellũtur exceſſus. At genus ſymptomatũ quod in affectibus cõſiſtit, alterius quidẽ quẽ curare oportet, affectus eſt ſignũ : ipſum tamẽ nullam ſeorſum curationem

nẽ exigit, vtpote cũ affectu vnde nascitur, vnà cessans. Vt enim in summa dicã, nullũ symptoma, quà symptoma est, nec curationis rationem indicat, nec primũ immutat. Mõstratũ enim est ex morbis ipsis curationis indicationẽ præstari, veluti ex causis ipsis prouidentiæ. Dictũ prætereà est & quomodo prouisio ipsa cũ medendo simul sit mista. Ex accidẽti tamẽ symptomata quoq; curandi rationẽ aliquando mutãt: causæ
10 scilicet locũ eo tẽpore habentia. Eorum omnium cùm veluti causæ curationẽ immutant, vnũ caput est. Dico id vnum læsionẽ: siue ea ipsius virtutis sit, siue affectionis: quando si nihil ijs officiant, curationẽ non interpellant. Lædũt autem vires vigiliæ, dolor, & immodica vacuatio. Affectui verò eadẽ non vtiq; semper, cæterũ magna ex parte nocent, ac potissimũ cũ fuerint immodica. Ob hæc igitũ sola curãdi ratione quã
20 ab initio institueram⁹, ad præsens mutata symptoma summouere primũ cogimur. Ergo si labãt vires, nõ tamẽ vehemẽter sunt iã resolutæ, sed adhuc resistũt, ad symptoma tãtũ sum⁹ attẽti: atq; id quàm primũ summouere maturamus. Sin iã resolutæ vehementer vires sunt, nõ modo symptoma sedare, sed etiã illas firmare properamus. Quod si vno remedio tũ symptoma leniri, tũ morbus curari queat, id vtiq; nõ fuerit symptoma respicere, aut symptomatis causa remedia sumere: sed omnis eiusmodi auxiliorum species planè

planè morbi curatio est. Neq; enim cùm lateris dolorē in pleuritide misso sanguine, vel corpore purgato, sanamus, nec cū abscessum distētum, & cū dolore pulsantē diuidimus, ac pus emittimus, eiusmodi curatio symptomatis est: sed cùm exēpli gratia in dysentericorū deiectionib⁹, vbi vehementer rodunt, vel tragi succū, vel hircinū seuū, vel rosaceū ceratū per inferius indimus: quibus vtiq; præsidijs ipsa exulceratio intestinorum nō sanatur, maximè si putrescens aliquid habeāt: sed vires interim cōquiescunt. Atq; id est contra symptoma instare, morbo ad id tēpus neglecto. Quippe vbi viriū roboris fiducia est, adeò nunquam cōtra symptoma pugnamus, vt contrà prorsus per ea nonnunquā præsidia quæ dolorē afferūt, morbos ipsos curemus: veluti profectò dysenteriæ ipsi, mordacibus maximè medicamentis, tum potissimū medemur, cùm vtiq; est grauissima. Quippe medicus quidā quinquagenarius, cùm iam septimā noctem ægrotaret, nec viribus admodū valētibus esset, dolore illi capitis vehementi in dextro potissimū tēpore oborto, nō expectās dum amicorū quispiam ad se veniret, sibiipsi nocte venam incidit. Itaq; dolor illi protinus conquieuit. Cæterùm longo tēpore tum decolor, tū viribus imbecillis, tum exilis mansit, aliq; corpus eius desiit, (ἀτροφίαν Græci vocāt) sic vt vix pristinū habitū receperit. Est porrò hîc quoq; duplex medicorum cōtra dolorem in-

stan

Purgatio in pleuritide.

ſtantium ratio. Altera, qua delitiis cubãtium ſubſcribũt: altera, ex artis ratione. Quippe ſi licet ægrũ doloribus obnitentẽ valẽtibus remediis vno dio perſanari, qui tota neglecta curatione dolori tantùm eſt intẽtus: nõ id ex artis ratiõe, ſed in ægrotãtis gratiam facit. At ſi ex dolore vires reſoluũtur, atq; ex eo periculũ impendet, & mitigari dolor, & roborari vires debebunt: quò & morbo reſiſtere, & curationis ſpatio ſuf-
10 ficere valeãt. Equidẽ noui quoſdã, tum medicos, tum ægros, qui dum animoſi videri volebãt, ob id ipſum perierunt, quòd fortiter ac viriliter cõtra dolorẽ ſemper ſunt renixi, nec quod eũ leniret quicquam cœperunt, ſed in aſperis & (vt ipſi interpretabãtur) affectũ deſtruentibus auxiliis perſeuerarũt. Quos ſanè ſpatio lõgiore curatos eſſe ſatius fuiſſet, q̃ breui viriliter mori. Quidã autẽ (vt ſibi eſt viſus) generoſẽ dyſentericos vehemẽtiſſimo medicamẽto curans, multos vno
20 ſanauit die, quoſdã verò iugulauit. Erat nanq; eius medicandi ratio eiuſmodi. Cepas id genus: quod Græci κάρυον vocãt, vno die comedẽdas cum pane dabat: tum potum parcũ: poſtridie manè muriam acerrimã per inferiora infundebat: ſecundũ hanc etiam pharmacum validum. His igitur tolerandis quicunque ſufficere potuerũt, prorſus ſunt ſanati: aliqui verò cõuulſione, aut animæ ex dolore defectu, vnà cum madore cutis oborto interiere. Eſtò igitur terminus in ægro-

tantibus, quem non transibit is qui ex arte generosè cõtra morbum pugnat, vt tutò medicetur. Ei verò qui dolorẽ mitigat, vt vires custodiat. Vbi vltra pergitur, crudelis hominis officiũ facit, qui vnà cũ morbo vitam quoq; homini aufert. Qui verò cubãtis deliciis subscribit, eiusq; voluptatẽ nõ sanitatẽ pro meta gerendorum habet, adulatoris. Cõmittunt medici eiusmodi excessus cùm in aliis quoq; remediorum generibus nõ paucis, tum vel maximè in iis vocatis anodynis, quæ ex papaueris succo, vel alterci semine, [vel mãdragoræ radice, vel styrace] vel tali quopiam fiunt. Nam & qui ægris gratificant, in eorum medicamentorũ vsu modũ excedunt: & qui intempestiuè immodicéq; sunt animosi, dum prorsus horum vsum refugiũt, doloribus ægros iugulant. Ergo veluti in omni totius vitæ, tum habitudine, tum actione, ita hîc quoq; consilium illud sapientis, qui, ne quid nimis, dixit, cõplectemur: habẽtes pro fine, quò tẽdamus, cubãtis vtilitatẽ. Quippe si fas est iis remediis quæ morbũ sanẽt, vtendo, quod optamus efficere, abstinendũ ab iis somniferis medicamentis est quæ vocant ἀνώδυνα. Sin ex vigiliis, & viribus resoluẽdis, ad mortis discrimẽ æger tẽdat, tũ profectò tempestiuè eiusmodi medicamẽtis vtare, scilicet non ignarus corporis habitum nonnihil ex his lædendum: læsionem tamẽ quàm mortẽ potius optandam. Nam si hæc admodũ magna nõ sit, saltem

[In antiquis ista non sunt.

10

20

po

postea spatio longiore eam sarcire licebit. Sin ita est immodica, vt nec prolixo spatio persanari queat: at certè hanc ipsam eligendam potius remur, quàm vt homo pereat. Hac nimirũ persuasione ipse quoq;, tametsi omniũ maximè ab vsu grauiter sopientiũ abhorrens, aliquãdo tamen ea & colicis exhibeo, & iis qui vel oculorũ, vel aurium, vel aliarũ partium vehemẽtissimo dolore cruciãtur. Interim verò & cùm æger ex tenui destillatione, vigiliis & vehementi tussi vrgetur, pauxillulum eiusmodi medicamẽti offero: facilè noxã eius si quis semel est vsus, spatio emẽdatũ iri ratus. Porrò dissident inter se ipsa medicamẽta. Quippe quæ plurimũ torporẽ inducẽtiũ in se habẽt, ea ad præsens quidẽ magis sunt efficacia: cæterùm valentẽ, & remediis rebellẽ, in ægrotãtis corpore frigiditatẽ relinquũt. Quæ horũ in se habent minus, calfacientiũ verò sibi admistorũ plurimũ, ea quanto sunt ad præsens minus efficacia, tanto in futurũ minus sunt noxia. Omnia tamẽ id genus magis sunt salubria, si post annum à compositione sumantur, veluti quod ad Philonem referunt autorem, quod ad dolores ex sensus torpore sedandos, nullo minus est celebre. Sunt sanè & alia medicamẽta non pauca ex seminibus cõfecta, Græcè διὰ σπερμάτων & τρίγωνα nominata, quæ sicut ad torporẽ in præsens inducẽdũ mitiora, ita in futurũ sunt tutiora. atq; hæc quoq; omnia vtilius anodyna

ſumũtur. Philonis verò medicamẽ etiã ſi duorũ, triúm ve, aut quatuor annorũ ſit, multo ſanè eſt melius: ſed nec inutile tamẽ ſequẽtibus annis ad decimũ vſq;. Quod enim vltra inueterauit, tanto quidẽ eſt minus noxiũ, quanto eſt vetuſtius: cæterùm, languidis eſt viribus: eóq; parum nauiter, cuius gratia paratũ eſt, perficit. Ergo ſicuti cauendus eſt, quoad fieri poteſt, eiuſmodi medicamentorũ vſus: ita ſi neceſsitas vrget, nec admodùm noua ſunt offerẽda: quòd frigida quæ in his ſunt, præualentes vires adhuc habeant, nec ita antiqua, vt ſpem noſtrã fruſtrentur, ſed vti comprehẽſum eſt, tãdiu dimittẽda ſunt, quoad violentia refrigerantiũ, ab eorũ quæ calefaciunt vi mitigetur. Et talium quidẽ medicamentorum vſus, eorũ qui aduerſus ſymptoma pugnant, eſt proprius, potiſsimùm vbi ex frigida cauſa dolor eſt excitatus, obſunt enim talia plurimùm toti affectui, ac curationi cõtumacem eum reddunt.

CAPVT II.

AT ſanguinis miſsio, quæ ſcilicet vires non deiicit, ſymptoma ſpectantis medici opus nõ eſt, ſed eius qui totũ affectum adimere ſtudet. Ad eundẽ modũ & balneũ, & purgatio, et fomẽta calida, et vini potio. Quorũ omniũ Hippocrates in Aphoriſmis, vbi de oculis dolẽtibus loquitur, his verbis meminit: Oculorum dolores meri potio, lauatio, fomentũ calidũ, venæ ſectio, vel purgatio ſoluit. Hæc nãq; omnia dum affe-

ctus sanat, vnà etiã cũ ipsis dolores sedãt. Eodẽ modo nutrimentũ (vt in superioribus est dictũ) vbi in sicco & squalente corpore, stomacho labo rante exhibetur, dum affectũ ipsum sanat, etiã syncope prehendi prohibet. At nõ ea quæ ex re dũdantia frigidorũ incidit, siue resolutio, siue sto machi syncope est, alimentũ ceu medicamen desi derat, quanquam etiam in eiusmodi affectibus non solùm nutrimentum, sed etiam vini aliquid
10 non rarò ægrotanti dare cogimur: nõ vtiq; quò affectum curemus, sed quò periculũ in præsens depellamus. Quippe vacuatio potius, quàm adie ctio est, hoc genere laborantium curatio. Licetq; quotidie videre sic ægrotantium plurimos medi corum ignorantia perditos. De quibus agere nunc mihi tempestiuum videtur.

CAPVT III.

Ergo febricitare incipiunt nõnulli, vbi ma ximam crudorum succorũ copiam vnà cũ
20 oris ventriculi (quod sanè stomachũ vocant) of- fensione, vel ex cruditatibus, vel alia quapiam occasione congesserunt. His & præcordia infla ta, & totũ corpus ampliore mole quàm pro na- turæ modo cernitur, tũ color aliis quidẽ ad albi- dius quàm pro naturali habitu, & intercute a- qua laborantiũ magis simile est mutatus. Non- nullis etiã ad nigrius, aut liuidius: quos quidem medici plumbei coloris appellãt, omnibus pulsus minores sunt quàm pro caloris ratiõe: præterea

obscuri omninóq; inæquales, sæpe ea inæqualitate, quã συστηματικὴν Græci vocãt, semper verò ea quæ in vno est ictu. Nulli taliũ sanguis mitti sine maximo dispẽdio solet: cùm tamen vacuationem desiderẽt, verùm nec sanguinis missionẽ, nec purgationẽ sustinẽt: vtpote quos sine his syncope subitò adoritur. Quænã igitur est ratio talibus medẽdi, qui cùm vacuari postulẽt, vacuantia præsidia nõ ferunt? Sanè nullã aliã his [idoneã] vacuationẽ inueni, præter eã quæ ex frictione parat̃. Incipere verò in principio statim morbi oportet, ac primùm à cruribus, supernè deorsum, idq; linteis non admodũ mollibus, sed asperedinis mediocre quid habẽtibus. Debet enim radi ab his cutis, cũ simul & calefieri per eã & digeri ægrotus postulet. Dehinc tota brachia, ab humeris vsq;, atq; supernè deorsum simili modo sunt fricãda. Vbi verò artus omnes abũdè calere videbũtur, & metus fuerit, ne quis ex multitudine frictionis cõtusa iã carne, lassitudinis sensus ipsis superueniat, oleo relaxante vtẽris, quod genus est sabinũ, ab adstringẽte verò abstinebis: cuiusmodi Hispanum est, Histricũq;, & quod vnà cũ germinibus, vel ex oliua adhuc immatura conficitur. Hyems verò si fuerit, nihilo deterius sit si ad digerentiũ aliquod trãsferis: cuiusmodi sicyoniũ est, aut quod cũ chamæmelo cõponitur, aut quod apud Aegyptios est in precio. Quòd si horũ copia nõ sit, oportebit accepto vel

xa

xantiũ oleorũ aliquo,& in quo nulla ſit adſtri-
ctio,potiſsimumq́; quod eſt antiquius immittere
ipſi anethi quod videbitĩ ſatis. Mox (vt ipſi ſole
mus) vbi in vaſe duplici tãtiſper calfeceris,dum
mediocriter qualitatẽ herbæ imbiberit, vngere
hoc artus & fricare tũc quoq; quamplurimum
debebis,poſtea oleũ,quoniã tædiũ afferat,deter
gere,atq; ad ſpinã dorſi trãſire,hãcq́; totã pari-
ter fricare,primũ ſicca frictione, pòſt oleo. Ab
10 hac rurſus ad crura te cõferes,et ab his ad bra
chia,exin denuò ad ſpinã:ita totũ agens diem in
domo puræ lucis,nec madẽte. Eſto eius domus et
calor media tẽperie. ſanè mulſa in qua coctum
hyſſopũ fuit,his eſt aptiſsima. Seruandũq́; ne vel
cibũ,vel ſorbitionẽ,vel aquã exhibeas, vel om-
nino liberaliter bibere ſinas, niſi mulſa tribus
primis diebus dũtaxat vti:ipſe quas dixi partes
ordine fricãs,eóq; ſolum tẽpore intermittens,quo
ſomnus hominẽ occupauerit. Ad quẽ etiã alli-
20 ciendũ,& frictio vberior facit,itaq; vel hoc no
mine vtile præſidiũ fuerit, nedũ quod inaniat.
At verò nec vberior ſomnus his eſt ſalutaris:
cùm nec crudos ſuccos digeri ſinat,et viſcera gra
uiora reddat. Sed ſi qs alius affectus eſt q ſom-
nũ,et vigilias modicas deſideret,hic profectò in
his eſt. Quippe ſomnus cõcoquit. Vigliæ digerũt.
Quorũ vtroq; eſt opus iis q ex multitudine cru
dorũ ſuccorũ ægrotãt. Ergo inuicẽ mediocriter
adhibiti,iuuare ſe mutuò vtiliter poterunt; at q̃

si pulsus his paruus admodum infirmúsq; sit, aut etiam supra hæc vehemẽter inæqualis, scire licet extremum periculum esse: facienda tamen nobis quæ retuli sunt, nec aliud quicquã moliendum. Sin pulsus robore mediocri sit ac magnitudine, prætera minimè intercisus, & æqualis, cõsydera quæ ad aluum spectãt, ac si sua sponte commodè nõ deijciat, audacter per inferius aliquid infun des. Accidit nãque post aquã mulsam, vt quæ in primis venis, quæ scilicet circa iecur & mesen 10 teriũ sunt, colligi superuacua solent, hæc commodè deijciantur. Quod si maior iusto superfluorũ impetus ad aluũ citetur, principio quidem percoquere mulsam amplius oportebit. Ea nãq; sicut minus aluũ subducit, ita magis nutrit. Contrà, cruda vt minus nutrit, sic magis subducit. Post hæc, si superuacua largius descẽdant, ne sic quidẽ sistenda, sed exhibendus pro aqua mulsa ptissanæ cremor est. Si verò fluere pergãt, alicæ sorbitione nutries, pulsuũ interim ratione obser 20 uata. Aliquando enim subitò ad imbecillitatẽ, vel inæqualitatẽ, vel paruitatẽ mutantur. Quo tẽpore panem ex vino diluto exhibere conueniet: vtique si nec ventriculi, nec iecur phlegmone laboret: quãdo si hæc infestentur iã corpore crudis succis referto planè desperata salus ægro est, pul sibus sic mutatis. Ergo in eiusmodi ægri casu teipsum à culpa immunẽ præstabis, si moriturum prædixeris, ac nullo generosiore medicamẽto vsus

fuer

fueris. Quibus verò spes est salutis (est aũt omnibus, qui ita citra phlegmonẽ ægrotãt) maximũ medico, qui vtiq; ipsos in principio susceperit, videtur mihi dedecus esse, si in syncopẽ inciderint, quanquã per inscitiã medicorũ quotidie id fieri cernitur. Verùm nõ est quod hos spectemus, aut cũ his nosmet cõferamus: sed cũ eo qui cùm re vera peritus in arte sit, fœdũ putet ægrũ animo ex tẽplò linqui, ipso nec symptoma prædicente, nec
10 ad id præparato, aut idẽ prohibẽte. Sanè dictũ à me etiã in superioribus est, qui cataplasmatis et perfusionibus aßiduè præcordia vexãt, ipsos in eiusmodi affectibus phlegmonas accersere. Minimè igitur est his vtendũ, priusquã superuacua magna ex parte partim vacuata sint, partim cõcocta, tum verò etiã his vtaris licet: nõ tamen dũtaxat relaxãs, sed ex absynthio mediocriter perfundẽs: si tamẽ febris nõ planè sit magna. Si verò medicãti tibi tres primos dies, vt dictũ est,
20 nihil occurrat incõmodũ, iisdẽ ipsis vteris vsque ad septimũ: aqua dũtaxat mulsa, in qua ĩcoctũ hyssopũ sit, contentus. Siquidẽ longißimam, qui ita sunt affecti cibi abstinentiam ferũt: corpore scilicet ex crudis ipsis quos continet succis concoquẽdis alto. Quòd si nõ modò crudi succi sint, sed etiã eò corruptionis peruenerint, vt concoqui ad perfectionem non queant: qui sic ægrotant, eorũ desperata est salus. Sed qui, si nullus præsertim committatur error, seruari possunt, ij aqua so-

lùm mulsa ad septimũ vsq; sunt nutriendi, aut sicubi id res exigat, vel aluo fluẽte, vel ægro mulsam fastidiẽte, ad ptissanæ cremorẽ est transeũdum. Sin hũc quoq; auersetur, alica ad eundem quo ptissana modũ ei præparabitur. Neq; enim iis qui ita sunt affecti, acetũ incõmodũ est: imò sicubi crudos affatim succos esse animaduerteris, oxymeli pro mulsa exhibere assiduè debebis. Quòd si huius assiduus vsus tædio esse cœperit, trãsire inuicẽ ad mulsam & ptissanã conueniet: 10 dein rursus ad oxymeli reuerti. Maximè verò quibus tũ paruus, tũ tardus ac rarus pulsus est, iis frigidos subesse succos putandũ. Iisdẽ protinus et color vitiatus in toto corpore manifestè cernitur: qualis nimirũ prius est traditus. Sed fieri fortasse quod dictũ est, nõ posse cuipiã videat, cùm nulli febricitãtiũ aut tardior, aut rarior pulsus fiat. Cæterùm, duplici ratione verũ esse quod dictũ est, cõperietur. Vna quòd euidẽter in accessionibus appareat & tardiores et rariores, quàm 20 pro naturali ipsorum habitu pulsus fieri. Altera quòd reliqs præter accessionẽ tẽporibus horũ arteriæ, tũ rarius, tũ tardius, quàm aliorũ quorumuis qualitercũq; febricitantiũ, pulsant. Ergo si æstas sit, & æger frigidæ potioni assuetus, frigidũ huic oxymeli dabis. Sin hyems sit, omnibus calidũ, tũ iis qui calidæ, tum iis qui frigidæ insueuerũt, offeres: æquè vt si immodicus æstatis tempore æstus sit, etiam qui calidæ adsueti sunt,

frigidū: vtiq; si nullum sit iis viscus ad iniuriam opportunum. Sanè propositis aduersissima sunt, tum balneum, tum aër ambiens, quoties vel nimiū calidus est, vel frigidus. Itaq; vt lauandi hi nō sunt, sic & reclinādi in domo sunt æstate quidem, quæ frigeat: hyeme, quæ caleat. Læduntur nanq; non parum ab vtroq; excessu: videlicet in balneo æstate, & omni caloris incremento crudis humo[ri]bus liquatis, ac per omnes corporis par-
10 tes fluētibus: ita vt metuendū sit, ne ad pulmones & cor ferātur: aliquādo etiam ne ad cerebrum subeāt: cùm longè præstet, vt circa iecur & primas venas adhuc ipsis subsistant. In domo verò immodicè frigida, & hyeme, & deniq; ambiente frigido, succi qui crudi sunt & inepti ad concoquendū manent, & iocinoris obstructiones, si leues sunt, augēt: si nullæ sunt, eas crāssitudine sua hærētes impactiq; creant. atq; hæc quidem agenda sunt, vbi à primo die ipse curationem suscepe
20 ris. Si autem ad eos quos syncope iam premit, sis accitus, si ea quæ retuli loca phlegmone vacent, panem exhibebis non multū, hunc q; ex vino aliquo quod celerem in corpus digestionem adiuuet: statimq; ad frictiones venies: quas etiam pro tradito iam modo administrabis. Ac si quidem æstas sit, & regio naturaliter calens & æstuans, aut status cœli vehemēter calidus, cum frigida vinum dabis: si nihil eiusmodi sit, cum calida. Quæ tamen secundo & tertio dabis p̄potio,

omn[i]

omnino calidam exhibendã curabis. Quippe ad vniuersam eã curationem, cuius gratia fictiones adhibuimus, calidum præstat, vtpote crudorum succorum concoctionem adiuuãs. At quiquibus ex flaua bili, quæ os ventriculi infestet, syncope incidit, ijs frigida exhibenda potio est.

CAPVT XIIII.

Vinum tamẽ quod & calidum natura sit, & deductionẽ in corpus promoueat, omnibus quos syncope malè habet, offerre conueniet: 10 distribui nanq; per corpus nutrimentum quod sumptũ est, nõ in vẽtre manere volumus. Cõstat autẽ ex vinis ea deligenda esse, quæ & flauo sint colore, & substantia tenui, & ætate vetera: talia nimirum & boni odoris continuò fuerint. Quinetiam ipse si paululum vbi mista sint, gustes: senties calorem per totũ corpus transmitti. Cæterùm amara præ vetustate, vina ne sunto: præsertim quæ ijs exhibebis, quorũ stomachus flaua bili vrgetur. Talia nanq; simul laudabilem 20 ac nutriẽtẽ vini succũ iam amiserunt: simul iniucũda cùm sint, hoc ipso stomachum offendunt. Cõmodissima igitur his vina sunt, quæ cùm naturaliter austera sint, sensilẽ iam adstringẽdi vim propter vetustatem non amplius exhibent: calorẽ tamen admodum euidentẽ habent: omnia enim quæ requirimus, in ijs quorum stomachus amara bili vexatur, efficiẽt: cùm & iucundè sumãtur, & tum concoctionem, tum digestionem

in

in corpus promoueant: & succi vitiū mitigent, & corporis habitū excalfaciant: & stomachum ipsum firmēt. Huiusce generis vinorum optima sunt Surrētinum, Signinum, [Sabinum,] Tiburninum, Marsum: omnia quidē Italica, & adstringētia: non tamen pari modo omnia. Nā Surrentinū cūm mediocriter adstringat, tum calidius cæteris, tū iucundius est. Ab hoc nobile Tiburninum. Est enim & aliud quoddam imbecillum Tiburninum: quod etiam sicut Sabinum, leuiter potest adstringere. Signinū verò austerius est: sicut etiam Signino multo magis Marsum. Hæc omnia vina stomacho qui amara vexatur bili, salubria sunt. Ideóq; illis vtēdū quoties is vel ex ardēti febri offensus syncopen attulerit, vel aliàs multa in eū bilis fluxerit, vel multam imbiberit. Quibus tamen ex crudis humoribus syncopes periculū imminet, sane phalernum tanto iam memoratū præstat, quāto tum melioris est succi, tum etiā calidius: vpote quod & velocius illis per corpus digeretur, & crudis succis cōcoquendis auxilio erit. Quæ cum dictorum singula aliud magis, aliud minus faciant, omnia tamē phalerna magis stomachum roborant. At quoniā ipsorum phalernorum aliud dulce admodum est, (quod phaustianū vocant) aliud si cū hoc conferas, austerum: si cum signino & marsō, dulce: deligēdum ad talia secundū est. Si verò cubans per sanitatem dulcibus vinis

insu-

insueuit, huic nihil prohibet dulcius phalernū exhibere. Verū in Asia, & Græcia, & nationib⁹ quæ his sunt vicinæ, vbi copia iā dictorū vinorū aliquādo nō est, ex ijs quæ illæ regiones suppeditāt, aptißima ad digestionē in corpus sunt Ariusiū & Lesbiū. Hoc quidē, veluti ex ipso nomine patet, in Lesbo natū. Ariusiū locis quibusdā in Chio prouenit. Cū verò tria sint in Lesbo oppida, minus certè tū odorū tū dulce in Mitylene gignitur, magis & odoratū & dulce in Eresso, dein in Methymna. Porrò sumenda ex his sunt, quibus marina aqua admista nō est: ratis, maximū futurū incōmodū ex ijs quibus est admista. Alioqui nec assolēt in Lesbo nobilib⁹ vinis, de quibus nūc agitur, marinā aquā immittere: veluti nec Ariusio in Chio. Prouenit & in Hellespōti Mysia, vinū surrētino nō absimile. Mysinū p eminētiā vocāt. Hæc omnia vina flaua & odora sunt, & substātia quæ inter aquosa crassáq; sit media. Aquosæ porrò substātiæ sunt adrianū, & sabinū, & albanū, & gaurianū, & thuscū, & neapolitanū amineū: quod scilicet in locis Neapoli vicinis gignitur: vnde etiā ita id nominät. In Asia verò & tibecinū, & titacazenū, & tertiū ab ijs arsyinū. Contrà verò crassa veluti sapa sunt, & scibellites, & thereū, & albates. In Asia verò ægeates, & perperinū. Ergo quibus ex abūdātia crudorum humorū syncope incidit, ijs crassa vina ceu noxia,

xia, a quo ſa ceu parũ efficacia, sũt fugiẽda. Deligẽda verò eorũ ſunt media, quæq́; vt p̃dictũ eſt, flaua ſint & calida. Neq; enim inuenias ex albo vinorũ genere calidũ vllũ: quãdo etiã auſtera, & mediocriter alba, cũ inueterauerint, fuluiora quodãmodo reddãtur. Quòd ſi aliter nominare fuluũ colorẽ velis, licet voces igneũ pallẽs. Quotquot autẽ in ipſis calidiſsima ſunt, omnia certè flaua ſunt: cuiuſmodi in Italia eſt cæcubum.
10 Quod etiã vnũ quoddã genus ciuſmodi vinorũ ab initio, ſicut aliqui putãt, nõ eſt, verũ ex vetuſtate eò peruenit, vt igneũ colorẽ cõtrahat: vnde ipſum quoq; nomẽ eſt ſortitũ. Nõ tamẽ eò omnia perueniũt: cũ prius craſsẽtur, quàm in perlucido flauorẽ accipiãt. Reliquorũ vini generũ auſtera quæ mediocriter alba craſſáq; ſunt, certè nullũ ad digeſtionẽ in corpus eſt idoneũ. Si tamẽ abundè inueterauerint, nec aliorũ copia ſit vti illis licebit. Sunt verò ciuſmodi omnia cũ inueteraue-
20 rint, ſtomacho vtilia. Quò verò habeas horum quoque exemplum, tum eius quod ex Nicomedia affertur, memineris velim, quod omnibus hominibus eſt notum: tum ſiculi aminei, quod in magnis reponitur fictilibus. Quod enim in paruis ſeruatur laguncul is, maximè huic eſt contrarium: cùm & malum ſtomacho ſit, & capitis dolorem excitet. Ac ſemper quidem eſt id agẽdũ, vt optimum eligas. Si id nõ eſt, quod illi pro iam comprehẽſis notis eſt quamſimillimum.

planè morbi curatio est. Neq; enim cùm lateris dolorē in pleuritide misso sanguine, vel corpore purgato, sanamus, nec cū abscessum distētum, & cū dolore pulsantē diuidimus, ac pus emittimus, eiusmodi curatio symptomatis est: sed cùm exēpli gratia in dysentericorū deiectionib⁹, vbi vehementer rodunt, vel tragi succū, vel hircinū seuū, vel rosaceū ceratū per inferius indimus: quibus vtiq; præsidijs ipsa exulceratio intestinorum nō sanatur, maximè si putrescens aliquid habeāt: sed vires interim cōquiescunt. Atq; id est contra symptoma instare, morbo ad id tēpus neglecto. Quippe vbi viriū roboris fiducia est, adeò nunquam cōtra symptoma pugnamus, vt contrà prorsus per ea nonnunquā præsidia quæ dolorē afferūt, morbos ipsos curemus: veluti pro fectò dysenteriæ ipsi, mordētibus maximè medicamentis, tum potissimū medemur, cùm vtiq; est grauissima. Quippe medicus quidā quinquagenarius, cùm iam septimā noctem ægrotaret, nec viribus admodū valētibus esset, dolore illi capitis vehementi in dextro potissimū tēpore oborto, nō expectās dum amicorū quispiam ad se veniret, sibijpsi nocte venam incidit. Itaq; dolor illi protinus conquieuit. Cæterùm longo tēpore tum decolor, tū viribus imbecillus, tum exilis mansit, aliq; corpus eius defiit, (ἀτροφίαν Græci vocāt) sic vt vix pristinū habitū receperit. Est porrò hîc quoq; duplex medicorum cōtra dolorem in-

stan

ſtantium ratio. Altera, qua delitiis cubãtium ſubſcribũt: altera, ex artis ratione. Quippe ſi licet ægrũ doloribus obnitentẽ valẽtibus remediis vno die perſanari, qui tota neglecta curatione dolori tantum eſt intẽtus: nõ id ex artis ratiõe, ſed in ægrotãtis gratiam facit. At ſi ex dolore vires reſoluũtur, atq; ex eo periculũ impendet, & mitigari dolor, & roborari vires debebunt: quò & morbo reſiſtere, & curationis ſpatio ſufficere valeãt. Equidẽ noui quoſdã, tum medicos, tum ægros, qui dum animoſi videri volebãt, ob id ipſum perierunt, quòd fortiter ac viriliter cõtra dolorẽ ſemper ſunt renixi, nec quod eũ leniret quicquam cœperunt, ſed in aſperis & (vt ipſi interpretabãtur) affectũ deſtruentibus auxiliis perſeuerarũt. Quos ſanè ſpatio lõgiore curatos eſſe ſatius fuiſſet, q̃ breui viriliter mori. Quidã autẽ (vt ſibi eſt viſus) generosè dyſentericos vehemẽtiſſimo medicamẽto curans, multos vno ſanauit die, quoſdã verò iugulauit. Erat nanq; eius medicandi ratio eiuſmodi. Cepas id genus: quod Græci κάρρον vocãt, vno die comedẽdas cum pane dabat: tum potum parcũ: poſtridie manè muriam acerrimã per inferiora infundebat: ſecundũ hanc etiam pharmacum validum. His igitur tolerandis quicunque ſufficere potuerũt, prorſus ſunt ſanati: aliqui verò cõuulſione, aut animæ ex dolore defectu, vnã cum madore cutis oborto interiere. Eſtò igitur terminus in ægro-

tantibus, quem non transibit is qui ex arte genere sè cētra morbum pugnat, vt tutò medicetur. Ei verò qui dolorē mitigat, vt vires custodiat. Vbi vltra pergitur, crudelis hominis officiū facit, qui vnà cū morbo vitam quoq; homini aufert. Qui verò cubātis deliciis subscribit, eiusq; voluptatē nō sanitatē pro meta gerendorum habet, adulatoris. Cōmittunt medici eiusmodi excessus cùm in aliis quoq; remediorum generibus nō paucis, tum vel maximè in iis vocatis anodynis, quæ ex papaueris succo, vel alterci semine, [vel mādragoræ radice, vel styrace] vel tali quopiam fiunt. Nam & qui ægris gratificant, in eorum medicamentorū vsu modū excedunt: & qui intempestiuè immodicéq; sunt animosi, dum prorsus horum vsum refugiūt, doloribus ægros iugulant. Ergo veluti in omni totius vitæ, tum habitudine, tum actione, ita hîc quoq; consilium illud sapientis, qui, ne quid nimis, dixit, cōplectemur: habētes pro fine, quò tēdamus, cubātis vtilitatē. Quippe si fas est iis remediis quæ morbū sanēt, vtendo, quod optamus efficere, abstinendū ab iis somniferis medicamentis est quæ vocant ἀνώδυνα. Sin ex vigiliis, & viribus resoluēdis, ad mortis discrimē æger tēdat, tū profectò tempestiuè eiusmodi medicamētis vtare, scilicet non ignarus corporis habitum nonnihil ex his lædendum: læsionem tamē quàm mortē potius optandam. Nam si hæc admodū magna nō sit, saltem

[In antiquis ista non sunt.

po

postea spatio longiore eam sarcire licebit. Sin ita est immodica, vt nec prolixo spatio persanari queat: at certè hanc ipsam eligendam potius remur, quàm vt homo pereat. Hac nimirũ persuasione ipse quoq;, tametsi omniũ maximè ab vsu grauiter sopientiũ abhorrens, aliquãdo tamen ea & colicis exhibeo, & iis qui vel oculorũ, vel aurium, vel aliarũ partium vehemẽtißimo dolore cruciãtur. Interim verò & cùm æger ex tenui destillatione, vigiliis & vehementi tußi vrgetur, pauxillulum eiusmodi medicamẽti offero: facilè noxã eius si quis semel est vsus, spatio emẽdatũ iri ratus. Porrò dißident inter se ipsa medicamẽta. Quippe quæ plurimũ torporẽ inducẽtiũ in se habẽt, ea ad præsens quidẽ magis sunt efficacia: cæterùm valentẽ, & remediis rebellẽ, in ægrotãtis corpore frigiditatẽ relinquũt. Quæ horũ in se habent minus, calfacientiũ verò sibi admistorũ plurimũ, ea quanto sunt ad præsens minus efficacia, tanto in futurũ minus sunt noxia. Omnia tamẽ id genus magis sunt salubria, si post annum à compositione sumantur, veluti quod ad Philonem referunt autorem, quod ad dolores ex sensus torpore sedandos, nullo minus est celebre. Sunt sanè & alia medicamẽta non pauca ex seminibus cõfecta, Græcè διὰ σπερμάτων & τρίγωνα nominata, quæ sicut ad torporẽ in præsens inducẽdũ mitiora, ita in futurũ sunt tutiora. atq; hæc quoq; omnia vtilius anodyna

ſumũtur. Philonis verò medicamẽ etiã ſi duorũ, triúmve, aut quatuor annorũ ſit, multo ſanè eſt melius: ſed nec inutile tamẽ ſequẽtibus annis ad decimũ vſq;. Quod enim vltra inueterauit, tanto quidẽ eſt minus noxiũ, quanto eſt vetuſtius: cæterùm, languidis eſt viribus: eóq; parum nauiter, cuius gratia paratũ eſt, perficit. Ergo ſicuti cauendus eſt, quoad fieri poteſt, eiuſmodi medicamentorũ vſus: ita ſi neceßitas vrget, nec admodum noua ſunt offerẽda: quòd frigida quæ in his ſunt, præualentes vires adhuc habeant, nec ita antiqua, vt ſpem noſtrã fruſtrentur, ſed vti comprehẽſum eſt, tãdiu dimittẽda ſunt, quoad violentia refrigerantiũ, ab eorũ quæ calefaciunt vi mitigetur. Et talium quidẽ medicamentorum vſus, eorũ qui aduerſus ſymptoma pugnant, eſt proprius, potißimùm vbi ex frigida cauſa dolor eſt excitatus, obſunt enim talia plurimùm toti affectui, ac curationi cõtumacem eum reddunt.

CAPVT II. 20

AT ſanguinis mißio, quæ ſcilicet vires non deiicit, ſymptoma ſpectantis medici opus nõ eſt, ſed eius qui totũ affectum adimere ſtudet. Ad eundẽ modũ & balneũ, & purgatio, et fomẽta calida, et vini potio. Quorũ omniũ Hippocrates in Aphoriſmis, vbi de oculis dolẽtibus loquitur, his verbis meminit: Oculorum dolores meri potio, lauatio, fomentũ calidũ, venæ ſectio, vel purgatio ſoluit. Hæc nãq; omnia dum affe-

ctus

ctus sanãt, vnà etiã cũ ipsis dolores sedãt. Eodẽ modo nutrimentũ (vt in superioribus est dictũ) vbi in sicco & squalente corpore, stomacho laborante exhibetur, dum affectũ ipsum sanat, etiã syncope prehendi prohibet. At nõ ea quæ ex redũdantia frigidorũ incidit, siue resolutio, siue stomachi syncope est, alimentũ ceu medicamen desiderat, quanquam etiam in eiusmodi affectibus non solùm nutrimentum, sed etiam vini aliquid non raro ægrotanti dare cogimur: nõ vtiq; quò affectum curemus, sed quò periculũ in præsens depellamus. Quippe vacuatio potius, quàm adiectio est, hoc genere laborantium curatio. Licetq; quotidie videre sic ægrotantium plurimos medicorum ignorantia perditos. De quibus agere nunc mihi tempestiuum videtur.

CAPVT III.

Ergo febricitare incipiunt nõnulli, vbi maximam crudorum succorũ copiam vnà cũ oris ventriculi (quod sanè stomachũ vocant) offensione, vel ex cruditatibus, vel alia quapiam occasione congesserunt. His & præcordia inflata, & totũ corpus ampliore mole quàm pro naturæ modo cernitur, tũ color aliis quidẽ ad albidius quàm pro naturali habitu, & intercute aqua laborantiũ magis simile est mutatus. Nonnullis etiã ad nigrius, aut liuidius: quos quidem medici plumbei coloris appellãt, omnibus pulsus minores sunt quàm pro caloris ratiõe: præterea

obscuri omninóq; inæquales, sæpe eá inæqualita te, quã συστηματικὴν Græci vocãt, semper verò ea quæ in vno est ictu. Nulli talibus sanguis mitti sine maximo dispẽdio solet: cùm tamen vacua tionem desideret, verùm nec sanguinis missionẽ, nec purgationẽ sustinẽt: vtpote quos sine his syncope subitò adoritur. Quænã igitur est ratio talibus medẽdi, qui cùm vacuari postulẽt, vacuan tia præsidia nõ ferunt? Sanè nullã aliã his [idoneã] vacuationẽ inueni, præter eã quæ ex frictio ne parat. Incipere verò in principio statim mor bi oportet, ac primùm à cruribus, supernè deorsum, idq; linteis non admodũ mollibus, sed aspre dinis mediocre quid habẽtibus. Debet enim radi ab his cutis, cũ simul & calefieri per eã & digeri ægrotus postulet. Dehinc tota brachia, ab humeris vsq;, atq; supernè deorsum simili modo sunt fricãda. Vbi verò artus omnes abũdè calere videbũtur, & metus fuerit, ne quis ex multitudine frictionis cõtusa iã carne, lassitudinis sen sus ipsis superueniat, oleo relaxante vtẽris, quod genus est sabinũ, ab adstringẽte verò abstinebis: cuiusmodi Hispanum est, Histricũq;, & quod vnã cũ germinibus, vel ex oliua adhuc immatu ra conficitur. Hyems verò si fuerit, nihilo deterius sit si ad digerentiũ aliquod trãsieris: cuius modi sicyoniũ est, aut quod cũ chamæmelo cõponitur, aut quod apud Aegyptios est in precio. Quòd si horũ copia nõ sit, oportebit accepto rela

xan

xantiū oleorū aliquo, & in quo nulla sit adstrictio, potissimumq; quod est antiquius immittere ipsi anethi quod videbit satis. Mox (vt ipsi solemus) vbi in vase duplici tātisper calfeceris, dum mediocriter qualitatē herbæ imbiberit, vngere hoc artus & fricare tūc quoq; quamplurimum debebis, postea oleū, quoniā tædiū afferat, detergere, atq; ad spinā dorsi trāsire, hācq; totā pariter fricare, primū sicca frictione, pòst oleo. Ab 10 hac rursus ad crura te cōferes, et ab his ad brachia, exin denuò ad spinā: ita totū agens diem in domo puræ lucis, nec madēte. Esto eius domus et calor media tēperie. sanè mulsa in qua coctum hyssopū fuit, his est aptissima. Seruandūq; ne vel cibū, vel sorbitionē, vel aquā exhibeas, vel omnino liberaliter bibere sinas, nisi mulsa tribus primis diebus dūtaxat vt in ipse quas dixi partes ordine fricās, eóq; solum tēpore intermittens, quo somnus hominē occupauerit. Ad quē etiā alli-20 ciendū, & frictio vberior facit, itaq; vel hoc nomine vtile præsidiū fuerit, nedū quod inaniat. At verò nec vberior somnus his est salutaris: cùm nec crudos succos digeri sinat, et viscera grauiora reddat. Sed si qs alius affectus est q somnū, et vigilias modicas desideret, hic profectò in his est. Quippe somnus cōcoquit. Vigliæ digerūt. Quorū vtroq; est opus iis q ex multitudine crudorū succorū ægrotāt. Ergo inuicē mediocriter adhibiti, iuuare se mutuò vtiliter poterunt; at in

fueris. Quibus verò spes est salutis (est aũt omnibus, qui ita citra phlegmonẽ ægrotãt) maximũ medico, qui vtiq; ipsos in principio susceperit, videtur mihi dedecus esse, si in syncopẽ inciderint, quanquã per inscitiã medicorũ quotidie id fieri cernitur. Verùm nõ est quod hos spectemus, aut cũ his nosmet cõferamus: sed cũ eo qui cùm re vera peritus in arte sit, fœdũ putet ægrũ animo ex tẽplò linqui, ipso nec symptoma prædicente, nec
10 ad id præparato, aut idẽ prohibẽte. Sanè dictũ à me etiã in superioribus est, qui cataplasmatis et perfusionibus aßiduè præcordia vexãt, ipsos in eiusmodi affectibus phlegmonas accersere. Minimè igitur est his vtendũ, priusquã superuacua magna ex parte partim vacuata sint, partim cõcocta, tum verò etiã his vtaris licet: nõ tamen dũtaxat relaxãs, sed ex absynthio mediocriter perfundẽs: si tamẽ febris nõ planè sit magna. Si verò medicãti tibi tres primos dies, vt dictũ est,
20 nihil occurrat incõmodũ, iisdẽ ipsis vteris vsque ad septimũ: aqua dũtaxat mulsa, in qua ĩcoctũ hyssopũ sit, contentus. Siquidẽ longißimam, qui ita sunt affecti cibi abstinentiam ferũt: corpore scilicet ex crudis ipsis quos continet succis concoquẽdis alto. Quòd si nõ modò crudi succi sint, sed etiã eò corruptionis peruenerint, vt concoqui ad perfectionem non queant: qui sic ægrotant, eorũ desperata est salus. Sed qui, si nullus præsertim committatur error, seruari possunt, ij aqua so-

lùm mulsa ad septimũ vsq; sunt nutriendi, aut sicubi id res exigat, vel aluo fluẽte, vel ægro mulsam fastidiẽte, ad ptissanæ cremorẽ est transeũdum. Sin hũc quoq; auersetur, alica ad eundem quo ptissana modũ ei præparabitur. Neq; enim iis qui ita sunt affecti, acetũ incõmodũ est: imò sicubi crudos affatim succos esse animaduerteris, oxymeli pro mulsa exhibere asiduè debebis. Quòd si huius asiduus vsus tædio esse cœperit, trãsire inuicẽ ad mulsam & ptissanã conueniet: dein rursus ad oxymeli reuerti. Maximè verò quibus tũ paruus, tũ tardius ac rarus pulsus est, iis frigidos subesse succos putandũ. Iisdẽ protinus et color vitiatus in toto corpore manifestè cernitur: qualis nimirũ prius est traditus. Sed fieri fortasse quod dictũ est, nõ posse cuipiã videat, cùm nulli febricitãtiũ aut tardior, aut rarior pulsus fiat. Cæterùm, duplici ratione verũ esse quod dictũ est, cõperietur. Vna quòd euidẽter in accesionibus appareat & tardiores et rariores, quàm pro naturali ipsorum habitu pulsus fieri. Altera quòd reliqs præter accesionẽ tẽporibus horũ arteriæ, tũ rarius, tũ tardius, quàm aliorũ quorumuis qualitercũq; febricitantiũ, pulsant. Ergò si æstas sit, & æger frigidæ potioni assuetus, frigidũ huic oxymeli dabis. Sin hyems sit, omnibus calidũ, tũ iis qui calidæ, tum iis qui frigidæ insueuerũt, offeres: æquè vt si immodicus æstatis tempore æstus sit, etiam qui calidæ adsueti sunt,

fr

frigidũ: vtiq; si nullum sit iis viscus ad iniuriam opportunum. Sanè propositis aduersissima sunt, tum balneum, tum aër ambiens, quoties vel nimiũ calidus est, vel frigidus. Itaq; vt lauandi hi nõ sunt, sic & reclinãdi in domo sunt æstate quidem, quæ frigeat: hyeme, quæ caleat. Læduntur nanq; non parum ab vtroq; excessu: videlicet in balneo æstate, & omni caloris incremento crudis humo[ri]bus liquatis, ac per omnes corporis par-
10 tes fluẽtibus: ita vt metuendũ sit, ne ad pulmones & cor ferãtur: aliquãdo etiam ne ad cerebrum subeãt: cùm longè præstet, vt circa iecur & primas venas adhuc ipsis subsistant. In domo verò immodicè frigida, & hyeme, & deniq; ambiente frigido, succi qui crudi sunt & inepti ad concoquendũ manent, & iocinoris obstructiones, si leues sunt, augẽt: si nullæ sunt, eas crãßitudine sua hærẽtes impactiq; creant. atq; hæc quidem agenda sunt, vbi à primo die ipse curationem suscepe-
20 ris. Si autem ad eos quos syncope iam premit, sis accitus, si ea quæ retuli loca phlegmone vacent, panem exhibebis non multũ, huncq; ex vino aliquo quod celerem in corpus digestionem adiuuet: statimq; ad frictiones venies: quas etiam pro tradito iam modo administrabis. Ac si quidem æstas sit, & regio naturaliter calens & æstuans, aut status cœli vehemẽter calidus, cum frigida vinum dabis: si nihil eiusmodi sit, cum calida. Quæ tamen secundo & tertio dabitᷓ potio,

omn-

omnino calidam exhibendã curabis. Quippe ad vniuersam eã curationem, cuius gratia fictiones adhibuimus, calidum præstat, vtpote crudorum succorum concoctionem adiuuãs. At quibus ex flaua bili quæ os ventriculi infestet, syncope incidit, ijs frigida exhibenda potio est.

CAPVT IIII.

Vinum tamẽ quod & calidum natura sit, & deductionẽ in corpus promoueat, omnibus quos syncope malè habet, offerre conueniet: 10 distribui namq; per corpus nutrimentum quod sumptũ est, nõ in vẽtre manere volumus. Cõstat autẽ ex vinis ea deligenda esse, quæ & flauo sint colore, & substantia tenui, & ætate vetera: talia nimirum & boni odoris continuò fuerint. Quinetiam ipse si paululum vbi mista sint, gustes: senties calorem per totũ corpus transmitti. Cæterùm amara præ vetustate, vina ne sunto: præsertim quæ ijs exhibebis, quorũ stomachus flaua bili vrgetur. Talia namq; simul laudabilem 20 ac nutriẽtẽ vini succũ iam amiserunt: simul iniucũda cùm sint, hoc ipso stomachum offendunt. Cõmodissima igitur his vina sunt, quæ cùm naturaliter austera sint, sensilẽ iam adstringẽdi vim propter vetustatem non amplius exhibent: calorẽ tamen admodum euidentẽ habent: omnia enim quæ requirimus, in ijs quorum stomachus amara bili vexatur, efficiẽt: cùm & iucundè sumãtur, & tum concoctionem, tum digestionem

in

in corpus promoueant: & succi vitiũ mitigent, & corporis habitũ excalfaciant: & stomachum ipsum firmẽt. Huiusce generis vinorum optima sunt Surrẽtinum, Signinum, [Sabinum,] Tiburninum, Marsum: omnia quidẽ Italica, & adstringẽtia: non tamen pari modo omnia. Nã Surrentinũ cũm mediocriter adstringat, tum calidius cæteris, tũ iucundius est. Ab hoc nobile Tiburninum. Est enim & aliud quoddam imbe-

10 cillum Tiburninum: quod etiam sicut Sabinum, leuiter potest adstringere. Signinũ verò austerius est: sicut etiam Signino multo magis Marsum. Hæc omnia vina stomacho qui amara vexatur bili, salubria sunt. Ideóq; illis vtẽdũ quoties is vel ex ardẽti febri offensus syncopem attulerit, vel aliàs multa in eũ bilis fluxerit, vel multam imbiberit. Quibus tamen ex crudis humoribus syncopes periculũ imminet, sane phalernum tanto iam memoratis præstat, quãto tum

20 melioris est succi, tum etiã calidius: vpote quod & velocius illis per corpus digeretur, & crudis succis cõcoquendis auxilio erit. Quæ cum dictorum singula aliud magis, aliud minus faciant, omnia tamẽ phalerna magis stomachum roborant. At quoniã ipsorum phalernorum aliud dulce admodum est, (quod phaustianũ vocant) aliud si cũ hoc conferas, austerum: si cum signino & marso, dulce: deligẽdum ad talia secundũ est. Si verò cubans per sanitatem dulcibus vinis

insu-

xia, aquosa ceu parū efficacia, sūt fugiēda. Deligēda verò eorū sunt media, quæq; vt p̄dictū est, flaua sint & calida. Neq; enim inuenias ex albo vinorū genere calidū vllū: quādo etiā austera, & mediocriter alba, cū inueterauerint, fuluiora quodāmodo reddātur. Quòd si aliter nominare fuluū colorē velis, licet voces igneū pallēs. Quotquot autē in ipsis calidißima sunt, omnia certè flaua sunt: cuiusmodi in Italia est cæcubum.
10 Quod etiā vnū quoddā genus eiusmodi vinorū ab initio, sicut aliqui putāt, nō est, verū ex vetustate eò peruenit, vt igneū colorē cōtrahat: vnde ipsum quoq; nomē est sortitū. Nō tamē eò omnia perueniūt: cū prius craßētur, quàm in perlucido flauorē accipiāt. Reliquorū vini generū austera quæ mediocriter alba craſsáq; sunt, certè nullū ad digestionē in corpus est idoneū. Si tamē abundè inueterauerint, neç aliorū copia sit vti illis licebit. Sunt verò eiusmodi omnia cū inueteraue-
20 rint, stomacho vtilia. Quò verò habeas horum quoque exemplum, tum eius quod ex Nicomedia affertur, memineris velim, quod omnibus hominibus est notum: tum siculi aminei, quod in magnis reponitur fictilibus. Quod enim in paruis seruatur laguncul is, maximè huic est contrarium: cùm & malum stomacho sit, & capitis dolorem excitet. Ac semper quidem est id agēdū, vt optimum eligas. Si id nō est, quod illi pro iam comprehēsis notis est quamsimillimum.

Aptißima nãq; ad deductionẽ in corpus sunt Ariusiũ, & Lesbiũ. Sed si ea desint, simúsq; in Asia, aut Aphrodisiẽse petemus, aut austerũ, Tmoliten, aut aliquod his similium, quod & colore sit fuluum, & illico cùm bibitur, manifestè excalfaciat. Cõsyderãdum verò ante omnia est qualisnã ægrotantis natura sit. Nam si imbecillum illi caput est, & quod facilè calentibus vinis impleatur: quæ minus caleãt, potius sunt offerẽda. Sin firmo admodũ capite est, & talibus vinis delectatur, aut etiam citra noxã ea ferre est solitus, haud timidè his vtetur. Porrò vina quæ odora fuluáq; sunt, quãtum ex ipsorum est natura, omnia caput grauãt. Eóq; tum phalernũ, tum Tmolites, tum Lesbiũ infirmo capiti noxia sunt. Qualis autẽ in phalernis tradita nobis differentia est, talis profectò & in Tmolitis habetur. Alterũ enim admodum est dulce, alterum austerum, si cum illo conferatur. Calida tamen admodũ ambo sunt, eóq; caput grauantia. Austera vina ventriculum roborant, capútq; inter omnia vina minimè tẽtant. Cæterùm, digestionem in corpus nõ promouent, quo magis fugienda tibi in syncope prehẽsis sunt, non secus quàm aqua. Habilẽ verò ad facilẽ in corpus deductionẽ, & Hippodamãtiũ cũ inueterauit est, ipsum quoq; ex ea specie cuius tum dulce phalernũ est, tũ verò Tmolites. Inest huic & astrictio manifesta, quæ tamen in neutro illorum est, itaque

etiam

etiã salubrius stomacho est. In penuria verò vini quod accommodũ vtriq; syncope sit, ei inquã quæ ex multitudine crudi succi oritur, & ei quæ ex bili incidit, coactus prorsus vino vti, fugere (vt prædiximus) oportebit omnia tũ austera, tum noua, itémq; crassa: deligere verò aquosa, magísque si sint antiqua. Talia nanque tametsi nõ valenter excalfaciunt, tamen facilè in omne corpus deducuntur. Proinde cùm celeritas dige-
10 stionis in corpus sit his cum fuluis communis, differentia rursus in his erit, quòd concoctioni quæ vel in ventriculo, vel venis agitur, fulua magis conducunt, propterea quòd magis excalfaciunt. Præterea mistibilia sunt, & nutrientia: cóq; ad succi bonitatẽ opportuna vtiliáve. Quorum omnium nihil in aquosis vinis est. Minimũ enim ex horum substantia in sanguinis mutatur speciẽ. Sed cùm fulua caput feriant: quæ aquosiora sunt nusquã id contristant. Vrinas autẽ præter
20 cætera omnia vina mouent. A quibus secundum locum obtinent, quæcunque fuluorum maximè sunt tenuia: quæ etiam ad syncopas potissimùm sunt deligenda. Tardius his deducũtur in corpus, quæ fulua sunt & crassa, quanquam ea quoque austeris omnibus magis sunt penetrabilia. At verò nutriũt hæc magis, quàm tenuia: ac vitiosos succos omnium vinorum celerrimè bono sanguine generando corrigunt. Ergo institutum sermonem denuò repetamus.

CAPVT V.

QVod syncope pręceps viriũ lapsus sit, id ab alijs ante me dictũ est. Sed cũ essentia viriũ quibus regitur corpus, tũ in spiritu, tum in solidorum corporum temperamento cõsistat, hæc nobis & vbi integra sunt, seruari: & vbi corrupta sunt, ad integrũ reuocari omnino debent. Ac quemadmodum tueri ea per sanitatẽ conueniat, in opore de tuenda sanitate est præceptũ. Quemadmodum verò & in morbis traditum 10 iã aliquatenus, & in præcedentibus commentarijs est. Nõ tamen adhuc res tota ad talem qualem exigit cõtemplationem est perducta: nec talem methodũ habuit qualem priora. Quod igitur deest, id nũc adijciamus. Spiritus substantia vnà cũ solidis corporibus sic nobis custodiẽda in morbis sunt, vt tũ qualitate, tũ quantitate, quoad fieri licet, naturaliter se habeant. Ac si quidẽ sic prospici his posset, vt nec substantiæ eorum quicquã aut vacuaretur, aut prorsus immutaretur, id esset antiquissimũ. Sed quoniam in cõmẽtarijs de sanitate tuẽda ostendimus fieri non 20 posse, vt id generabili corpori vnquã cõtingat, id agendum est, vt quæ substãtiæ portio defluit, hanc apponendo sarciamus: quod alterascit, in debitã temperiem per contrariam alterationem vindicemus. Si igitur tũ vacuatio, tũ alteratio sensim paulatímq; fiant, etiã correctio vtriusq; sensim administrabitur. Quod munus ad artẽ

sanit

ſanitatis tuẽdæ ſpectare eſt monſtratũ. Sin confertim & ſemel ac magna aliquãdo vacuatio, vel etiã adiectio incidat: & morbus ita efficiatur, & medendi methodũ ad eorum ſanationem requiremus. Veluti enim mutationem in nõ naturalẽ habitum, quæ ſenſim paulatimq́; irrepit corrigere, ſanitatis tuẽdæ artis ſunt partes: ita eã quæ multa ſimul irruit ſarcire, ad medendi peritiã ſpectat. Ergo animalis ſpiritus cerebrũ 10 veluti fontẽ eſſe, clarè oſtendimus, qui partim ex inſpirãdo, partim ex eo quod reticularis plexus ſuppeditat, irrigatur atque alitur. Vitalis ſpiritus nõ æquè euidens demonſtratio erat. Sed tamẽ in corde eum & arterijs contineri exiſtimare, alienum à ratione nõ eſt: eundémq́; nutritũ maximè quidẽ ex inſpirando: ſed tamen & ex ſanguine. Quòd ſi naturalis quoque aliquis ſpiritus eſt, vtique is quoq; in iocinore & venis continebitur. Sanè dictum fuſiſsimè de viriũ eſ- 20 ſentia eſt in libris, quos de Hippocratis & Platonis placitis ſcripſimus. Solidorũ verò corporũ ſubſtãtia certa eſſe quantitate proculdubio deſyderat. Eóq; nutrimẽta mortale genus tuẽtur. Sed nihilo ſecius & elementa ex quibus componitur, mediocri eſſe tẽperie requirit, dictũq́; ſubinde eſt quemadmodum temperiẽs ea ſit tuenda. Cæterùm, virium lapſus, de quo nunc agere inſtitui, qui quidẽ ſolidorum corporum ſubſtantiæ digerendæ ſuccedit, in longiſsimis morbis

subinde incidit: animãte ex frequēti atrophia, id est nutriēdi defectu, extenuato. Praeterea in ijs febribus acutis quae corpus liquãt. Qui ex substãtiae tēperie mutata prouenit, cum vel immodicè ipsa fuerint calefacta, vel frigefacta, vel madefacta, vel siccata, aut horũ aliquibus copulatis affecta. Alteratio verò in spiritu, tũ ex vitiosis prouenit succis, tũ ex ambiētis aëris malitia, qui aliàs alia de causa in hãc est mutatus, praeterea venenatis facultatibus, aut animaliũ quae virus eiectãt, venenis. Verũ haec à praesenti instituto seponãtur. Ipsius verò essentiae spiritus corruptio, & quae futura timetur, & quae iã adest, quae tũ ex affectu animi incidit, tũ ingēti dolore, tũ pluribus motibus, cuius generis & vigiliae sunt, tum ex immodica eius tenuitate, & cōtinētiũ eũ corporũ raritudine, tũ verò ante haec omnia ex ipso respiratu prohibito, & nutrimēti defectu, diligētius corrigi profectò postulat. Sũt porrò affectus animi, timor subitus, & vehemens, (quem ἔκπληξιν Graeci vocãt,) praeterea quae cōtraria huic timori est voluptas maxima περιχάρειαν vocant, quasi excessum gaudij dixeris. Scimus enim amborum occasione perijsse quosdam. Iam reliqui quoque magni timores omnes, & cum his maximè voluptates, etsi non iugulant, ac certè facilè resolubilem infirmũmque spiritum reddunt. Tristitia verò, & anxietas, & ira, & cura, eo genere sunt noxiae, quo frequentes vigi-

10

20

liae,

lia, quoniã vires resoluãt. Ac in ijs qdẽ omnibus ipsa per seipsam mouetur anima, in corporalib⁹ aũt actionibus ipsa corpus mouet. Resoluitur aũt ei⁹ robur vtroq; motuũ suorũ genere, si modũ excedãt. De laborib⁹ verò quid attinet dicere, quo pacto & vehemẽtius aucti quosdam iugularint, & omnes certè læserint, tametsi non sustulerũt? In omnib⁹ eiusmodi casibus manifestè videntur ægrotãtes, tũ animo linqui, tum vi
10 rib⁹ resolutis esse: nõnulli verò (vt dictũ est) etiã mori: scilicet aliàs spiritu ipso dep̃dito, aliàs alterato: aliquãdo ex parte digesto: non rarò hæc vtraq; perpesso. Tractatũ autẽ fusius de his est cùm in alijs libris, tũ verò in ijs q̃ de Hippocratis & Platonis dogmatis p̃didim⁹. Ad rẽ verò propositã, modũ quo singula lædere sunt nata, disquirere necesse nõ est: imò quod lædũt, ab ipsa euidentia accipere, ac eo ad vires tuẽdas in morbis salubriter vti. Pari modo & si spirituũ qui
20 nostrũ corpus regunt, substãtia aliquãdo plus iusto extenuetur, vtroq; p̃fectò modo imbecilla fuerit, & tanquã tẽperie alterata, & tãquam dissipabilis, vel exhalabilis, vel quocunq; modo libet appellasse, reddita. Eadẽ nimirũ ratione et si totum corpus transmutatũ in immodicã raritudinẽ sit, facilè spirituũ substantia digeretur: quòd & ipsa tenuium partiũ sit, & corpus eã non cõtineat. Ergo nec rarefaciendũ immodicè ægrotantis corpus est, si spiritum retineri in ipso

ſtudes: ſed nec quæ in eo ſunt, per comeſta & bibita valēter extenuāda. Iam verò quod ipſorū quoq; ciborū ac potionum non leuis habenda ſit cura ad robur virium tuendū, vt videlicet tum quātitate modici, tū qualitate exacti exquiſitiq; ſint, id neminē latere arbitror: ſicut illud profectò cuiq; perſpicuū, quod etiā ſubſtantiæ quam inſpiramus, habēda ſit cura, vti ſcilicet tū optima tēperie ſit, tū ab omni inquinamēto puriſsima, nec aliquid ex metallis, aut caminis, aut barathris ſibi admiſceat, aut aliquid ex putredine leguminum, vel olerum, vel animalium, vel cuiuſcūq; rei contrahat, aut halitus ex ſtagnis, vel paludibus, vel fluuio recipiat. His itaq; omnibus proſpiciat oportet, qui vires illæſas tueri volet. Ad hæc etiā ipſorum corporū ſolidorū, in quibus vtiq; vel maximè cōſiſtere virium ſubſtātia videtur, nō parua habenda prouidentia eſt, vt ſcilicet ſano temperamento ſint, atq; hoc quidē omnium partiū cōmune commodum eſt. Ad robur autem virtutis cōſeruandū, & ad ſyncopalē acceſsionē quo minus derepēte incidat cauendā, ſingulare præſidiū eſt tēperamenti cuſtodia: ante omnia quidē trium principiorū: mox verò reliquarū partiū quæcunque in conſortiū affectus principia ſecū ex facili trahūt, cuiuſmodi eſt ventriculi os, quod propter exquiſitū ſenſum tū alia ſymptomata nō pauca, tū verò ſyncopas accerſit. Porrò memoratus iā crudorum

hum

humorũ affect⁹, si et copia sua hi vires premãt, & propter tũ multitudinem tum craßitudinem exiguos animalis meatus obstruãt, iam multis nominib⁹ exitialis est, ac syncope opportunos red dit, nẽpe & quòd animal sub eo non nutriatur, & suffocetur, & quòd mediocritas tẽperamẽti eius nõ solùm alteretur, sed etiam corrũpatur. Quippe crudi succi nutrire priusquã sint concocti, nequeunt. Idémq; cùm multi sunt, grauãt.

10 Si verò spiramẽta quibus pſpiratio agitur, obstruãt, calorẽ extingunt. Quòd si nec obstruãt, nec onerẽt, syncopen ij certè nõ inferunt, sed animi deliquia, quas λειποψυχίας Græci vocãt. Siquidẽ resoluuntur eiusmodi ægrotãtes, nisi frequẽti⁹ nutriãtur. Porrò exhiberi his oportebit, nõ copiosè semel, nec q̃ crassa frigidáve potestate nutrimẽta sint, sed sicut dictũ prius est, q̃ ex genere extenuãtiũ calfaciẽtiúmq; sint. Ad eũdẽ modũ & medicamẽta, quæcunq; saltẽ medi-

20 camẽta sumere febricitãs homo potest, extenuãtia calfacientiáq; sunt ipsis offerenda. His & aquosum vinũ idoneũ ab initio statim est, si tamẽ vehemẽter nõ febricitẽt: quod temerè in hoc affectu fieri nõ assolet, magis etiam si qui laborant, senes sint, præbendum ijs post quanque cibationem vinum est, magísq; etiam si interposita quietis spatia mediocria sint. Sanè q̃ ex eiusmodi succis laborant, hos quotidie acceßiones exercent, præcipuéq; ad vesperam, & noctu, nõ

manè, nec vsque ad meridiem. Atq; de his quidem hactenus abundè.

CAPVT VI.

Age modò transeamus ad eos qui contrario quidem huic laborant affectu, sed tamē syncope similiter opprimūtur, nisi qs sedulò sit attētus. Hi sunt qui prætenues succos habent sic vt ocyßimè exhalent. Itaq; etiā diuersa à iā dictis ratione sunt curandi. Illos nāq; paulatim & aßiduè vacuauimus, propterea quòd multā simul vacuationē ferre nō poterant. At qui sic se habent, hos paulatim & aßiduè nutriemus. Quòd si à principio hos viribus adhuc valentibus, curādos susceperim⁹, nec paulatim eos cibabimus. Poßunt nanq; ij vel quod liberius semel datū est nutrimentū superare. Tanquā autem eos, qui ex crudi humoris multitudine syncope periclitātur, prorsus periclitari diximus, si vel iecur his vel vētriculū phlegmone obsedit, itidē de quibus nunc agere instituimus, insanabiles sunt existimādi, si viribus iā languētibus aliquod eorū viscus phlegmone infestetur, quando nec aßiduè hos nutrire fas est, sed tātū in remissionibus, nec seruare eos si nō nutriātur licet. In eiusmodi affectibus mortifera illa species in facie celeriter apparet, nasus acutus, oculi caui, & reliqua q̄ deinceps sunt adscripta. Nā siue multū excernāt, siue vigilent, siue tristētur, siue nō citò nutriātur, ptinus eiusmodi faciē habēt. Porrò

rò ſi alicuius horũ, aut etiã pluriũ occaſiõe, tales eſſe videbũtur, minus eſſe malũ putabis quàm ſi abſq; ijs eßẽt emaciati. Sin abſq; his tales appareãt, planè peſtiferũ iudicabis: atq; hoc amplius ſi à principio morbi eã habeãt ſpeciẽ. Neq; enim dũ cõcoquatur, ſufficiẽt. Atq; ob id Hippocrates dixit, ſi quid eiuſmodi cõſenſerit, minus ſubeſſe periculi putãdũ. In morbi nãq; principio (vt prædixi) etiã ſi cũ aliquo dictorũ in eo ſint ſta-
10 tu, haudquaquã id bonũ eſt: cæterùm minus id periculi minatur, quàm ſi cũ horũ nullo, imò ex ſpiritu ipſo prõptè digeſto. Non ſolùm autẽ extenuatis ad eũ modũ ſpiritu horum & ſanguine, digeſtio ſæpe incidere aſſueuit: ſed etiã expultrice vi per vniuerſam corporis molẽ immoderatius concitata. Id quod incidere maximè ex imbecillitate retẽtricis ſolet. Sanè nutrire quicquid horũ inciderit, eſt neceſſe: ſicut etiã corporis ſumma dẽſare, nõ ſecus quàm priorũ rarefa-
20 cere. Cùm enim maximè ij affectus inter ſe diſſideãt, etiã præſidiorũ ſpeciem diuerſißimã requirũt. Ergo frigidum ijs aërẽ adſtringẽtémq; cõparabimus: qui quẽadmodũ fiat, prius eſt dictũ. Vngẽdi præterea ſunt adſtrictorijs vnguẽtis. Tum cibi ijs dandi, qui nõ admodũ promptè diffluãt, nõ aqua mulſa, nõ ptiſſanæ cremor: ſed panis, & ſorbitio ex alica, & fructus auſteri, & qui nõ facilè corrũpãtur, tũ ipſi per ſe, tum verò & cũ pane: etiã alica q̃ in aqua ſit cocta.

Dabis verò [aliquãdo] ijs & oua, pcipuéq; eorũ vitellos. Albũ enim eorũ ægrè cõcoquit. Praeterea gallinaceorũ, qui lacte sint alti, testiculos: itẽq; suillũ cerebrũ: sed vel diligẽter assum (quãdo si cruẽtũ detur, summopere lædit) vel in albo iure legitimè elixũ, porro et anetho iniectis. Deniq; omni ratione agendũ, vt & succorũ materiã crassiorẽ reddas, & cutim dẽses, & exhalationẽ inhibeas. Vinũ verò ijs aquosũ necessariũ inter initia est, sumptũ post cibũ. Quòd si ex sen 10 *tẽtia nobis omnia respõderint, etiã carnei ijs aliquid nutrimenti post alia dabimus, potissimum post quartũ diẽ: succis qui febrẽ excitauerũt, iã ad cõcoctionẽ veniẽtibus. Tali affectu laborãtis iuuenis in decimo libro meminimus, quẽ (vti dixi) quotidie nutriui, ídq; ante accessionẽ potissimũ, tũ quẽadmodũ semel dedita opera nõ exhibito illi cibo, accessio cũ syncope inuaserit, memorauimus. Ergò in omnibus eiusmodi curationibus, si iã deprehẽsus syncope cubãs est, omnis soli* 20 *citudo medẽtis ad symptoma vertitur. Sin nõdũ ea premitur, vtriusq; curã habebit, et vt symptoma nõ incidat, & vt morbus paulatim discutiatur. Celerius autem hũc discuteremus, si nullus symptomatis subesset metus. Quippe q multitudine crudi succi grauatur: hũc, si modò instã semel vacuationem ferre posset, nec metus aliquis syncopes impẽderet, semel arbitror vacuatum à morbo explicaremus. Eũ verò cuius spiritus &*

succi

ſucci facilè exhalāt, ſi ante acceſſionē cibare nō cogeremur, longiorē illi morbū certè nō redderemus. Ac de ijs quidē hæc mihi dixiſſe ſit ſatis.

CAPVT VII.

NVnc reliquas occaſiones quibus ſyncope ſuccedūt, deinceps referemus. Hæ ſunt numero quatuor: dolor vehemēs, vigiliæ, immodica ventris inanitio, ac in ijs qui aliena loquuntur, aliquādo motus, ſed & quintā, ſi nō diſplicet, addas: nempe principiorū intemperiē, de qua in calce libri agemus: idcirco maximè quòd dupliciter ꝓuenit, vel in nuda qualitate particulis alteratis, vel vitioſo ſucco in has recepto. Deinceps igitur de omnibus quæ memorauimus, eſt agēdū, initio à doloribus ſumpto. Ergo ſi cauſam ipſam, vnde dolor excitatur, adimere poßis, ita vtiq; cōtra ſymptoma non pugnaueris, ſed ægritudinem curaueris. Sed ſi qua occaſione prohibitus, affectui ſummouēdo intentum eſſe nō licet, vehementiā doloris mitigabis. Verùm quoniam nec dolorum cauſ[illegible] ſummouere, nec vehementia[illegible] eorū remittere fas eſt, niſi intellexeris cuius vitio is dolor in cubātis corpore excitetur, perpendendæ prius tum cauſæ dolorum ſunt, tum verò ſigna quibus hæ dignoſci queāt. Nā cùm ſenſui plerunq; parum pateant, hominem qui in tali ſpeculatione ſit exercitatus, nimirum poſtulāt. Itaq; cùm nobis in alijs operibus non pauca de dolorum generatione ſint præcepta, ipſorúmq;

omnium

omnium opportunũ tempus iam venerit, necessum arbitror totam eorum rationẽ summatim percurrere. Quoniã igitur in animalis corpore omnibus consentientibus sectis, nõ omnes partes sensiles sunt, manifestũ est quæ prorsus sunt insensiles eas nõ dolituras. Igitur cũ sensilibus dũtaxat dolor accidat, sequens est vt æstimemus eiusmodíne corpora perpetuò sint dolitura: an vno aliquo tẽpore, cùm videlicet ortus in his, crucians affectus sit. At si ipsa euidẽtia nos docet multũ esse tẽporis, quo nihil omnino doleamus, nõ obscurũ est certo aliquo tẽpore, quo scilicet excitatur in singulis quæ dolent, cruciãs affectus, necesse esse ea dolere. Ergo si inuẽtũ nobis fuerit quęnã affectio ea sit, quæ in sensilibus corporibus orta facit vt animal doleat: vtiq; & quod quærimus, iã fuerit inuentũ. Hic igitur ab ijs naturalibus notitijs quæ omnibus nobis sunt cõmunes, procedere methodo ad id quod cõsyderãdũ proponitur, cõueniet. Porrò naturalis notitia nos docet vitiũ id corporis ex quo sit doliturũ, aut cõtinuitatis diuisionẽ oportere esse, aut alterationẽ aliquã. Ita etiã nõ incommodè dictũ ijs est qui ex insectilibus, vel insensilibus, vel incõpactilibus elemẽtis corpus componũt, affectum vnde dolor nascatur, prorsus inueniri nõ posse. Quippe quæ tãtummodo tangũt, eorũ nihil videtur dolorificũ. At talia corpora tantũ se inuicem tangũt. Quòd si non cõtingant modò, sed

10

10

etiam

etiam se inuicem in cõcursu* collidant, ad dolorem creandũ nihilo plus conferunt, si quæ colliduntur, insensilia statuũtur: nisi etiã lapides cum diuiduntur, dolore affici dicemus. Verũ de his latius tũ alibi, tum in quinto de Asclepiadis placitis disseruimus. Nũc autẽ cõfessum hoc principiũ sumentes, necesse esse vt affectus qui dolorẽ excitet, vel diuisio sit, vel alteratio: illud etiam memoria repetamus, quæ alterationẽ quidẽ ipsam
10 sensim irrepentẽ, dolorem afferre animali posse: sed quæ dolore animal afficiet, eã mutationem tum cõfertim factam, tum verò violentam esse debere. Videntur enim corpora nõ solùm cùm in nõ naturalẽ habitum confertim aguntur, tristẽ mutationẽ sentire: sed etiã in ipso ad naturalem statum suũ reditu (nisi eũ paulatim accipiant) cruciari. Scimus enim qui in vehementi frigore iter fecerũt, eos cũ sese non sensim, sed semel calfacere properarent, dolore circa vnguium radices adeò vehementi affectos, vt ferre nõ possent.
20 Illud verò inquirere an ipsum quod vehemẽter excalfacit aut refrigerat, diuisionem aliquã cõtinui efficiat, lõgiore fortasse disputatione eget. Et vtiq; demonstratum à nobis est in commentarijs de simplicium medicamẽtorum facultatibus. Verùm quid agẽdo, quæ vehemẽter vel excalfaciũt vel refrigerant, dolorẽ inferant, quærere, ad rẽ ꝓpositã minimè est necesse. Siue enim vt substãtiæ sensibilium cõtinuitatem diuidentia,

* θραύειν. i. frãgant.

tia,

tia, siue vt eam semel & confertim alterantia, id ad eorũ inuentionem quæ dolorem leuabunt, nihil refert, modò sciamus, quod violenter vel excalfacit vel refrigerat, id sentientia corpora dolore afficere. Ergo si ex ipsi se ab euidẽtib⁹ cõueniet, euidenter autem videtur eorum quæ corporibus nostris propinquãt, hæc sola esse dolori [illegible] vehementer vel excalfaciãt vel re[illegible]æ continuitatem diuidant (hæc autẽ sunt quæ vel contundunt, vel incidunt, vel distendunt) vtiq; curationis eorũ inuẽtionẽ quæremus via aliqua insistẽtes, quæ à quærendorũ natura sit accepta; quæ methodos appellatur. Rursus igitur suprà repetẽtes dicamus. Quoniam id quærimus, quemadmodũ in morbis dolore affligamur, vbi nihil nobis extrinsecus triste appropinquat, necessũ est aliquã talẽ causam in corpore quæramus, quæ scilicet vehemẽter excalfaciens vel refrigerãs, vel substãtiã sensilis alicuius corporis diuidens, nos excruciet. Ac primũ illud speculabimur, cuiusnã esse naturæ debeat, q̃d cõtinuitatẽ diuidet. Necesse igitur est vel ruptionẽ, vel contusionem, vel erosionem esse affectũ eum qui diuisionem cõtinui faciat. At verò ruptio ex distẽsione quadã, cõtusio ex grauante, erosio ex mordente prouenit qualitate. Ergo cũ nihil extrinsecus sit q̃d vel distẽdat, vel grauet, vel erodat, sed ex seipso horũ aliquod corpus sentiat, neminẽ latêre potest

disten

distētionē ab aliqua intrinsecus substātia, quæ multitudine sua corpus se cōtinēs distēdat, aut immodica siccitate prouenire cōtusionem, ex eo quòd aliquod corpus ab externo superceciderit, quod vel durū, vel magnum, vel graue, vel simul ambo fuit: erosionē verò, ex succo aliquo cui mordēs natura insit. Igitur vbi vehemēs dolor vrget, scrutādū nobis est, an succus plurimus, an spiritus cui nō sit exit⁹, an grauis moles; an mor-
10 dēs humor, an siccus affectus subsit. Ad hæc, veluti inter initia est definitū, an aliquid quod valēter excalfaciat vel refrigeret. quorū ipsorū quoq; rursum causæ, vel in spiritu, vel in humoribus, vel in solidis ipsis sunt statuēdæ. Quicquid enim eorum vehemēter excalfactum refrigeratúmve sit: quādo quod vicinum est tāgit, graue illi molestúmq; redditur. Igitur quemadmodū singula quæ cōprehēdimus agnosci poßint, tum verò quòd tū omniū habeamus manifestas no-
20 tas, quódq; si aliud quicquā, etiam causarū & affectuū quæ sensum fugiunt agnitio, ex multa exercitatione, & curiosa omniū perpensione nobis tandē pareatur, alibi monstratū est. Nunc verò id cōsyderare propositum nobis non est, imò solā ipsam medendi methodū persequi. Ex qua scienter perspecta, quantum auxilium compendiúmq; medicis nō ad præsidiorum modò curationúmq; facultatē, sed etiā ad affectus aliquādo agnitionem comparetur, sæpe vobis in ipsis

ægros

*ægrotantibus manifestè ostendi: quorũ iã duos tréſve qui haud pridẽ ſunt ſanati, referã. Vnus enim vt ſcis, quadragenarius erat: qui cùm colo laborare putaretur, nõ modò nihil eſt à fomẽtis tum humidis tũ ſiccis leuatus, ſed nec cataplaſmatis nec clyſteribus, qbus ſcilicet publicè vti in eiuſmodi affectibus ſolẽt, verũetiã à plurimis eorũ exacerbatus. Nã à rutaceo oleo per ſedem infuſo deterius habuit: itẽq; à caſtoreo: quinetiã vbi mel coctũ cũ pipere aſſumpſit, extremis doloribus eſt afflictus. Iam cùm cremorẽ cocti fœ nigræci vnà cum melle accepiſſet, vehemẽter eſt irritatus. Ipſe igitur vbi mordẽtes ſuccos in tunicis inteſtinorum immerſos conieci, qui ſcilicet ſecum vnà corrumperent, tum ea quæ per inferiora eſſent infuſa, tum ea quæ per os ſumebat, exhibui homini nutrimentũ, quod nõ facilè corrumperetur. Deinde cùm minus eũ cruciatum intellexi, vitioſos humores purgãdos iudicaui. Cùm verò aptiſſimũ ad eiuſmodi vitioſos humores eſſet medicamẽtũ quod ex aloë componitur, quódq; iam vulgò picran appellãt, vtiq; * ſemel hominẽ iuſtè purgare nõ ſum auſus, quòd doloribus & inedia duobus mẽſibus confectus eſſet. Verùm ex quibuſdã interuallis moderatè id faciẽs, quindecim circiter diebus hominẽ (vt ſcis) prorſus ſanaui: ídq; nullo ꝑterea adhibito præſidio. Atq; hic quidẽ illo primũ tẽpore ſic eſt vexatus, nunquã prius inteſtini dolorẽ expertus.*

10

20

* ἀθρόως.

At

At alius iuuenis huic quidẽ ætate propè par,
sed q̃ sæpe ante colico cruciatu fuerat affectus,
accepto scãmoniæ succo fuit purgatus. Cùm au-
tem benè largiter fuisset vacuatus, primo quidẽ
die vesperi in balneo lotus, mox ptissanæ cremo
rem sumẽs, pòst piscem quoq; comedẽs, nocte ea
quæ ceperat, euomuit. Secũdò die itidẽ lauatus,
comedit primùm lactucã, mox auiũ carnis ali-
quid in albo iure elixæ: ab hac alicam ex aqua
10 sumpsit, vino austero iniecto. Vbi verò ab iis me
diocriter se habere est visus, etiã tertio die nutri
tus similiter est. Reddidit tamen per aluũ plura
quàm pro ciborũ portione: eáq; cũ morsu. Dein
de quarto die etiã magis dolere sibi ventrẽ sen-
sit: & cùm se in balneo alicubi frigus accepisse
imprudentẽ putasset, rutaceũ sibi oleũ per sedem
infundens, nõ solùm vehemẽtissimè est vexatus:
sed etiam liquidam deiectionẽ copiosissimã ex-
creuit: quod facilè declarauit aliquid à toto cor
20 pore ad loca vẽtris deferri. Pòst deindè per cir-
cuitus similis redibat cruciatus. Audiẽtes autẽ
eius symptomata, intelleximus noxã ex scãmo-
nia in illis maximè intestinis procubuisse, quæ
prius etiã fuerãt imbecilla: sic vt quasi fluxionis
quidã exortus esset affectus. Ergo quemadmo-
dum hũc quoq; sanauerim, scis. Abiicere enim
iussi præsidia colica: alicaq; calente, quæ cocta
in aqua esset, nutriri, immissis ei mali punici gra
nis. Cùm aũt tota nocte citra dolorẽ dormiuis-

*set, miratus profectò est remedij nouitatẽ: rogauitq́; quid esset bibendũ. Dedimus itaq; bibendũ dilutũ rhois cremorem: quò videlicet siue aliqua esset in summo intestino facta * exulceratio, eã adstringeret: siue etiã ex consuetudine aliquid ex superioribus locis in partẽ afflictã cõflueret, id reprimeret, prandióq; eodem vti iussimus: deinde ad vesperã cœnare pane puro madefacto in vino aliquo naturaliter quidẽ austero, sed veteri. Concessimus prætere a vt austerũ quẽcunq; vellet fructum sumeret, siue malũ, siue pyrum, siue punicũ. Simili ratione etiam tertio die cibatus, in quarto theriacẽ bibit, sanusq́; omnino est redditus, ac de cætero ad cõsueta reuersus, nullũ sensit incõmodum. Simili genere & alteri cuidam in æstate affecto cùm sitibũdus admodum esset, supra alia quæ memoraui, etiã frigida potione vti permisi. Ergo ne requiras in omni affectu eiusmodi notas, quales in pleuritide vel dysenteria apparẽt. Quippe sciẽtifica est morborũ id genus agnitio, certis videlicet definitísq; notis cõparata: cùm eorum qui proximè sunt dicti, cõiecturalis agnitio sit: ac solis iis inueniri potis, qui exactè cuiusq; morbi propriã curationẽ norint. Quare quoniã de hac proposita nũc disputatio est, ipsam per se absoluamus. Nec affectuũ agnitiones attingamus: maximè quæ ex coniecturalibus notis incipientes, cum eorum quæ prosunt obsúntque, cognitione sunt coniunctæ.*

* Διάθεσις ἑλκώδης, id est vlcerosa dispositio.

Me-

Methodum enim in iis, atq; etiam exercitationem, in morborum agnitionibus seorsum per se fecimus: quò scilicet arte qui instructus, in omni ægrotum locum qui affligitur, tum ipsius affectum, sicuti nos, inueniat.

CAPVT VIII.

Ergo reuertamur ad affectus, qui dolores excitãt. Si sanguinis abundantia sit, quod distẽdat veluti profectò in phlegmone fieri solet, protinus vbi vires ægri valẽtes sunt, sanguis mittẽdus est. Sed si is vel sanguinis missionẽ timeat, vel imbecillis viribus sit, tũ reuellendus in diuersum sanguis est, tum per propinqua deriuãdus. Dictũq; nobis prius est, quemadmodũ hæc fieri cõueniat. Quòd si his peractis dolor etiã perstat, patet profectò in ægrotante particula impactũ esse qđ cõtristat. Patet verò nõ minus & quòd curatio ipsa per digerentia medicamẽta sit molienda. Pari ratione & qui ex flatuoso spiritu dolores fiũt, curabimus, sed simul in his potius tũ extenuantibus cibis, tum potione, tum per sedem iniectionibus, tum cataplasmatis, tum humidis siccisq; fomentis auxiliantes. Sin moles aliqua grauando contundendóve dolorem excitet, moli ipsi est medendum. Sin mordens humor est quò affligit, aduersissima huic sunt quæ extenuant & calfaciũt. Postulat nanq; huius generis affectus, si modò curãdus est, vt ea quæ cõtristant, vacuẽtur, si id omnino fieri nequeat, vt per epi-

crasin sanetur, sin id quoq; fieri nõ possit, vt quæ torporẽ inferant, medicamẽta exhibeãtur. Quæ quanquam sunt reliquorũ cõmunia, minus tamen hos affectus quàm alios lædũt. Quippe tenuis cõsistentiæ, & calidarũ virium plurimi talium humorũ sunt, quæ autẽ ex papaueris succo, & alterco, & eo modò frigidis composita medicamenta sunt, simul omnino & refrigerant & siccant; qua ratione non solùm vt sensui torporẽ inducentia salutaria sunt: sed etiam vt humorũ 10 tenuitatẽ cogẽtia atq; crassantia, præterea vehementem calorẽ refrigerãtia. Vbi verò crassi glutinosiq; humores habentur, alienissima sunt quæ torporẽ inducunt: cauendúsq; magnopere in eiusmodi affectibus eorum vsus est. Sed nec alioqui comitatur eiusmodi succos, modò soli sint, dolor vehemẽs. Si verò ex accidẽti aliquo cõiunctus his halituosus spiritus est, qui ex iis quibus cõtinetur corporibus erũpere prorsus nõ potest, grauissimis omnino doloribus, qui ita se habent 20 cruciantur. Porrò accidit id illis duplici ex causa, vel obstructione, vel calore. Nã et obstructio spiritũ cohibet; nec exire permittit: et crassa glutinosaq; cũ calefiũt, flatuosũm spiritũ gignere solent. Eiusmodi sanè affectus iis qui se cibis natura frigidis, & cõsistentia crassis ac glutinosis refarserunt; quãdò in ipsis intestinorũ tunicis flatuosus spiritus cõtinetur, potissimùm incidit. Nã cùm hæ duplices sint, vbi medio earũ spatio eius

modi collectus humor est, in flatulentũ mutatur spiritũ. Sanè is & crassus, & tardi motus, et frigidus est. Vbi igitur tum retinetur, tum tunicas distendit, tũ succus vnde oritur., intestini partes quas cõtingit, vehemẽter refrigerat, duplici occasione affliguntur qui sic laborant. Ac ad tempus quidẽ, vbi torporem faciẽs medicamen bibe rũt, prorsus indolẽtes redduntur: cæterùm affectus his omnino fit maior. Nã et intestinorũ tu-
10 nicæ medicamentorum frigiditate densiores, minusq; flatui trãsmittẽdo habiles reddũtur: et humor ipse tũ crassior, tum ad motũ ineptior euadit. Itaq; & spatio lõgiore ad ægri curationem & medico qui egregiè in arte sit exercitatus, est opus. Nisi enim certa ratione postmodũ, curationem aggredietur, verendũ erit ne succi secundò in flatuosum spiritũ versi, eundem dolorem renouent: vnde rursus stupefacientiũ aliquid medicamentorũ exhiberi sit opus: eadẽ scilicet necessi-
20 tate vrgente. Ac pari modo tertiò & quartò & sæpe deinceps: quoad homo insanabilis effectus, in malũ totius corporis habitũ perueniat, & post longa tandem tædia pereat. Quo pacto igitur dolores eos, quos frigidus humor in medio intestinorum interclusus excitauit, sanare cõueniet? Sanè non perfusionibus & cataplasmatis quæ valenter excalfaciant. Quippe lenti omnes crassiq; & frigidi humores, ab iis quæ calfaciũt, nisi etiã valenter digerãt, liquãtur, ac in flatum

mutãtur. Oportebit igitur eos incidere simul et cõcoquere, quas res tenuantia medicamẽta præstabũt: potissimum tamẽ si calida vehemẽter nõ sint. Quòd autẽ horum quoq; ipsorum ea maximè diligẽda sint, quæ magis flatum discutiant, magisq; siccent, nemini potest dubiũ esse. Sæpéq; ex plebe non paucos audias minus sibi dolore colon affirmãtes, cùm nec ipsis cataplasma imponitur, nec oleo aliquo ꝑfundũtur, nec ꝑ clysterẽ aliquid infunditur. Et sanè qui generosi animi fortesq; sunt, si mediocri vtuntur victu, tutius lõgiore in tẽpore percurãtur, quàm qui violenter (vt dictũ est) calfacientibus vtũtur. A nullo enim in eiusmodi succis tam est metuendũ, q̃ à calore, qui eos liquet, atq; in flatũ vertat, sed digerere nõ valeat. Vidimus nanq; ex agrestibus operis quempiã, qui vbi coli dolorem sensit, protinus se cinxit: cùm cingi antè non soleret, comedit autem cum pane allium, nullùm dimittẽs consuetum opus, nec toto die quicquam bibit, sed vesperi meracius, ab his & tota nocte dormiuit, et manè ab omni dolore planè liber surrexit. Est enim profectò alliũ ex eorum ciborũ genere qui & flatum discutiãt, & minimè sitim inferant. Sunt qui parum id experti existiment maiorem quàm cepa sitim excitare: sed planè errore: cùm nõ modò nõ maiorem quàm cepæ, sed nec omnino sitim faciat. Idem omniũ planè eduliorũ maximè flatum discutit. Itaq; ipse certè agrestium

the

theriacem id appello. Ac si quis vel Thracas, vel Gallos, vel deniq; qui frigidã regionẽ incolũt, vesci alliis vetuerit, nõ leuiter iis hominibus nocuerit. Ac quos ex supradicta causa vehemẽs intestinorũ dolor citra febrẽ exercet, iis & alliũ esse licet, & theriacẽ bibere: quippe quæ eiusmodi affectibus magnopere subuenit. At si cũ febri vnà talis dolor aliquãdo incidat: principio quidẽ, si id ferũt, fomentũ siccũ ex milio est
10 adhibendũ. Si ab hoc nõ quiescãt, semen aliquod quod flatũ dißipet, in oleo quod tenuiũ sit partiũ, coquere, mox per linteũ, quo purũ sit, oleũ colare, deinde anseris seuũ in oleo liquare, et per sedẽ infundere oportebit. Si anseris seuum nõ sit, gallinaceo est vtendũ in primisq; curandũ, vt sit expers salis. Esto aũt nec admodũ vetus. Licet verò & recenti vti: præsertim anserino. At si neq; ex hoc remittunt dolores, secũdò rursus iniiciendũ idẽ est: adiecta etiamnũ castorei & papa
20 ueris succi, vtriusq; fabæ nõ amplius magnitudine. Olei verò hemina modus esto, excipit et lanula ex hoc medicamẽto aliquid. Debebitq; appẽsa forti filo, quam penitißimè in rectũ intestinum dimitti: quò vtique & cùm libet id facilè recipiatur, & euidentem conferat vtilitatem. Ad eundem modum & oculorum & aurium dolore qui ex huiusmodi humore, aut spiritu flatulento in febri excitantur, sedare cõueniet: tum fomẽto ex milio, quoniã id omniũ & leuißimũ

est, & maximè siccãs: quodq́; ab eo desluit, inno xium expersq́; morsus est, tum auribus medicamentum id quod ex castoreo & papaueris succo cõficitur, infundẽtibus: quo scilicet ad talia vti solemus. Liquor quo hæc liquãtur, sapa esto: quod apud nos vocãt ἕψημα, pleriq; medicorum σίραιον Græcè appellãt. Quòd si imponi cataplasma res aliquãdo suadebit, papauerũ capitibus in aqua coctis, ac fœnigræci vel hordei vel lini seminis farina aquæ immissa, cataplasma cõficies. Scire autẽ licet medicamentũ quod castoreũ recipit nõ solum auriũ sedare dolorẽ, sed etiã oculorũ & dentium, si auribus instilletur. Iam verò collyria quæ ex opio fiunt, vehementißimos oculorum dolores remittere, omnes norũt, vtendũq́; (vt prædiximus) his est, cũ maxima neceßitas vrget; illud minimè ignorãtibus, particulas ipsas nõnihil lædendas: imbecillioresq́; in reliquã vitam ex refrigeratione futuras, cæterùm saluti hominis in præsens ipsam futurã postea noxam posthabẽtibus. Siquidem non paucos eorũm qui his sunt vsi, eò infirmitatis venisse, vt alij ferè nihil omnino viderẽt, alij propemodũ surdi forẽt, id omnibus iam notum est. Itaq; nos si quando cogimur his vti postmodũ in sanitatis tempore particulas ipsas excalfacimus, nẽpe auribus oleũ id quod solũ castoreũ habet, infundẽtes: oculis verò collyria quæ tantùm excalfaciãt. Ad quod scilicet munus maximè id probamus, quod

ex cinnamomo cõficit. Ac de doloribus q̃dẽ qui ex crassis glutinosisve aut frigidis succis, vel etiã flatuoso spiritu excitãtur, hactenus abũdè. Similis namq; est eorum omnium curatio, & quæ per cõprehensas iam materias perficiatur: nisi quòd iis qui spiritum flatuosum comitatur, propriam quandam curationem est sortitus, ex cucurbita cum flãma copiosa subinde admota. Videbiturq; tibi præsidiũ hoc in eiusmodi affectibus, incantamenti cuiusquam simile quid efficere: siue hi in intestinis, siue in quauis corporis particula sunt excitati. Illico enim cucurbita admota qui spiritu flatuoso cruciantur, tũ à dolore liberi, tũ omnino sani reddũtur. Quos verò nõ spiritus modò flatuosus, sed etiã humor quispiã vnde is oritur malè habet, ijs illico ad tempus dolor sedatur, redit tamen vel in sequente nocte, vel postridie, vel etiam tertio die similis dolor: ac potissimũ vbi in victu aliquid deliquerint, aut importunius particulas excalfecerint. Tibi verò hoc quoq; maximũ indiciũ affectus erit, ac curationẽ pro ratiõe prosequêris, nec impẽsè particulã excalfaciens, & tenuatoria curationis ratione vtẽs. Quòd si in ventre quoq; talium quippiam incidat, mirificè hi ex acrium iniectione leuantur. Sed percuranda in his primùm doloris accessio est, admota scilicet cucurbita, quò ventosus digeratẽ spiritus. Post id vacuandus humor est, infuso per sedem eiusmodi medicamẽtorũ aliquo. Ego verò

in dolore a flatu cucurbitula habet vim incãtr[?] ... et illico sedat dolorem.

*oleo quopiã tenuis ſubſtãtiæ vti aſſueui, rutã incoquẽs. Porrò aliqui in tali curãdi ratione, vbi oleũ acceperũt, maximo dolore cruciãtur, poſtea exiguo interpoſito ſpatio excernũt humorem vitreum: atq; ex hoc protinus ſimul & à dolore et ab affectu liberãtur. Quippe ſublata cauſa quæ ſpiritum flatuoſum gignit, omnia cõquieſcunt. His humoribus cõtrariã maximè naturã habẽt, qui tenues ſunt atq; acres: ſed ſimilem dolorem inferunt: nonnunquã autem & cõuulſiones *crebras accerſunt: vtiq; cùm in ore ventriculi ſunt collecti: veluti dudũ illi contigit, qui paulopoſt æruginoſum humorẽ euomuit. Satius verò ſit nõ æruginoſum ipſum dicere, ſed exactã planè æruginẽ. Talis nãq; erat qualis pulcherrima eſt ærugo. Verùm huic adoleſcẽti cum cõuulſione & ſyncope, etiã *guttæ quædam frigidæ, & pulſus in ſummo gradu parui erant. Ex quibus cùm coniicerem in ore ventriculi, quem publicè ſtomachum vocant, mordentem aliquẽ contineri humorem, dedi illi aquam tepidã bibere, poſtquam protinus tale quid euomuit, quale ſi ipſe facere velles, floridiſſimam æruginem aquæ miſceres. Cùm igitur talis humor in vẽtriculo conſtitit, vomitu eſt expellẽdus: cũ in inteſtinis iniicere per ſedẽ conueniet, quod eluere euiuſmodi humorẽ ſit aptũ. Ad id deterſiuũ ſit omnino oportebit. Cùm autem talium pleraq; mordeãt, cõmodiſſimè ex his aliquod deligitꝰ cui morſus abſit.*

* σφυγμὸς, id eſt vehementes.

* ἱδρῶτες, id eſt madores.

Eius

Eius generis maximè est ptissanæ cremor. Cibi verò exhibēdi his sunt, qui & boni sint succi, nec facilè corrūpāt: quorū exēpla in priore libro iā tradita habes. Quoniā verò etiā eorū qui ex sicci tate vehemēti tēdūtur cruciātúrq;, mētionē feci, nō alienū fuerit de his etiā aliquid apponere. Scire nāq; licet eiusmodi affectū, si modo curabitur humectationē poscere: cæterū, curatú difficilem esse, vel potius qui curari omnino nō posit si febris occasione est cōtractus. Succedit maxime exitiali phrenitidi. Nec sanatū quēpiā ita cōuulsorū aut ipse vidi, aut aliū narrātē audiui. Nā temerè cōuulsio, vel ex repletione neruosarū partiū incidit: (qua ratione eos quos magna phlegmone premit, adoritur) vel ex mordēte & tenui humore qui neruosa corpora rodat, vel ex ingenti frigore quod tale quippiam quale gelu efficit. Atq; hæ tres cōuulsiones subinde percurātur. Sed quæ ex neruosarū partiū prouenit siccitate, insanabilis est. Quippe etiā in libro de marasmo docuimus solidorum corporū siccitatem omnino esse insanabilē. Quo minus adijciendū quicquam de eiusmodi symptomatis præterea puto: sed nec de ijs quæ vitio immodicè vacuationis, vel per aluum, vel per vomitum vel sanguinis profusionem, incidunt: quod & antea de his mediocriter sit dictum, & posthac dicere sit necessum: potissimùm cùm mihi de tumoribus, qui præter naturā incidunt, erit agendum.

Itaq

Itaq; librum hunc iam claudam: quãdo de symptomatis iis quæ vtiq; tractatu maximè erant necessaria, & præcipuè quæ cum febriũ affectibus ipsis sunt connexa, abundè disserui.

GALENI METHODI MEDENDI, VEL DE morbis curandis, Thoma Linacro Anglo interprete,

LIBER XIII.

Quæ in decimotertio libro Methodi medendi habentur.

De tumoribus præter naturam.

Quæ sit phlegmonarum curatio.

Phlegmonis glandularum, atq; iocinoris curationẽ prosequitur, quo exemplo methodum vniuersam phlegmonarum curationis indicat.

De principe animæ parte, ac de phrenitide, & lethargo.

De indicatione quæ à particula affecta sumitur, quo in loco & de liene, necnon de mẽbris respirationis nonnulla adducit.

Methodus curandæ oculorum phlegmonæ, & de arteriarum incisione.

CAPVT I.

DVO iã genera morborũ quẽadmodũ quis methodo sanet, docuimus alterũ in intẽperie positũ, cui antiqua est appellatio, alterũ, cui nos nomen indidimus cõtinuitatis solutionẽ. De qua prima in

in tertio, quarto, quinto, ac sexto horũ cõmẽtariorũ præcepimus. Post eã de ijs quæ in intemperie cõsistũt, usq; ad duodecimũ egimus. In hoc verò totius operis tertiodecimo de tumoribus qui præter naturã incidũt, disserere incipiemus: in quibus scilicet partes à naturali habitu in quãtitate recesserũt. Sanè sanitatẽ, an naturalẽ habitũ dixeris, ad ea quæ nũc paramus, nihil intersit. At cũ plures specie affectiões in his sint, primũ
10 agemus de phlegmone. Expedit enim ab hac cœpisse, & quòd frequẽtissimè incidit, & quòd febres, aliáq; symptomata periculosissima excitet. Cũ autẽ veteres φλόγωσιν (quã inflãmationẽ interpretere) subĩde phlegmonẽ appellẽt, sciri volumus nõ hoc lõco nos de hac phlegmone disserere, sed ea quæ supra inflãmationẽ, tensionẽ quoq; in particula facit: quã nõ modò ipsi tactu deprehendamus, sed etiã ipse æger proprio sensu aduertat. Quinetiã pro tẽsionis modo, tãgẽti quoq; re-
20 nititur pars phlegmone obsessa, auctiórque est quàm pro naturali habitu, nec dolor illi deest maior minórve. Cũ quo nõnũquã & pulsationis est sensus, cũ scilicet malũ amplius increuit: ac potissimũ cũ suppurat. Rubor quoq; in parte quæ phlegmone laborat, maior minórve semper visitur. Semper autẽ omnia partibus inflãmatis insũnt, adeò vt siue in ipso pedis vestigio, siue in parte interna manus, magna phlegmone incubuit, hæc quoq; magis rubra videntur q̃ ante.

CAP.

CAPVT II.

Etenim demonstratũ est phlegmonẽ omnẽ è sanguinis cõfluxu cõsistere. Qui alijs statim calidior est quàm pro natura fuit: omnibus certè in ipsa parte quæ phlegmõe vexatur, calidior efficitur. Atq; hoc omniũ sectarũ cõmune est, siue impactũ tãtũ sanguinẽ in finibus vasorũ, phlegmones causam velint, siue intercidẽtiã eius (παρέμπτωσιν vocãt) in solis arterijs, siue obstructionẽ aliquã, siue in raritatibus ratione cõtẽplabilibus resistẽtiã. Quo fit vt etiã curationis indicatio omnibus sit cõmunis, nẽpe vacuatio redundãtis in particula phlegmone obsessa, sanguinis. Phlegmones verò quæ in generatione adhuc est, duplex indicatio est, veluti in reliquis morbis omnibus quicũq; in gignẽdo adhuc sunt, nec dum absolutionẽ sunt nacti, ostẽdimus. Nã quod eorũ generatum iam est, id medicinæ artis parti quæ morbos curat, subijcitur. Quod in generatione adhuc est, parti quæ futurũ morbum præcauet. Atq; idcirco diximus nõ simplicem, sed cõpositã esse totã de ijs ægritudinibus quæ in generatione adhuc sunt, medentis solicitudinem, ex ea scilicet quæ prouidet, & ea quæ curat, sicut etiã si omnino phlegmone laborare adhuc non ceperit, sed tamen appareat iam subesse in corpore genus aliquod eorum quæ phlegmonen excitare poßint, in talibus quoque omnibus sola prouisio indicatur. At si nulla adhuc in corpore

caus

causa subalitur: ijs qui ita se habēt, ea quæ sanitatis est nutrix, prouidet. Ergo quæ causæ phlegmonē accersere vidētur, has cùm iam in corpore sint cōceptæ, sed tamē exiguæ adhuc & incipiētes, vtique ne maiores fiant, inhibere conueniet. Atq; hoc præcauentis phlegmonē est officium. Cùm verò ea magnitudine sint, vt iam phlegmonen creent, eas summouere oportet: ac quantum iam phlegmones genitum est sanare.

10

CAPVT III.

AC cōmunis omniū phlegmonarū generatio ex sanguinis influxu est copiosioris scilicet quàm pars postulet, veluti tū in libro de tumoribus præter naturā ostēdimus, tū in eo qui de inæquali intemperie est inscriptus. Sanè copiosior sanguis influit, alia quapiā, aliísve particulis aliquādo eū mittētibus, ac ea quæ phlegmone laborare incipit, recipiēte, aliquando particula quæ affligitur, hūc ad se trahēte. Partes quæ mittūt,

20 *aliàs vt copia superuacuū, vel vt qualitate molestum, aliàs vtroque nomine succum * perse-quuntur. Quæ attrahunt, ea morboso calore trahunt. Porrò in doloribus incipit quidem causa ab eo quod affligitur: sed quicquid est phlegmones, id superpositæ partes efficiūt. Ergo quòd ad partem excalfactam vel trahuntur vicini succi (vt nos cēsemus) vel confluunt (vt Asclepiades putabat) euidenter cernitur. Et constet hoc loco ex ipso quod cernitur, sermoni fides.*

* *διωθῶνται* id est propellunt.

At

At verò quæ dolēt, cernūtur, ea quoq; phlegmonē ex dolore pati, sed causam eius quidā omnino nō aßignāt, quidā nullo modò probabilem. Nostra verò sentētia talis est. Docuimus in eo opere quod de naturalibus facultatibus edidimus, vnam esse naturæ facultatem, quam excretoriā dicimus. Ea suo munere tum fungitur, cum triste aliquid sentit. Vnū verò quiddā est ex ijs quæ eā contristant, ipsa quæ dolorē excitat causā, quæcunq; ea sit. Hāc igitur eijcere dū properat, phlegmonen interdū in particula concitat. Cùm enim primis suis conatibus nihil profecit, vehementius aggressa quod infestat expellere, sanguinis aliquid & spiritus ex superpositis partibus in afflictam simul exprimit. Atque hinc fit, quòd ex dolore particula pro portione confluentis in eam humoris, in tumorem attollitur.

CAPVT IIII.

QVin etiā omniū tumorū q̄ præter naturā sūt, varietas ex eius quod influit, natura nascitur. Vbi enim flatulenta materia copiosior accessit, flatuosi magis tumores fiūt. Phlegmone verò magis similes, vbi sanguis, sicut erysipelati vbi flaua bilis, & œdemati, vbi pituita. Similiter scirrhosi, vbi vel crassus, vel vehemēter lentus humor est, qui parti est infixus. Sanè crassus humor quodammodo iam melancholicus magis minúsve est. Lentus autem ex glutinosis prouenit cibis: sed & ex ipsis aliquādo neruosis partibus

tibus, vtiq; cùm multum excremēti genuerint. Verùm de cæteris tumoribus pòst dicetur: Nunc de phlegmone agemus, ac prius, quæ omniū sunt communia, ad disputationem propositis: sic deinde quæ solius eius vitij sunt propria adijciemus. Cùm igitur particula aliqua phlegmone vrgeri cœperit, videndum est an propter calorē aliquem qui in illa præter naturam sit ortus, an propter dolorem, vel ipsius, vel propinquæ alicuius partis, hāc cōtraxerit: quò scilicet adempta cau[illegible], phlegmone nō amplius increscat. Post hāc consyderationem, proximè illa contemplabere: nunquid vicina aliqua particula sanguinem largius ad partem phlegmone obsessam transmittat: deinde num totum corpus sanguine nimium abundet, πληθώραν vocant.

CAPVT V.

NAm tibi (arbitror) nō excidit, vtpote sæpe à nobis monstratū, supernacanea, quæ à valentioribus partibus ob redundantiam, vel qualitatem expellūtur, ea in imbecilliores procumbere, atq; hinc accidere vt glandulæ, quas adenas vocāt, facilè fluxiones recipiāt, & maximè quæ rariores natura sunt. Quippe valētius est arteriarū, & venarum, & neruorum, & musculorū robur: imbecillius autem ac fortè prorsus nullum, corporum quæ glandularum sunt naturæ. Sic igitur fit, vt & propter vlcus quod in manus aut pedis digito sit, eiusmodi glā

dulæ in inguinibus & alis tũ intumeſcãt, tum phlegmone occupẽtur, cũ defluẽtẽ ad vltimos artus ſanguinẽ priores exceperint. Quinetiã in collo, & ſecus aures, ſæpenumero glãdulæ, ijs quibus in collo, capite, vel aliqua vicina parte vlcus eſt natũ, intumeſcũt. Nominãt autẽ ipſos adenas, cũ ſic intumuerũt, bubones. Quòd ſi ſcirrhoſior earũ partiũ phlegmone aliquãdo fuerit: hæc & agrè ſanabilis eſt, & ſtruma dicitur. Quænã verò ſit ſtrumarũ curatio, in proximo 10 *dicetur libro. Nũc de phlegmonis, quoniã de ijs diſſerere propoſuimus, denuò repetẽtes, dicamus quod inhibitio earũ incipiẽtiũ, ex generãte illas cauſa tollẽda præſtatur, primũq; de ijs quæ vlcera ſequũtur, agamus. Poſtea enim, quàm prope magnã arteriã, aut venã vlcus ortus eſt, celerrimè bubones excitantur. Cernitur autẽ aliquando ipſa quoq; vena per totũ mẽbrum rubra, calens, & diſtenta, ac ſi quis eam tangat, dolens. Ergo ſi vel totum corpus ſit plethoricum, vel malo ſucco redundet, difficilis curatio* 20 *redditur. Sin ſanum, planè ſit facilis. Quippe ex calfacere & humectare modicè totũ mẽbrum, quod dolor mitigetur: oportet (noſti autẽ eiuſmodi præſidiorũ materiam) ipſi vtique vlceri tetra pharmaco in linteolo impoſito (liquatur id oleo potiſſimũ roſaceo, vel ſi id non adſit, relaxanti aliquo.) Toto verò mẽbro, hapſo lanæ ex calente oleo imbuto circũdato. Quinetiã ipſi vlceri calidum*

lidũ imponi medicamẽtũ oportet: ac super ipsum calidũ extrinsecꝰ cataplasma dare, quod ex farina vel hordeacea, vel triticea, vel ambabꝰ mistis cõstet. Humorẽ autẽ habeat aquã cũ pauco oleo. Nõ secus verò etiã ipsi adeni quæ phlegmone vrgeri cœpit, vt mitigetur, imponi debebit primo die lana ex oleo calẽte madẽs: nõ autẽ sicut nõnulli faciũt, statim addito sale. Pòst enim sale vtemur, cũ & tumor per totũ mẽbrũ fuerit remissus, & dolor vlceris sedatus. Quinetiã macedonicũ quod vocãt pharmacum, similiter sicut tetrapharmacũ: ipsi vlceri imponere licebit. Et enim similia inter se sunt solo thure tetrapharmacũ macedonico superãte. At si vel plethoricũ corpus sit, vel malo succo redũdet, curatio per ea quæ sic calent, fluxionẽ ad mẽbrũ citat. Atqui nec alia vlla vti datur. Cogimur ergo aliàs sanguinem mittere, idque aut vena incisa, aut mẽbris ijs quæ læsa nõ sunt, scarificatis. Manu enim laborante, scarificabis crura. Altero crurum male habente, reliquum. Has nanque vacuationes indicat ipsa copia: sicut etiam succorum vitium, redundantis succi purgationẽ. Ac plerunque post hæc præsidia, glandularũ phlegmone desinit. Sæpe tamen vel ipso qui curat, ad corporis totius vacuationem segniore: vel ipso qui laborat, præ mollitie eã non admittente, earum phlegmone maior efficitur: sic vt ad suppurationẽ perueniat. Sed & quæ φύματα quoque

Græcè appellãt, memoratis carnibus ſicubi fluxio in eas procubuit, citra vlceris occaſionẽ accidũt. Vbi ergo diſtentæ vehemẽter glãdulæ ſunt, aut alia deniq; particula quæuis quã phlegmone premit, cogimur toto corpore prius vacuato ipſam ſcarificare. Sanè vacuamus totũ corpus (ſicut in libro de plenitudine mõſtrauimus) non modò cùm in redũdantiæ ſuccorum eſt habitu: ſed etiã, cũ mediocritatẽ ſuccorũ cõtinet, ſi morbi magnitudo ſuadeat. Siquidẽ dolor, & mem- 10 bri in quo phlegmone ſedet, calor, etiã ſi purũ ab excrementis totũ corpus, ſit fluxionis cauſæ fiũt. expedit igitur parcius id, hoc caſu facere: ac vacuare prout maximè tũ ætati laborantis, tum naturæ cõgruẽre videbitur, æſtimatis præterea tũ anni tempore, tum regione, tum ægrotantis ipſius cõſuetudine, de quibus ſæpe iam in multis diximus: ſic vt etiam ſi adhibita in ſermone non ſint, ſubaudire ea conueniat. Vbi verò phlegmones ipſæ veluti feruor iam ſubſedit, mitigatorijs 20 cataplaſmatis dimiſsis, ad ea quæ digerunt, paulatim eſt trãſeundum: ac primùm cum mitigatorijs paulũ mellis miſcendum. Mox triticea farina in totũ prorſus auferẽda, cõtẽtis hordeacea cũ melle vberiore. Deinde ad aliquod eiuſmodi digerentium medicamentorum eſt veniendum, quæ vel humida cõſiſtẽtia ſint, ſimiliter ijs quæ in linamentis, vel linteolis excipiuntur, (ἐμμοτα Græcè vocãt) vel cerati ſpecie. A duris autem

abſti

abstinẽdũ est: qualia pleraq; emplastra sunt: nã & phlegmonarũ reliquias cõtrahũt, & rursus phlegmonẽ in ægra parte excitant. Quin si pus aliquod notabile in suppurãte particula sit cõtẽtũ, nõ expedit (quod nõnulli faciũt) protinus incidere: imò exhalationem moliri medicamentis ad id valẽtibus, quorũ vsus ex affectu sit cõiectatus. Quippe cũ phlegmones naturæ quicquã in mẽbro adhuc restat, acria medicamẽta magis
10 irritãt quàm digerãt. Cũ verò quod ex phlegmone relinquitur, scirrhosum effectũ videtur, fidẽter iã valẽtibus medicamẽtis vtêris: sed obseruato bis in die quẽ præstẽt effectũ, primũ manè, secũdò vesperi. Quòd si balneo quoq; vtatur, etiã eo tẽpore fiat. Si quãdo ergo ægrã partẽ medicamẽti acrimonia irritatã videris, ita vt tumẽtior aut rubicũdior sit, aut magis indoleat: mitigabis eã interea fomẽto, quod per spõgiã administrabis. Id autẽ aliquãdo ex aqua dulci esto, ali-
20 quando etiã sal habẽte, vbi scilicet scirrhosiores phlegmonæ sunt. Sin aliquã puris copia medicamẽta superet, nec ea videãtur tibi totũ digerere posse, secare exitum ei quod digestioni nõ cessit, eo potissimum loco oportet, quo est editissimum. Quippe tenuissimam etiam illic inuenies cutim. Memineris præterea in sectione & alterius indicationis quæ ad effluxum pertinet: atque ad ambo respiciens, ita quod suppurauit incide: ac deinceps medicamentum aliquod eorum quæ

*sine morsu siccet, impone. Quòd si computruisse portio aliqua suppurãtis partis videbit, excidi eã est necesse. Sanè quidã in ijs quæ in axillis & inguinibus suppurãt, in myrtei folij speciem semper excidi cutim iubẽt: quoniã in ijs laxa ea naturaliter sit, ideóq; omne quod ipsi aduenit prõptè recipiens [præterea] ipsa ex leui occasione phlegmonẽ facilè cõtrahãt.. At maximas aliqui sectiones facere solẽt: quarũ occasione particula vbi ad cicatricẽ est perducta, nõ solũ tur*pissima redditur, sed etiã fit imbecillior, & quæ sæpe homini ad motus sit in mora. Hæc igitur ipsi vitãtes, sæpissimè certè sola incisione, et medicamẽtis valẽter siccãtibus, huiusmodi affect⁹ sanauimus. Quòd si aliquãdo excidere aliquid propter multitudinẽ nõ puris modò sed etiã corruptarum partiũ fuit opus, contenti eramus sectione quæ myrti foliũ imitatur, planè non magna. Cùm autẽ in ea excisione longitudo maior quàm latitudo sit, esto in inguine longitudo per transuersum ducta: nõ autẽ per mẽbri rectitudinẽ. Quippe ita cùm mẽbrũ inflectimus, naturaliter cutis sibi applicatur: post excisam cutim, medicamẽto quod Græci μάννα*ν* vocãt, affectã partẽ impleuim⁹. Est aũt ea* purgamẽtũ thuris, leui adstrictione prædita, atq; hoc nomine etiã thure ipso ad nonnulla vtilior. Thus enim puris tantùm mouendi facultatẽ obtinet: vtpote nullã adstringẽdi vim habẽs. Magísq; id facit*

*ὑπό-σϛρωμα.

quod

quod pinguius ex eo est, & magis albicans: sicuti etiã quod flauũ ex eo magis est, validius siccat. Mãnæ verò, etiã corticis thuris paululũ est admistũ: vnde scilicet adstringendi vim habet. Ipse verò cortex thuris tũ adstringit, tũ siccat insigniter. Itaq; etiã ad moderatiores sanguinis perfusiones eo vtimur solo: sicut etiam ad valétiores, solo vsto, sed tũc & cribrato, et in mollißimũ puluerem redacto. Quinetiam mitigare
10 prius incisam partẽ (sicut dictũ est) quãtũ poscere videbitur, oportet, fomẽtis primũ, dein cataplasmate, mox humectãte aliquo medicamẽto, aut nõ siccãte: singulis scilicet extrinsecus impositis. Nã in ipso vlcere tũ mãnam (vt dictũ est) tũ ex præsidijs quæ linteolis excipiuntur, primũ ea quæ pus citant, dein ea quæ expurgant, sunt imponenda, post quæ, si cauitas etiamnũ sit, quæ impleant adhibenda sunt. Sin minus, ea quæ cicatricẽ inducunt: (Græcè συνουλωτικὰ & ἐπουλωτικὰ vocant) veluti quod ex cadmia conficitur. At quoniã in horum quoq; vsũ plurimis medicorũ non paruum quiddam peccatur, non ab re fuerit etiam de ijs disserere. Tum nanque ducere vlcus ad cicatricem incipiunt, ac idonea illi rei medicamẽta applicant, cùm iam penitus sit impletũ, nec quicquã illi restat cauũ. Hinc illis accidit, vt cicatrices efficiant circumposita cute magis eminentes. Quò igitur illi cuti sint æquales, conueniet id genus medicamentis vti,

priusquã vlcus ad æqualitatẽ prorsus sit impletũ, imposito sup ipsas vlceris oras ex specilli mucrone medicamẽto aliquo sicco ex ijs quæ in vlcerũ curatione retulimus, super reliquũ linamẽto dato, quod aliquo medicamẽto ex ijs quæ cicatricẽ inducant, & humida sint consistẽtia, fuerit * imbutũ. Cedente autẽ prosperè curatione, etiam id amouebis, ac posteà sicco tãtùm medicamine vtẽris lato specilli mucrone [ex eo] sup toto vlcere volutato. Feris autẽ suffecerit linamentũ vel siccũ, vel ex vino madens ac potissimum quod ex mollibus fit elychnijs: cuiusmodi tharsensia sunt, quoniã quoq; ad vlcera quæ super crescant submittenda vim aliquã obtineãt, atq; hæc ducente nos rerum societate diximus. 10

* λιπαρισμένον, id est inunctum.

CAPVT VI.

NVnc ad sermonẽ de phlegmone reuersi dicamus cõmunem omniũ phlegmonarũ curationis indicationẽ esse vacuationẽ. Quæ verò adhuc in generatiõe sunt, in ijs prior vacuatione est cõfluentis ad affectum locũ sanguinis cohibitio. Inhibebitur is commodè, si ipsam fluxionis causam inuenerimus. Sanè ea duplex est, aliqñ enim ex ipsa parte quã phlegmone vexat, orit, aliquãdo ex alia quapiã alijsve. Ex ipsa, quoties aut calidior est facta, aut dolore (sicuti antè diximus) vrget. Nõ ex ipsa, quãdo vel ab alia quapiã, vel ab alijs supfluũ illi trãsmittit, vel etiã ex totius corporis affectu. Fit igit calidius 20

lidius vel propter immodicũ motũ, vel aliquẽ ex Sole, aut igni teporẽ, vel acre medicamentũ. Dolore verò angitur & propter intemperiẽ, et vulnus, & cõtusionẽ, & distorsionẽ & tensionem, præterea obstructionẽ quandã, & spiritũ flatuosum. Intẽperies modò extrinsecus illi puenit, modò ex succis q in ipso habẽtur corpore. Et extrinsecus vel ab aliquo venenatorũ animaliũ, vel pharmaco quod vehemẽter excalfaciat,
10 aut refrigeret: etiã ex ambiente nõnunquã. Ex ipso verò laborantis corpore, cũ id vitiosos succos, qui facultate sint dissimili, cõgessit. His igitur omnibus æstimatis, quæ phlegmonæ adhuc in generatiõe sunt, earũ causas prius abscindes. Quæ verò iã factæ sunt, has vtiq; curabis solas. Ergo quidnã medenti agẽdum sit, si totum corpus malè sit affectũ, & dicta prius tũ in his nõ pauca sunt, tũ in libro de plenitudine, & nunc
20 summas eorũ quæ dictà sunt, recensebimus. Vbi enim æquabiliter inter se succi sunt adaucti, id & πλῆθος & πληθώραν Græci vocãt, nos plenitudinem, & succorũ redundantiã dixerimus. Vbi verò vel flaua bili, vel nigra, vel pituita, vel serosis humoribus refertũ corpus iã fuerit, eũ habitũ κακοχυμίαν, quasi succorũ vitiũ dicas, nõ plethorã nominãt. Ergo plethora tũ sanguinis missione curatur, tũ frequenti balneo, tũ exercitatione, tũ frictione: præterea digerẽtibus medicamẽtis: & præter hæc omnia media, de q

bus in ijs quæ de sanitate tuẽda sunt prodita, dictũ abundè est. Succorũ vitiũ purgatione, quæ cuiq; superãti succo sit accõmodata, corrigitur. Dictũ porrò & de hac est in ea parte opus de sanitate tuẽda, quæ de vitãdis morbis est instituta. Illinc igit̃ huc ea trãsferas oportebit, ac cõsyderes quonã ex ipsis vti maximè expediat. Siquidẽ si iã febricitet æger, nec exercitatione vacuare exuperãtiã licet, nec vnctione quæ excal faciat: sed nec multa frictiõe nec balneo, imo sanguinis misione, vnà cum inedia, vel purgatione aliqua. At si nõdũ febricitat, omnib⁹ iã dictis vtare, optimũ quodq; ad id quod instat deligẽs. Illud enim patêre vel me tacente arbitror, eum cui crura phlegmone laborãt, nõ esse vel ambulatiõe, vel cursu exercitãdũ: sed nec stare illi esse iubẽdũ: imò sedẽti plurimũ fricari, mox manuũ motu exercitari illi est satius. At si cui in supernis partibus cœperit pars aliqua phlegmone tẽtari, huic motus ex inambulatione aut cursu est salutaris. Similiter & frictio his quidẽ ea potior est, quæ cruribus adhibetur, illis, quæ in supernis partibus administratur. Quippe preceptũ in cõtrariũ reuulsionis, in omnibus talibus commune est. Neq; igit̃ cũ vel circa sedẽ vel aliquã huic vicinã partẽ initiũ phlegmones incidit, aluum deijcies. Neq; cũ in vesica, vel cole vel renib⁹ est cœpta, pharmaca quæ vrinas prouocent, bibenda dabis. Nec si mulieri in vtero, vel pudendo

10

20

Nõ e cuacuãdũ p partẽ affectam. vide cap. ii.

in

insedit, mẽses huic prouocabis: sed ad partes quæ maxime longinquæ sint: semper reuulsionem facies: æstimata scilicet tũ phlegmones magnitudine, tũ corporis totius statu. Nã si plurima succorum abundãtia sit, nec exercitatione, nec balneo sine periculo vtare. Sin exigua sit, licet & p hæc vaces. Cæterùm, (quod dixi) hæc tũ in ea parte operis de sanitate tuẽda, quæ morbos præcauet, sunt scripta: tũ in libro qui de plenitudi-
10 ne inscribitur: tũ in his quæ de phlebotomia, siue incidenda vena, tum quæ de purgantium medicamẽtorum facultatibus edidimus. Sed quod ad commonefaciendũ tantũ de ijs sit satis, nũc etiã abundè est dictũ. Itaq; ad propriã de phlegmone disputationẽ nũc est veniendum. In qua primũ meritò verba faciemus de phlegmone, prout ab affectu partis cui insedit, est orta. Quippe satis constat affectũ illum principio tibi esse sanandum: mox quicquid iam phlegmones est fa-
20 ctum. Porrò interim ijsdem præsidijs ambo tolluntur: veluti cùm ex flatulento spiritu & densitate particulæ dolor quispiam est ortus. Hoc enim casu eorũ quæ modicè calefaciũt, (q̃ etiã χαλαστικὰ, id est relaxantia, siue remittentia vocamus) vsus est commodus: vt qui pariter & coniuentia corporis laxet, & flatuosum spiritũ tenuet, & quod phlegmones iam conflatũ est digerat. Ad eundẽ modũ & si ex frigido dominante intemperies sit oborta. Nam tunc quoq; calefac

calefaciendo, non solùm intemperãtiæ, sed etiam phlegmonæ vnà medeberis. Itidẽ si calor vehementior intẽperiẽ fecit: refrigerãtibus præsidijs ambo sistes. Siquidẽ intemperãtia cõtraria semper requirit. Vacuatur aũt quod impletũ est, nõ modò medicamẽtis ijs quæ digerũt, sed etiã quæ adstringũt & refrigerãt. Magísq; profectò ad incipiẽtes phlegmonas frigidis adstringẽtibúsq;, quàm ijs quæ digerũt est vtendũ. Atq; etiamnum magis, vbi crassum quod confluit, non est. Sed si sanguis in particula quã phlegmone prehendit, vehementer est impactus, nõ est amplius repercutientibus vtendũ: sed tũ digerere est tempestiuũ. Vbi autẽ ex animalis punctu morsúve dolor incidit, duplex sedãdi doloris ratio est, vel virus ipsum vacuãdo, vel quod dolorẽ excitat, alterãdo. Sanè vacues id eorũ medicaminũ ope, quæ vehemẽter attrahũt. Alteres ijs quæ sunt cõtraria, ídq; vel qualitatibus, vel tota substãtia. Monstratũ nanq; est in libris de medicamẽtis, quædã esse totis substãtijs inter se contraria, quædã solis qualitatibus. Sed & illud indicatũ æquè est, quòd eorũ q̃ cõtraria qualitate sunt, methodus quæpiã sit, eorum quæ tota substãtia sunt aduersa, methodus nõ sit, sed omnia sint ꝑ experientiã inuenta. Tu igitur quæcũq; methodo curãdi explorẽtur, hinc disces. Quæ experiẽtia tãtũ deprehẽdit, ea in his operibus quibus de medicamẽtis agitur, sunt collecta, vno quod de

facul

facultate eorũ inſcribitur, altero quod de cõpoſitione, & tertio quod de facilè parabilibus inſcribitur. In quibus operibus oſtẽdimus quænã ex ſola experientia, quænã ex ſola ratione, & quænam ex ambabus inuenta ſint pharmaca. Ergo methodus quã hoc opere tradere inſtitui, in doloribus vniuerſis qui vel ex animaliũ medicamentorúmve noxa excitãtur, duplicẽ indicationẽ habet, nempe eius quod dolorẽ creat vacuationẽ, atq; alterationem. Vacuãt id tum calfacientia omnia: tũ quæ citra calefactionẽ vehementer trahũt: veluti & cucurbitulæ, & caua cornua quædã, quibus nonnulli cucurbitularum vice vtũtur. Sunt autẽ & qui ore ſuo virus extrahũt: ægræ videlicet particulæ admoti, ipſámq; labijs cõplexi. Huc ſanè ptinet & cauteriũ, & medicamenta quæ cauterijs ſimiliter eſcharam efficiũt. Atq; hæc omnia totam eius quod infeſtãt, ſubſtantiã exinaniunt. Alterũ auxiliorum genus eſt eorũ, quæ qualitatem per contraria alterãt: ſcilicet exhibentibus nobis, ſi vehementẽ calorẽ æger vel in ipſo demorſo loco vel in toto corpore ſentiat, auxilia refrigerantia: ſin frigus ſentiat, calefacientia. Docuimus autem vtraq; in ijs operibus, quæ de medicamẽtis ſunt ſcripta. At tales quidem, omnis phlegmones communes medicationes ſunt. Variãtur autem pro laborantium particularum ratione. Etenim id iam quoq; oſtenſum eſt, vbi de vlcerum

cerum curatione egimus. Nec longo ſermone eſt opus ei qui meminerit eorũ quæ ibi ſunt dicta: ſed ſat erit paucis ea tranſcurriſſe.

CAPVT VII.

VNa itaq; indicatio ex ipſis ſimilaribus accipitur partibus: altera ex inſtrumẽtarijs, & ea quæ ex ſimilaribus ſumitur, modũ calfaciendi, refrigerandi, ſiccandi, ac humectãdi determinat. Quæ verò ex inſtrumentarijs, tũ locum ipſum per quẽ vacuare oportet, tũ vacuationis rationem, tum verò in ſimili ſpeciei medicamẽtorum vſu ipſum pluris minoríſq; modum. Ac de ſimilariũ quidem partium indicatione ſuprà, vbi de vlcerum curatione eſt tractatum, diximus: de inſtrumentaria verò hîc agemus. 10

CAPVT VIII.

CVm enim phlegmone duplici ratione à natura receſſit, & quòd pars ipſa multo ſanguine ſit referta, & quòd eadẽ ſit calidior, vtique vacuationis indicatio refrigerationis indicationem vincit: contrà ſcilicet quàm in eryſipelate. In illo nanq; refrigerationis indicatio magis vrget quàm vacuationis: quanquam vtriuſque affectus curandi commune caput eſt infeſtantis humoris vacuatio. Ideóq; poſtquã refrigeratum eryſipelas eſt, ad ea quæ digerũt medicamenta, cõuertimur. In phlegmone igitur tãtiſper eſt refrigerãdum, quatenus & ad incrementum eius ſiſtendũ inhibẽdúmq; eſt cõmodũ. Etenim cùm 20

immod

immoderatus calor dolorem excitet: atq; etiam aliquid ad ægram partem attrahat, vtroq; nomine augescere phlegmonẽ accidit. Ergo quantũ refrigerationis phlegmonæ, ceu calido morbo congruit, tantum certè & incrementũ eius inhibere est aptum. Idem parem gratiã præstat & cũ * repercutit id quod affluit. Quod verò ex eo quod in laborãte mẽbro continetur, quidpiam in proximas partes repellit, hoc phlegmones iã genitæ medela est. Similì modo et quæ modicè excalfaciũt, vtraq; interdũ ratione ꝓsunt, quoniam & dolorem sedent, & quod cõtentum in laborante particula est, digerãt. Quippe dolorẽ mitigando, augeri phlegmonas vetant: digerendo, quod earum iam conceptũ est, sanant.

* ἀναστέλλει, i. reprimit.

CAPVT IX.

Quoniam igitur momentum omne curationis laborantis phlegmone partis, in redundantis in ipsa sanguinis vacuatione consistit. vacuatio autem hoc genus affectorũ excogitata est duplex, aut translato ad alias partes qui in ægra continebatur sanguine, aut foris à corpore expulso: satius profectò est vtraq; vti, obseruãtibus diligenter ne qua ex accidenti læsio sequatur. Ergo cũ gemina sit dictarum vacuationũ vtraq;, quadruplex in vniuersum nascitur vacuantiũ auxiliorum genus. Translationis enim sanguinis ad alias partes alterũ genus est, vbi ipsa pars quæ phlegmone laborat,

sangui-

At verò quæ dolēt, cernūtur, ea quoq; phlegmonē ex dolore pati, sed causam eius quidā omnino nō aßignāt, quidā nullo modò probabilem. Nostra verò sentētia talis est. Docuimus in eo opere quod de naturalibus facultatibus edidimus, vnam esse naturæ facultatem, quam excretoriā dicimus. Ea suo munere tum fungitur, cum triste aliquid sentit. Vnū verò quiddā est ex ijs quæ eā contristant, ipsa quæ dolorē excitat causa, quæcunq; ea sit. Hāc igitur eijcere dū properat, phlegmonen interdū in particula concitat. Cùm enim primis suis conatibus nihil profecit, vehementius aggressa quod infestat expellere, sanguinis aliquid & spiritus ex superpositis partibus in afflictam simul exprimit. Atque hinc fit, quòd ex dolore particula pro portione confluentis in eam humoris, in tumorem attollitur. 10

CAPVT IIII.

Q*Vin etiā omniū tumorū q̄ præter naturā sūt, varietas ex eius quod influit, natura nascitur. Vbi enim flatulenta materia copiosior accessit, flatuosi magis tumores fiūt. Phlegmone verò magis similes, vbi sanguis, sicut erysipelati vbi flaua bilis, & œdemati, vbi pituita. Similiter scirrhosi, vbi vel crassus, vel vehemēter lentus humor est, qui parti est infixus. Sanè crassus humor quodammodò iam melancholicus magis minúsve est. Lentus autem ex glutinosis prouenit cibis: sed & ex ipsis aliquādo neruosis partibus* 20

tibus, vtiq; cùm multum excremẽti genuerint. Verùm de cæteris tumoribus pòst dicetur: Nunc de phlegmone agemus, ac prius, quæ omniũ sunt communia, ad disputationem propositis: sic deinde quæ solius eius vitij sunt propria adijciemus. Cùm igitur particula aliqua phlegmone vrgeri cœperit, videndum est an propter calorẽ aliquem qui in illa præter naturam sit ortus, an propter dolorem, vel ipsius, vel propinquæ alicu-
10 ius partis, hãc cõtraxerit: quò scilicet adempta causa, phlegmone nõ amplius increscat. Post hãc consyderationem, proximè illa contemplabere: nunquid vicina aliqua particula sanguinem largius ad partem phlegmone obsessam transmittat: deinde num totum corpus sanguine nimium abundet, πληθώραν vocant.

CAPVT V.

NAm tibi (arbitror) nõ excidit, vtpote sæpe à nobis monstratũ, superuacanea, quæ
20 à valentioribus partibus ob redundantiam, vel qualitatem expellũtur, ea in imbecilliores procumbere, atq; hinc accidere vt glandulæ, quas adenas vocãt, facilè fluxiones recipiãt, & maximè quæ rariores natura sunt. Quippe valẽtius est arteriarũ, & venarum, & neruorum, & musculorũ robur: imbecillius autem ac fortè prorsus nullum, corporum quæ glandularum sunt naturæ. Sic igitur fit, vt & propter vlcus quod in manus aut pedis digito sit, eiusmodi glã-

dulæ in inguinibus & alis tũ intumeſcãt, tum phlegmone occupẽtur, cũ defluẽtẽ ad vltimos artus ſanguinẽ priores exceperint. Quinetiã in collo, & ſecus aures, ſæpenumero glãdulæ, ijs quibus in collo, capite, vel aliqua vicina parte vlcus eſt natũ, intumeſcũt. Nominãt autẽ ipſos adenas, cũ ſic intumuerũt, bubones. Quòd ſi ſcirrhoſior earũ partiũ phlegmone aliquãdo fuerit: hæc & ægrè ſanabilis eſt, & ſtruma dicitur. Quænã verò ſit ſtrumarũ curatio, in proximo dicetur libro. Nũc de phlegmonis, quoniã de ijs differere propoſuimus, denuò repetẽtes, dicamus quod inhibitio earũ incipiẽtiũ, ex generãte illas cauſa tollẽda præſtatur, primũq; de ijs quæ vlcera ſequũtur, agamus. Poſtea enim, quàm prope magnã arteriã, aut venã vlcus ortus eſt, celerrimè bubones excitantur. Cernitur autẽ aliquando ipſa quoq; vena per totũ mẽbrum rubra, calens, & diſtenta, ac ſi quis eam tangat, dolens. Ergo ſi vel totum corpus ſit plethoricum, vel malo ſucco redundet, difficilis curatio redditur. Sin ſanum, planè ſit facilis. Quippe ex calfacere & humectare modicè totũ mẽbrum, quod dolor mitigetur: oportet (noſti autẽ eiuſmodi præſidiorũ materiam) ipſi vtique vlceri tetra pharmaco in linteolo impoſito (liquatur id oleo potiſſimũ roſaceo, vel ſi id non adſit, relaxanti aliquo.) Toto verò mẽbro, hapſo lanæ ex calente oleo imbuto circũdato. Quinetiã ipſi vlceri calidum

lidũ imponi medicamẽtũ oportet: ac super ipsum calidũ extrinsec⁹ cataplasma dare, quod ex farina vel hordeacea, vel triticea, vel ambab⁹ mistis cõstet. Humorẽ autẽ habeat aquã cũ pauco oleo. Nõ secus verò etiã ipsi adeni quæ phlegmone vrgeri cœpit, vt mitigetur, imponi debebit primo die lana ex oleo calẽte madẽs: nõ autẽ sicut nõnulli faciũt, statim addito sale. Pòst enim sale vtemur, cũ & tumor per totũ mẽbrũ fuerit remissus, & dolor vlceris sedatus. Quinetiã ma-
10 cedonicũ quod vocãt pharmacum, similiter sicut tetrapharmacũ: ipsi vlceri imponere licebit. Et enim similia inter se sunt solo thure tetrapharmacũ macedonico superãte. At si vel plethoricũ corpus sit, vel malo succo redũdet, curatio per ea quæ sic calent, fluxionẽ ad mẽbrũ citat. Atqui nec alia vlla vti datur. Cogimur ergo aliàs sanguinem mittere, idque aut vena incisa, aut mẽbris ijs quæ læsa nõ sunt, scarificatis. Manu
20 enim laborante, scarificabis crura. Altero crurum male habente, reliquum. Has nanque vacuationes indicat ipsa copia: sicut etiam succorum vitium, redundantis succi purgationẽ. Ac plerunque post hæc præsidia, glandularũ phlegmone desinit. Sæpe tamen vel ipso qui curat, ad corporis totius vacuationem segniore: vel ipso qui laborat, præ mollitie eã non admittente, earum phlegmone maior efficitur: sic vt ad suppurationẽ perueniat. Sed & quæ φύματα quoque

Græcè appellāt, memoratis carnibus ſicubi fluxio in eas procubuit, citra vlceris occaſionē accidūt. Vbi ergo diſtentæ vehemēter glādulæ ſunt, aut alia deniq; particula quæuis quā phlegmone premit, cogimur toto corpore prius vacuato ipſam ſcarificare. Sanè vacuamus totū corpus (ſicut in libro de plenitudine mōſtrauimus) non modò cùm in redūdantiæ ſuccorum eſt habitu: ſed etiā, cū mediocritatē ſuccorū cōtinet, ſi morbi magnitudo ſuadeat. Siquidē dolor, & membri in quo phlegmone ſedet, calor, etiā ſi purū ab excrementis totū corpus, ſit fluxionis cauſæ fiūt. expedit igitur parcius id, hoc caſu facere: ac vacuare prout maximè tū ætati laborantis, tum naturæ cōgruēre videbitur, æſtimatis præterea tū anni tempore, tum regione, tum ægrotantis ipſius cōſuetudine, de quibus ſæpe iam in multis diximus: ſic vt etiam ſi adhibita in ſermone non ſint, ſubaudire ea conueniat. Vbi verò phlegmones ipſe veluti feruor iam ſubſedit, mitigatorijs cataplaſmatis dimiſſis, ad ea quæ digerunt, paulatim eſt trāſeundum: ac primùm cum mitigatorijs paulū mellis miſcendum. Mox triticea farina in totū prorſus auferēda, cōtētis hordeacea cū melle vberiore. Deinde ad aliquod eiuſmodi digerentium medicamentorum eſt veniendum, quæ vel humida cōſiſtētia ſint, ſimiliter ijs quæ in linamentis, vel linteolis excipiuntur, (ἐμμοτα Græcè vocāt) vel cerati ſpecie. A duris autem

abſti

abstinẽdũ est: qualia pleraq; emplastra sunt: nã & phlegmonarũ reliquias cõtrahũt, & rursus phlegmonẽ in ægra parte excitant. Quin si pus aliquod notabile in suppurãte particula sit cõtẽtũ, nõ expedit (quod nõnulli faciũt) protinus incidere: imò exhalationem moliri medicamentis ad id valẽtibus, quorũ vsus ex affectu sit cõiectatus. Quippe cũ phlegmones naturæ quicquã in mẽbro adhuc restat, acria medicamẽta magis
10 irritãt quàm digerãt. Cũ verò quod ex phlegmone relinquitur, scirrhosum effectũ videtur, fidẽter iã valẽtibus medicamẽtis vtẽris: sed obseruato bis in die quẽ præstẽt effectũ, primũ manè, secũdò vesperi. Quòd si balneo quoq; vtatur, etiã eo tẽpore fiat. Si quãdo ergo ægrã partẽ medicamẽti acrimonia irritatã videris, ita vt tumẽtior aut rubicũdior sit, aut magis indoleat: mitigabis eã interea fomẽto, quod per spõgiã administrabis. Id autẽ aliquãdo ex aqua dulci esto, ali
20 quando etiã sal habẽte, vbi scilicet scirrhosiores phlegmonæ sunt. Sin aliqñ puris copia medicamẽta superet, nec ea videãtur tibi totũ digerere posse, secare exitum ei quod digestioni nõ cessit, eo potissimum loco oportet, quo est editissimum. Quippe tenuissimam etiam illic inuenies cutim. Memineris præterea in sectione & alterius indicationis quæ ad effluxum pertinet: atque ad ambo respiciens, ita quod suppurauit incide: ac deinceps medicamentum aliquod eorum quæ

sine morsu siccēt, impone. Quòd si computruisse portio aliqua suppurātis partis videbit, excidi eā est necesse. Sanè quidā in ijs quæ in axillis & inguinibus suppurāt, in myrtei folij speciem semper excidi cutim iubēt: quoniā in ijs laxa ea naturaliter sit, ideóq; omne quod ipsi aduenit promptè recipiens [præterea] ipsa ex leui occasione phlegmonē facilè cōtrahāt. At maximas aliqui sectiones facere solēt: quarū occasione particula vbi ad cicatricē est perducta, nō solū turpissima redditur, sed etiā fit imbecillior, & quæ sæpe homini ad motus sit in mora. Hæc igitur ipsi vitātes, sæpissimè certè sola incisione, et medicamētis valēter siccātibus, huiusmodi affect⁹ sanauimus. Quòd si aliquādo excidere aliquid propter multitudinē nō puris modò sed etiā corruptarum partiū fuit opus, contenti eramus sectione quæ myrti foliū imitatur, planè non magna. Cùm autē in ea excisione longitudo maior quàm latitudo sit, esto in inguine longitudo per transuersum ducta: nō autē per mēbri rectitudinē. Quippe ita cùm mēbrū inflectimus, naturaliter cutis sibi applicatur: post excisam cutim, medicamēto quod Græci μάννα vocāt, affectā partē impleuim⁹. Est aūt ea purgamētū thuris, leui adstrictione prædita, atq; hoc nomine etiā thure ipso ad nonnulla vtilior. Thus enim puris tantùm mouendi facultatē obtinet: vtpote nullā adstringēdi vim habēs. Magísq; id facit*

*ὑπό-σϛομα.

quod

quod pinguius ex eo est, & magis albicans: sicuti etiã quod flauũ ex eo magis est, validius siccat. Mãnæ verò, etiã corticis thuris paululũ est admistũ: vnde scilicet adstringendi vim habet. Ipse verò cortex thuris tũ adstringit, tũ siccat insigniter. Itaq; etiã ad moderatiores sanguinis perfusiones eo vtimur solo: sicut etiam ad valẽtiores, solo vsto, sed tũc & cribrato, et in mollissimũ puluerem redacto. Quinetiam mitigare

10 *prius incisam partẽ (sicut dictũ est) quãtũ poscere videbitur, oportet, fomẽtis primũ, dein cataplasmate, mox humectãte aliquo medicamẽto, aut nõ siccãte: singulis scilicet extrinsecus impositis. Nã in ipso vlcere tũ mãnam (vt dictũ est) tũ ex præsidijs quæ linteolis excipiuntur, primũ ea quæ pus citant, dein ea quæ expurgant, sunt imponenda, post quæ, si cauitas etiamnũ sit, quæ impleant adhibenda sunt. Sin minus, ea quæ cicatricẽ inducunt: (Græcè συνουλωτικὰ & ἐπουλωτικὰ vocant) veluti quod ex cadmia conficitur.*

20 *At quoniã in horum quoq; vsũ plurimis medicorũ non paruum quiddam peccatur, non ab re fuerit etiam de ijs disserere. Tum nanque ducere vlcus ad cicatricem incipiunt, ac idonea illi rei medicamẽta applicant, cùm iam penitus sit impletũ, nec quicquã illi restat cauũ. Hinc illis accidit, vt cicatrices efficiant circumposita cute magis eminentes. Quò igitur illi cuti sint æquales, conueniet id genus medicamentis vti,*

lidius vel propter immodicū motū, vel aliquē ex Sole, aut igni teporē, vel acre medicamentū. Dolore verò angitur & propter intemperiē, et vulnus, & cōtusionē, & distorsionē & tensionem, præterea obstructionē quandā, & spiritū flatuosum. Intēperies modò extrinsecus illi puenit, modò ex succis q in ipso habētur corpore. Et extrinsecus vel ab aliquo venenatorū animaliū, vel pharmaco quod vehemēter excalfaciat, 10 aut refrigeret: etiā ex ambiente nōnunquā. Ex ipso verò laborantis corpore, cū id vitiosos succos, qui facultate sint dissimili, cōgessit. His igitur omnibus æstimatis, quæ phlegmonæ adhuc in generatiōe sunt, earū causas prius abscindes. Quæ verò iā factæ sunt, has vtiq; curabis solas. Ergo quidnā medenti agēdum sit, si totum corpus malè sit affectū, & dicta prius tū in his nō pauca sunt, tū in libro de plenitudine, & nunc 20 summas eorū quæ dicta sunt, recensebimus. Vbi enim æquabiliter inter se succi sunt adaucti, id & πλῆθος & πληθώραν Græci vocāt, nos plenitudinem, & succorū redundantiā dixerimus. Vbi verò vel flaua bili, vel nigra, vel pituita, vel serosis humoribus refertū corpus iā fuerit, eū habitū κακοχυμίαν, quasi succorū vitiū dicas, nō plethorā nomināt. Ergo plethora tū sanguinis missione curatur, tū frequenti balneo, tū exercitatione, tū frictione: præterea digerētibus medicamētis: & præter hæc omnia media, de q

bus in ijs quæ de sanitate tuẽda sunt prodita, dictũ abundè est. Succorũ vitiũ purgatione, quæ cuiq; superãti succo sit accõmodata, corrigitur. Dictũ porrò & de hac est in ea parte opus de sanitate tuẽda, quæ de vitãdis morbis est instituta. Illinc igit huc ea trãsferas oportebit, ac cõsyderes quonã ex ipsis vti maximè expediat. Siquidẽ si iã febricitet æger, nec exercitatione vacuare exuperãtiã licet, nec vnctione quæ excalfaciat: sed nec multa frictiõe nec balneo, imo sanguinis mißione, vnà cum inedia, vel purgatione aliqua. At si nõdũ febricitat, omnib⁹ iã dictis vtare, optimũ quodq; ad id quod instat deligẽs. Illud enim patêre vel me tacente arbitror, eum cui crura phlegmone laborãt, nõ esse vel ambulatiõe, vel cursu exercitãdũ: sed nec stare illi esse iubẽdũ: imò sedẽti plurimũ fricari, mox manuũ motu exercitari illi est satius. At si cui in supernis partibus cœperit pars aliqua phlegmone tẽtari, huic motus ex inambulatione aut cursu est salutaris. Similiter & frictio his quidẽ ea potior est, quæ cruribus adhibetur, illis, quæ in supernis partibus administratur. Quippe præceptũ in cõtrariũ reuulsionis, in omnibus talibus commune est. Neq; igit cũ vel circa sedẽ vel aliquã huic vicinã partẽ initiũ phlegmones incidit, aluum deijcies. Neq; cũ in vesica, vel cole vel renib⁹ est cœpta, pharmaca quæ vrinas prouocent, bibenda dabis. Nec si mulieri in vtero, vel pudendo

in

insedit, mẽses huic prouocabis: sed ad partes quæ maxime longinquæ sint: semper reuulsionem facies: æstimata scilicet tũ phlegmones magnitudine, tũ corporis totius statu. Nã si plurima succorum abundãtia sit, nec exercitatione, nec balneo sine periculo vtare. Si exigua sit, licet & ꝑ hæc vacues. Cæterùm, (quod dixi) hæc tũ in ea parte operis de sanitate tuẽda, quæ morbos præcauet, sunt scripta: tũ in libro qui de plenitudine inscribitur: tũ in his quæ de phlebotomia, siue incidenda vena, tum quæ de purgantium medicamẽtorum facultatibus edidimus. Sed quod ad commonefaciendũ tantũ de ijs sit satis, nũc etiã abundè est dictũ. Itaq; ad propriã de phlegmone disputationẽ nũc est veniendum. In qua primũ meritò verba faciemus de phlegmone, prout ab affectu partis cui insedit, est orta. Quippe satis constat affectũ illum principio tibi esse sanandum: mox quicquid iam phlegmones est factum. Porrò interim ijsdem præsidijs ambo tolluntur: veluti cùm ex flatulento spiritu & densitate particulæ dolor quispiam est ortus. Hoc enim casu eorũ quæ modicè calefaciũt, (ꝙ etiã χαλαστικὰ, id est relaxantia, siue remittentia vocamus) vsus est commodus: vt qui pariter & cõniuentia corporis laxet, & flatuosum spiritũ tenuet, & quod phlegmones iam conflatũ est digerat. Ad eundẽ modũ & si ex frigido dominante intemperies sit oborta. Nam tunc quoq;

calefac

calefaciendo, non solùm intemperãtiæ, sed etiam phlegmonæ vnà medeberis. Itidẽ si calor vehementior intẽperiẽ fecit: refrigerãtibus præsidijs ambo sistes. Siquidẽ intemperãtia cõtraria semper requirit. Vacuatur aũt quod impletũ est, nõ modo medicamẽtis ijs quæ digerũt, sed etiã quæ adstringũt & refrigerãt. Magísq; profectò ad incipiẽtes phlegmonas frigidis adstringẽtibúsq;, quàm ijs quæ digerũt est vtendũ. Atq; etiamnum magis, vbi crassum quod confluit, non est. Sed si sanguis in particula quã phlegmone prehendit, vehementer est impactus, nõ est amplius repercutientibus vtendũ: sed tũ digerere est tempestiuũ. Vbi autẽ ex animalis punctu morsúve dolor incidit, duplex sedãdi doloris ratio est, vel virus ipsum vacuãdo, vel quod dolorẽ excitat, alterãdo. Sanè vacues id eorũ medicaminũ ope, quæ vehemẽter attrahũt. Alteres ijs quæ sunt cõtraria, ídq; vel qualitatibus, vel tota substãtia. Monstratũ nanq; est in libris de medicamẽtis, quædã esse totis substãtijs inter se contraria, quædã solis qualitatibus. Sed & illud indicatũ æquè est, quòd eorũ quæ cõtraria qualitate sunt, methodus quæpiã sit, eorum quæ tota substãtia sunt aduersa, methodus nõ sit, sed omnia sint per experientiã inuenta. Tu igitur quæcũq; methodo curãdi explorẽtur, hinc disces. Quæ experiẽtia tãtũ deprehẽdit, ea in his operibus quibus de medicamẽtis agitur, sunt collecta, vno quod de

10

20

facultate eorũ inſcribitur, altero quod de cõpoſitione, & tertio quod de facilè parabilibus inſcribitur. In quibus operibus oſtẽdimus quænã ex ſola experientia, quænã ex ſola ratione, & quænam ex ambabus inuenta ſint pharmaca. Ergo methodus quã hoc opere tradere inſtitui, in doloribus vniuerſis qui vel ex animaliũ medicamentorúmve noxa excitãtur, duplicẽ indicationẽ habet, nempe eius quod dolorẽ creat vacuationẽ, atq; alterationem. Vacuãt id tum calfacientia omnia: tũ quæ citra calefactionẽ vehementer trahũt: veluti & cucurbitulæ, & caua cornua quædã, quibus nonnulli cucurbitularum vice vtũtur. Sunt autẽ & qui ore ſuo virus extrahũt: ægræ videlicet particulæ admoti, ipſámq; labijs cõplexi. Huc ſanè ptinet & cauteriũ, & medicamenta quæ cauterijs ſimiliter eſcharam efficiũt. Atq; hæc omnia totam eius quod infeſtat, ſubſtantiã exinaniunt. Alterũ auxiliorum genus eſt eorũ, quæ qualitatem per contraria alterãt: ſcilicet exhibentibus nobis, ſi vehementẽ calorẽ æger vel in ipſo demorſo loco vel in toto corpore ſentiat, auxilia refrigerantia: ſin frigus ſentiat, calefacientia. Docuimus autem vtraq; in ijs operibus, quæ de medicamẽtis ſunt ſcripta. At tales quidem, omnis phlegmones communes medicationes ſunt. Variãtur autem pro laborantium particularum ratione. Etenim id iam quoq; oſtenſum eſt, vbi de vlcerum

cerum curatione egimus. Nec longo sermone est opus ei qui meminerit eorũ quæ ibi sunt dicta: sed sat erit paucis ea transcurrisse.

CAPVT VII.

VNa itaq; indicatio ex ipsis similaribus accipitur partibus: altera ex instrumẽtarijs, & ea quæ ex similaribus sumitur, modũ calfaciendi, refrigerandi, siccandi, ac humectãdi determinat. Quæ vero ex instrumentarijs, tũ locum ipsum per quẽ vacuare oportet, tũ vacuationis rationem, tum vero in simili speciei medicamẽtorum vsu ipsum pluris minorísq; modum. Ac de similariũ quidem partium indicatione suprà, vbi de vlcerum curatione est tractatum, diximus: de instrumentaria vero hîc agemus. 10

CAPVT VIII.

CVm enim phlegmone duplici ratione à natura recesʃit, & quòd pars ipsa multo sanguine sit referta, & quòd eadẽ sit calidior, vtique vacuationis indicatio refrigerationis indicationem vincit: contrà scilicet quàm in erysipelate. In illo nanq; refrigerationis indicatio magis vrget quàm vacuationis: quanquam vtriusque affectus curandi commune caput est infestantis humoris vacuatio. Ideóq; postquã refrigeratum erysipelas est, ad ea quæ digerũt medicamenta, cõuertimur. In phlegmone igitur tãtisper est refrigerãdum, quatenus & ad incrementum eius sistendũ inhibẽdúmq; est cõmodũ. Etenim cùm 20

immod

*immoderatus calor dolorem excitet: atq; etiam aliquid ad ægram partem attrahat, vtroq; nomine augescere phlegmonē accidit. Ergo quantū refrigerationis phlegmonæ, ceu calido morbo congruit, tantum certè & incrementū eius inhibere est aptum. Idem parem gratiā præstat & cū * repercutit id quod affluit. Quod verò ex eo quod in laborāte mēbro continetur, quidpiam in proximas partes repellit, hoc phlegmones iā genitæ medela est. Similiter modo et quæ modicè excalfaciūt, vtraq; interdū ratione psunt, quoniam & dolorem sedent, & quod cōtentum in laborante particula est, digerāt. Quippe dolorē mitigando, augeri phlegmonas vetant: digerendo, quod earum iam conceptū est, sanant.*

ἀναστέλλει i. reprimit.

CAPVT IX.

QVoniam igitur momentum omne curationis laborantis phlegmone partis, in redundantis in ipsa sanguinis vacuatione consistit. vacuatio autem hoc genus affectorū excogitata est duplex, aut translato ad alias partes qui in ægra continebatur sanguine, aut foris à corpore expulso: satius profectò est vtraq; vti, obseruātibus diligenter ne qua ex accidenti læsio sequatur. Ergo cū gemina sit dictarum vacuationū vtraq;, quadruplex in vniuersum nascitur vacuantiū auxiliorum genus. Translationis enim sanguinis ad alias partes alterū genus est, vbi ipsa pars quæ phlegmone laborat,

sangui-

ſanguinẽ abigit. Alterum cùm ea quæ integra ſunt, ad ſe trahũt. Eius autẽ quæ extra corpus educit, alterum ſenſibili effluxu, alterũ ratione tantùm contẽplabili perficitur. Atque id quod ſenſibili effluxu peragitur, aliàs per ipſam fit partẽ in qua phlegmone reſidet, aliàs p ea quæ vnà cũ hac aperiũtur. Proinde etiã diſſectionũ notitia ad eiuſmodi conſortium intelligendũ eſt opus. Ergo tum hæ indicationes phlegmonarum curationem immutãtes à partium natura præ-ſtantur: tũ ſupra has quæ tum ex poſitu, tum figuratione ſumuntur. Quas nimirũ laborãs locus, quà inſtrumẽtalis, nõ quà ſimilaris eſt, indicat. Sunt etiã aliæ quæ tum inſtrumentaliũ, tum ſimilariũ cõmunes ſunt: ſicuti cùm actionẽ earũ inſpicimus, præterea an rara pars ſit, an dẽſa: an acuti ſenſus, an hebetis. Ad q̃ omnia intentum eſſe oportet, qui rectè curare ſtudet. 10

CAPVT X.

QVoniam verò (vt ſemper teſtati ſumus) nõ ſatis eſt ipſa tantùm vniuerſalia nouiſſe, niſi quis etiam in particularibus ſe exerceat, ita vtiq; & nos nũc faciamus: non tamen omnia particularia percurrentes, ſed ea tãtùm quæ nobis ſatis eſſe lectori videbuntur. 20

CAPVT XI.

PRoponatur itaq; iecur iam phlegmonẽ contrahere cœpiſſe, tum quænam mali eius cõmodiſſima ſit curatio, quæratur. Omnium ergo pri

primũ ab iis quæ retuli incipiẽs, an totũ corpus
inanitiõe indigeat, cõsiderabis. Quod si indige-
re inueneris, mox ægri virtutẽ æstimabis: posſit-
ne semel* iustam vacuationẽ tolerare. Primũ *ἀθρόα
ergo valida virtus esto. Ab hac æstimabis æta
tẽ. Nã si puer sit, quæ per disſectam venã fit (vt
suprà est monstratũ) vacuationẽ non feret. Ve-
rùm cùm pubertatem attigerint, iam pueri miſ
ſionẽ sanguinis tolerant. Ergo pariter tũ reuel-
10 lendus, tum educẽdus qui ad iecur fluit sanguis:
est, interna in dextro cubito insecta vena: pro
pterea quod & *è regione, & ampla via cũ ve *κατ' ἰξύν
na quæ caua dicitur, societatẽ habet. Hac nõ ap i. è directo.
parẽte, media secũda est. Quòd si nec ea se osten
derit, reliqua ac tertia est incidẽda. Modũ verò
vacuationis tum ex redũdantiæ modo, tũ ex re-
liquis quæ in superioribus diximus, inuenies, æ-
tate, natura, tempore anni, regiõe, & cõsuetudi
ne, tũ ante hæc, ipsa laborãtis virtute. Hæc enim
20 in omnibus sunt cõmunia. Illud verò, internáne,
an media, an humeralis vena secanda sit, an ea
quæ iuxta malleolũ est, an quæ in poplite: id ve-
rò ex laborãte particula indicatur. Ac defini-
tum iam est in iis quæ de incidenda vena scripsi
mus, de vacuationibus id genus omnibus, dice-
turq́; nũc, quantũ sit ad rẽ propositã opportunũ,
primũq́; hoc ipsum, nõ esse scilicet solum illud sa
tis, quod vacuandũ sit inuenisse: veluti sentiunt
qui amethodon sectã colũt: quibus nulla de labo

rantiũ locorũ differẽtia habetur ratio. Nõ enim ratio solùm, verumetiã vsus ipse indicat, aliam alij parti vacuationẽ cõgruere. Siquidem ex iis quibus oculi tẽtari phlegmone cœperãt, nõnullos sola purgatione per aluũ, vno die sanatos vidisti. Quã rem si quis facere in iocinore cùm phlegmone laborare incipit, tentet, maximã excitabit phlegmonẽ: æquè vt si cùm in renibus aut vesica incipit, inflãmatio quæ vrinas cient, medicamẽta exhibeat: aut si cũ vterus phlegmone laborat mẽses deuocet. Siquidẽ lõgißimè à tẽtata fluxione parte quod redũdat reuellere, nequaquã ad eã trahere cõuenit. Hac itaq; ratione, nec si ventriculum aut intestina phlegmone occupare iam cœperit, medicamine quod aluũ deiiciat, vti conueniat. Eandem cum his indicationẽ & vterus sortitur, sicuti cũ vrinæ vasis, pudẽda. At vomitu vti pudibundis laborãtibus in diuersa reuellens auxilium est. Græci ἀντισπαστικὴν vocãt. Eadem ratiõe in omnibus quæ circa caput accidũt purgatio ad contrarium auertit. Si qua verò circa fauces, & palatũ, aut linguam, aut deniq; in ore, phlegmone laborare inceperint, in his omnibus cauenda sunt quæ pituitã per os euocãt. ἀποφλεγματισμὸς vocãt. quippe cùm id simile sit, ac si deiicere aluũ intestinis ægrotãtibus velis: aut vrinas mouere, cùm renib. aut vesicæ sit ægrè: aut vomitũ lacessere, cùm partes stomachi sint afflictæ. Satius igitur sit, vbi partes

quæ

quæ in ore sunt, phlegmonē accersere cœperint, deriuare ad nares. Pari modo venā quoq; vbi hæ partes sic laborāt, incidere humeralē in manu, si ea nō cernit̄, mediā, vbi iecur, pectus, pulmo aut cor sic afficiunt̄, internā. In angina, quā συνάγχην Græcè vocāt, primas in manibus. Secūdas eas, quæ sub lingua habētur. At iis quæ in occipite sunt, afflictis, etiā eam quæ in cubito est, necnō eam quæ habetur in frōte. Renibus verò, & vesica, & pudēdo, & vtero sic habētibus, eas quæ in cruribus sunt sitæ: ac potißimū quæ circa poplitē sunt. Sin minus, eas quæ iuxta malleolū, ac perpetuò quidē in omnibus, eā quæ è directo est. Vbi iecur phlegmone inuadit, quæ in dextra sunt manu: vbi lienē, cōtrà. Itaq; statim prima vacuationis diuersitas pro particularum diuersitate variat̄: cōstatq; cōmunem indicationē nō magis esse vtilitatis quàm noxæ causam. Siquidē quòd vacuandū sit, id cōmunis indicatio est, vnde autē, aut quomodo vacuatio sit faciēda, id æger ipse docet locus. Ad eundē nanq; modū, vbi pectus, aut vētriculus, aut partes circa collū capútve phlegmone laborāt, excogitatū est artus vincire. Quippe ipsum quod phlegmone infestat̄, vinciēdū nō est. Sed si in manibus phlegmōe est orta, crura: sin in cruribus, manus.

CAPVT XII.

SEd nec refrigerare inter initia, aut adstringere, citra laborātis particulæ indicationem.

vtilitatis magis quàm noxæ sunt causæ. Nã in particulis quæ circa artus sunt, sat fuerit etiam spongiam vel ex frigida aqua, cui paululũ aceti sit immistũ, vel aqua sola madentem imponere: sicut etiã ex vino aliquo austero. In iocinore verò si phlegmone laborare cœpit, nemo cõpos rationis his vtatur, imò nec si melino infundas, aut myrteo, aut mastichino, aut nardino, aut lẽtiscino, aut aliquo oleo quod adstringat, aut etiã alio quopiã cui absynthiũ sit incoctũ: ne horũ quidem vllum conueniet frigidũ, sicut nec vllum cataplasma frigidum. Sed si mala præcipuè cotonea vino incoquens, cataplasma ex eo præparaueris, si iecur phlegmõe laborare adhuc incipiat, ne id qdẽ admouebis frigidũ: veluti nec oleũ, vt dictũ est, præparatũ, vel oculis, vel oris partibus, sicubi hæc tentari phlegmõe cœperit. Auri verò etiã si acetum cum rosaceo infundas, nil offendes. At nõ est hoc oculis laborãtibus vtile, veluti nec medicamen quod ex moris conficit: aut aliud quippiam eorum quæ στομάτικα Græcè dicuntur. Sũt enim eiusmodi omnia oculis tristia, quanquam genere sunt ex iis quæ indicentur. Glandulis verò phlegmone tentari cœptis, sæpe solum oleum calens sat fuit.

CAPVT XIII.

SEd et reliquus victus ordinãdus iis quibus glandulæ, aut etiã aliquid circa artus phlegmone tentatur, vnam tantũ indicationem habet:

bet: quæ tot ac talia exhiberi iubet, quot et qualia facillimè cõcoquentur. Nec quicquã refert, alicam, an ptissanã, an mulsam, an punicũ, an malum, an tale quippiam exhibeas. At si iecur phlegmone infestatur, exquisitissimo victu est opus. Aeque profectò & si vẽtriculus sic laborat, quippe munus eorũ toti animali est commune. Acceditq; omnibus animalis partibus maximũ incõmodũ, siue nõ probè concoctũ alimentum sit, siue nõ ritè in sanguinẽ cõuersum. Ar-
10 tuũ verò partes, tantũ alimenti capiũt, quanto sunt nutriendæ. Quo fit, vt siue ex malo quod probè in vẽtriculo sit concoctum alimentum ad eas perueniat, siue ex alica, siue ex ptissana, non multũ intersit. In iocinore verò quantũ referat nutrimentorũ differentia, tum quòd maximam in vtranq; partem vim habeat, hinc discas licet.

CAPVT XIIII.

Nam expelli è iocinore oportet, quicqd in
20 eo tum amaræ bilis, tũ saniei quæ ex phlegmone prouenit, est collectũ. Id verò fieri nequit, nisi & vasa quæ sunt in viscere, detergeantur, & meatus qui ad ieiunum pertinet, sit apertus. Ergo alica cũ & huic inhæreat, & vasa quæ in viscere sunt condita obstruat, præcipuéq; eorũ ora: & bilẽ in intestinũ descendere, & alimentum in totũ corpus digeri prohibet. Poscit ergo tum iecur ipsum, tũ os meatus qui bilẽ trãsmittit, cibos & pharmaca quæ obstructa recludãt.

*Talia verò omnia sunt, lenta quidẽ minimè, sed tenui cõsistentia, & qualitate mordẽte. At verò ab his, vtpote mordẽtibus, phlegmone irritantur. Quare quæ citra morsum ea detergeãt, indigemus: cuiusmodi scilicet mulsa est. At noui mus dulcibus omnibus, tum iecur, tum lienẽ maximè intumescere. Supersunt igitur quæ culpa vacẽt, vt in cibis ptissana, quippe quæ sine morsu deterget, vt in pharmacis oxymeli aqua mistũ. Nã & punicũ malũ, * & cætera quæ adstringũt, dum bilis meatus os arctãt, bilem ipsam excerni prohibẽt. Atq; inde iocinoris phlegmonis sunt incõmoda, præsertim iis quæ in cauo visceris cõsistũt. Quibus ad angustias quas facit ipsa phlegmone, etiam ea quæ ex adstringentibus & lentis fit cibis, accedit, ac quæ mordẽt, ea phlegmonas ipsas, quæ in cauo sunt visceris, magis irritãt. Quippe iis quæ in gibbis eius consistũt, mutata iam veniunt ea quæ assumpta sunt: ita vt nec quæ adstrictoria sunt, similiter adhuc adstringãt: nec quod mordẽs est, similiter mordeat: nec quod propter lentorẽ in angustis vasis hærebat, similiter etiam nũ maneat lentũ. Est aũt his occasio mutationis duplex, et quòd prius sunt cõcocta, & quòd sanguini qui in iocinore prius erat, sunt admista. Cauo autẽ iocinoris phlegmone obsesso, protinus etiã venas quæ in mesenterio sunt, vnà phlegmõe laborare est necesse, qñ ex ea quæ ad portã pertinet, oẽs sint ortæ, protinus etiã*

*Addendũ καὶ τὸ μῆλον, i. & cotoneum.

10

20

quæ

quæcũq; osculis earũ incidũt, vim suã ostendere.

CAPVT XV.

AN tibi ad cõmunem phlegmones curatio nẽ parua ex particulis ipsis accedere diffe rẽtia videt? Mihi sanè maxima videtur, quã- uis ij qui Thessali stupiditatẽ æmulãtur, cõmu- nẽ indicationẽ solã satisfacere putẽt. Placet aũt nunc ad memoriã reuocare tibi egregiã eorũ cu rationẽ, quã Theageni philosopho Cynico adhi-
10 *buerũt. Siquidẽ hanc norũt plurimi, propter vi- ri famã, vt qui publicè disputare in Traiani cir co quotidie sit solitus. Erat qui hominẽ curabat, vnus ex Sorani discipulis, nomine Attalus. Is imposuit quotidie iocinori cataplasma ex pane & melle, haud intelligẽs viscus hoc mediocriter adstringi debere, propterea quòd animalibus al tricis facultatis principiũ sit, & venosum ab hoc oriatur genus. Ita igitur viscus curauit, sicut bu bonas, meris scilicet & solis relaxãtibus vtẽs, ca-*
20 *taplasma ex pane & melle imponẽs: ac prius o- leo calẽte perfundẽs, tum sorbitione ex alica ci- bãs. Hæc nãq; tria fermè omnibus nũc Ame- thodis istis Thessalis ad acutorũ curationem suf ficiũt. Visum autem est mihi seorsum Attalũ monere, vt adstringens aliquid admisceret, nec nudis vteretur relaxãtibus, ac de visceris quidẽ natura nihil erã homini dicturus. Id enim fuis- set planè asino fabulam narrare: sed quod me persuasurum homini arbitrabar, & cui omnes*

homines facillimè assentire video, id tantũ exposui, nempe longam experientiam medicos docuisse: vt iecur mista medicamentorum materia curarent. Eam autem scriptam inuenturũ in iis medicorũ libris, qui sint de medẽdi ratione conscripti. Si ergo, inquã tibi videt̃, misce aliquid de absynthij coma diligẽter tunsa, cataplasmati. Oleo verò, totius herbæ aliquid, modicè id quẽ admodum alios cernis in illo incoquẽtes. Cataplasmati verò μυροβαλάνου πίεσμα, & irim, & iunci florẽ, aut narditidos herbæ radicem, aut cyperi miscebis, non inutile sit & ex vino ea aliquãdo præparare, ac miscere interim etiã de fece ipsa. Quinetiã aliquid adstringentiũ incoquere malorũ, cuiusmodi cotonea sunt, & quæ vocãtur struthia. Præterea quæ Romæ abũdant, vocata cestiana. Oleũ verò (nã id quoq; video miscere te) nõ quodlibet esto: sed vel hispanũ, vel histricũ, vel crudũ, vel lẽtiscinũ, vel myrteũ, vel melinũ, vel nardinũ vnguentũ. Porrò aliã materiã plurimã esse dixi eorũ quæ incoquere liceret. Nã & lentisci tenera germina, & myrti, et rubi, et vitis præsertim syluestris, à qua œnanthẽ vocatã decerpimus. Non alienũ etiam sit, & atticũ hyssopum tum cataplasmati, tum etiam ceratis miscere. Nam & cerata quæpiã illi ex eiusmodi materia imponere post cataplasma suasi: & apponere illi tentabã vniuersam deinceps curationẽ: quò scilicet etiam quæ à medicis Græ-

cè

cè ἐπιθέματα vocātur, ex miſta materia compo
neret. Nā melius inquā eſt ſublato cataplaſma
te aliquid ſuper viſcus eſſe. Attalus verò ſer-
monē meū interpellās. Niſi multū (inquit) tibi
tribuerē, nihil horum toleraſſem, nam in quibus
ſuperiores medici paſsi naufragia ſunt, priuſ-
quā vera medicina inuēta à noſtris eſſet, ea mi
hi veluti ignaro ſuades. Cæterū treis (inqt) aut
quatuor dies ſine me Theageni ex mea ſentētia
10 proſpicere: & ſanū eum penitus cōſpicies. Sed qd
inquā, ſi cùm ſubitò pauci, & hi lenti apparue-
rint, ſudores, moriat̄? recordaberíſne quæ promi
ſeris, ac de cætero ſentētiā mutabis? Atq; At
talus poſt hæc abiit irridēs, nec qcquā præterea
reſpōdens, ſic vt neq; de alica quicquā me cōſule
re permitteret. ſed nec quod ex iis quæ vrinas
ciēt, miſcere aquæ paulò poſt oporteret, quòd ſci
licet iocinoris gibba eſſent afflicta. Nā ſicuti io
cinoris cauū per aluū purgatur, ceu paulò ſuprà
20 diximus, ſic gibba eius per ea quæ modicè vri-
nas mouet, cuius generis eſt apiū. Procedente au
tem tēpore, vbi phlegmonē iam cōcoquit, etiā va-
lentioribus vti licet, aſſaro, & celtica nardo, &
phu quod vocāt, & petroſelino, & ſmyrnio, &
mio: ſicut etiā per ventrē vacuare, ſi cauū affici
tur, cnico cibis admiſto, & vrtica, & mercuria
li, & epithymo, & *filicula, omnibus præterea * πολυ-
quæ modicè aluū deiiciūt, magiſq; in remiſsioni- ποδίῳ.
bus tum his ipſis audacius q̄ ante vtendū, tū ve

rò quæ his sunt valẽtiora, partim in ptissana incoctis, partim tũsis, ac in mollissimũ pulucrem redactis, exhibẽda verò et hæc sunt vel ex ptissana, vel ex aqua. Ego nãq; etiã filiculæ aliqd in ptissana aliquãdo incoxi, & nigri veratri corticẽ. Etiã clystere vacuare eos cõueniet: inter initia vel sale, vel nitro, vel aphronitro aquæ mul sæ admisto contentis, in remissione, verò, potissimũq; si quid scirrhosum relictũ è phlegmone est, etiã valẽtiora medicamẽta miscẽtibus. Quippe hyssopũ eo casu aquæ incoquimus, & origanũ, & colocynthida, & minus centauriũ. Opportunissima nãq; ad scirrhũ sunt iecur & lienis, siue quis parum habita de his ratione glutinoso cibo vtatur: (sicut Attalus qui Theageni quotidie alicã exhibuit) siue nihil offerat quod tũ obstructiones eximat, tũ detergeat. Verùm quod contigit Theageni, vel potius Attalo, dici est tẽpus. Vt enim promiserat post treis dies daturũ se hominẽ à iocinoris phlegmone liberatũ, tum magis quàm prius calẽte oleo viscus plurimũ perfudit, tum cataplasmate frequẽtius est vsus: hac diligẽtia felicius sibi curationẽ cessurã sperãs: respõditq; percontãtibus de Theagene gloriabundus meliora. Cæterùm contigit præ vt ipse prædixerã, subitò hominẽ mori. Et quod omnium maximè dignum risu fuit, ducebat Attalus secũ ex iis qui de hominis statu rogassent quosdam, quibus ostenderet adeò rectè eum se habere, vt iam

effet.

esset lauãdus: lætúsq; cũ multis ingressus est domũ in qua iacebat: cum Theagenem mortuum quidã ex amicis, qui & Cynici quidã erãt, & alioqui philosophi, lauare ex more pararũt. Itaq; etiã vsq; ad mortuũ accedere, ídq; vnà cũ spectatorũ cœtu Attalo cõtigit: vtpote cũ nemo intus lugeret. Nam Theageni nec seruus erat, nec puer, nec mulier: sed cũ eo soli amici philosophãtes versabãtur: qui iusta quidẽ mortuorũ, citra
10 tamẽ omnẽ luctũ obibãt. Atq; hãc laudẽ Thessalius asinus inter multos spectatores est consecutus, ostẽdẽs explicatũ à phlegmone hominẽ intra quatuor (vt pollicitus est) dies. Reliqui verò methodici cũ innumeros quotidie iugulent, adeò rationẽ curãdi mutare adhuc nolunt, vt quæ à medicis sunt scripta, qui artis operibus verè insudarunt, ne vel semel experiri velint: adeò indelebile vitium vehemens ignorantia est, præsertim si cum superbia sit coniuncta. Eiusmo-
20 di igitur in omnib. sunt Thessali sectatores.

CAPVT XVI.

NObis autẽ vitandi eiusmodi errores sunt. At si nihil aliud suppetat, saltem ipsi experientiæ credẽdum. Id quod ipse perpetuò suadere non desino ijs qui circa rationem parũ sunt exercitati. Nam melius profectò ijs est, quando & rudes sunt, & simul in rationabili methodo, quam nos nũc prodimus, minimè exercitati, vt nihil penitus ex ratiocinando accipiant.

Quippe

Quippe iocinoris substātia, scirrhis maximè opportuna est: vtpote quæ naturaliter lutosum quippiā cōtinet, veluti medicus quidā nostri tēporis per iocū dixit. Lienis verò rarior substantia, q̄ iocinoris est. cæterùm crebrius scirrhosis vitiis affligitur, propter nutrimenti quo vtitur speciē. Mōstratū nāq; est quòd crasso nutritur sanguine: qui veluti limus purioris est facilliméq; nigra bilis efficitur, ideóq; etiam ipsum melancholicum: siue atrum, appellamus excremētum. atq; hæc duo viscera scirrhosis tumoribus tentari, vel experientia ipsa clarè indicat. Renes verò, quòd cōditi sunt, tactum effugiūt. Cæterùm hos quoq; facilè scirrhis deprehendi ratio docet, atq; idcirco nephritidas aliàs facilè solubiles, alias ægrè solubiles esse: cùm renes ambo habeāt quæ in viscerū vtroq; prædicta sunt inesse, tum substātiæ qualitatē, tum excrementorū quæ per ea dilabūtur vitium. Quo fit, vt qui crassi succi cibis vescantur, calculi vitio vexentur. Ergo quāto trium horū viscerū scirrhosi affectus difficilius curātur, tāto magis esse solicitos oportet, ne quis in hos incidat. Maximè autē (vt dictum est) incidūt, qui ipsis phlegmone laborātibus, iis cibis vtūtur, qui crassos lentosq; succos efficiāt. Quinetiā eiusmodi affectuū medicamina inter omnes cōuenit, ea esse quæ dissecēt & dissoluāt, & fragant. Quæ vtiq; ex eorū sunt genere, quæ obstructiones eruunt et detergent: cæterùm viri-

10

20

bus valẽtiora. Horũ nõ solũ materiã, sed etiã facultatẽ in opere de simplicibus medicamẽtis exposuimus. Itaq; etiã breuior nũc ero, cõtẽtus generali facultate & sola methodo, cũ paucis exẽplis. Nã cũ & facultatũ materiã iã habeas præparatã, & quæ curationẽ vnà coindicẽt sint prædicta, nihil nũc aliud superest, nisi vt proprias cuiusq; morbi indicationes cõmemorẽ. Coindicãtia igitur voco virtutẽ, naturã, ætatẽ, anni tẽ-
10 pus, regionẽ, & cõsuetudinẽ, & si qua sunt id genus alia. Proinde de ea quæ à particulis sumitur indicatione, deinceps dicã, initio à iocinore sumpto. Quippe vbi id phlegmone laborat, quæ extrinsecus applicãtur, ea mistæ esse facultatis debere postulat: idque non in generatione phlegmones modò (est enim id omnium phlegmonarum cõmune: quando etiam si quis repellẽtibus tantum illo tempore vtatur, nõ peccet) sed etiam
20 cùm nec affluat amplius quicquam, nec repelli quod in laborãte particula cõtinetur, possit. Accidit enim hoc quoque multis de causis. Sanè in principio tum parum est quod affluit, tum magna ex parte non ita crassum, tum partis ipsius quæ recipit virtus nonnunquam valentior, vtpote nõdũ lassata: tũ quod in afflicta cõtinetur parte, nondũ violẽter impactũ. At cum phlegmone in vigore suo iam consistit, tum multus in ea sanguis cõtinetur, isq; crassior subinde, ac vehementer impactus: tum virtus partis iam est

debilior: quã alioqui valentem requirimus, quo scilicet à se superuacua amoliatur: quandoquidẽ haud satis potẽs est adstringẽtiũ præsidiorũ vis, quæ sola totũ, efficiat. Quippe potest hæc cogendis ac cõstringendis, & veluti densandis, & exprimẽdis corporibus quæ tenuiora consistentia sunt ad circumpositas partes expellere. Cæterùm nisi etiã laborãtis particulæ virtus aliquid auxilietur, nihil adeò magnũ efficiat: tũ igitur quæ à phlegmone sumatur, vna duntaxat agendorũ 10 est indicatio. Hãc Græcè διαφόρησιν vocãt: Latinè digestionẽ, euaporationẽve dixeris. Hæc humorem qui in phlegmone obsessa parte continetur, per meatus insensibiles educit. Quæ verò ab ipsa sumitur parte, ea in diuersam nos partẽ trahit: scilicet robur eius seruari iubẽs. Coëuntibus igitur vnà cõtrarijs indicationibus, compositum quoq; esse medicamẽtum oportet. At femur si phlegmone laboret, aut tibia, aut cubitus, aut brachiũ, aut qui in his sunt adenes, causa nõ est 20 cur horum robori consulas. Hæc tibi communis indicatio sit in omnibus ijs partibus, quarum munus eiusmodi est, vt toti corpori sit ex vsu.

CAPVT XVII.

Ergo nec lienẽ tantùm relaxãtibus curare oportet, cùm hic quoq; ex iocinore quicquid limosum & melãcholicum est expurget, propterea scilicet quòd ex eo humore nutritur. Idcirco quoties obstructio quæ in eum incidit, aut phleg

phlegmone,potißimùm quum scirrhosa sit,tum ea quæ obstructiones eximãt,tum quæ dissecẽt, vehemẽtiora exigit. Nam quale medicamẽtum iocinori est absynthiũ,tale est lieni capparis cortex. Quale rursus iocinori quod vocãt eupatoriũ,tale est lieni scolopendrium. Siquidem similia genere medicamẽta,ambo viscera postulãt. Cæterùm tãto valentiora lienis,quanto craßiore vtitur alimento. Scirrho igitur laborantibus
10 *ipsis cõuenientia nutrimenta sunt genere quidẽ eadẽ,sed maioris minorísq; ratione differentia. Itaq; & si capparis ex oxymelite edatur, vtilis sanè est vtriq; visceri,cæterũ nec ipsa pari modo nec similiter mistũ habẽs oxymeli. Nã & ipsa copiosior,& ex minus diluto oxymelite lieni erit vtilior. Atq; hæc differẽtia est quæ ex maioris,minorísq; ratione accepta est. At similiũ genere vel specie,aut quomodocunq; dixisse libet præsidiorum,ex actione,& *compositione indi-*
20 *catio sumpta est. A societate verò cum vicinis partibus,quod idẽ cũ situ est,illa capiũtur, quòd gibba iocinoris per renes expurgari oporteat:caua verò per inferiorẽ vẽtrẽ. In liene verò *altẽ tã dũtaxat esse superflui vacuationẽ, cùm quæ per renes agatur, nulla huic visceri vacuando via pateat. Proinde vbi phlegmone premitur,deiectorijs id medicamẽtis tũ detergemus,tũ lacessimus:quò dimittat deponátq; superuacua. Sanè duplex ratio est eiusmodi medicamentorũ vsus.*

*διαπλάσεως, i. figura.

*In antiq. legitur nõ τὴν ἑτέραν, sed τὴν καθ' ἔντερα, i. eam quæ per intestina fit.

Cùm

Cũ partes ſuperius poſitæ laborant, per ea quæ edũtur ac bibuntur. Cùm inferiores, per id quod ſit per clyſterẽ infuſum. Quãdoquidẽ quæ edũtur ac bibuntur, eorũ vis antequã ad inferiores partes perueniat, reſoluitur. Quæ infuſa ſunt, ea omnino ad ieiunũ vſq; aſcendere non poſſunt, imò etiam ſi admodũ nitaris, fortaſſe tenue tãtũ inteſtinũ cotingant. Ergo illud quoq; ex partium poſitura didicimus, nempè inferioribus inteſtinorũ aliquid eſſe per clyſterem infundendũ: ſuperioribus verò, atq; etiã ipſi ventriculo, lieni, & ſtomacho, supernè aliquid exhibendũ. Voco hoc loco ſtomachum, gulam, quam propriè Græci ſtomachũ appellant. Nonnunquam enim ita etiam vocãt os ventriculi: veluti cùm ſtomachice anima linqui aliquos dicunt. Verùm in gula, quæ propriè vocatur ſtomachus, cataplaſmata ſuper ſpinam [dorſi] imponimus, non autem ad pectus, quemadmodum cùm os ventriculi phlegmone vrgetur. Siquidem ſpinæ gula ſuperiacet, per collum & pectus deorſum vſque ad ventriculum porrecta.

CAPVT XVIII.

NEque igitur hæc nouere qui Theſſalum imitãtur, ideóque omnes vna ratione curant. Neq; vtiq; illud, quòd omne mẽbrũ phlegmone laborans, niſi cutim ſibi circundatam habeat ſpiſſam, tenuis ſaniei foras aliquid dimittit, ac laxat. Eò fit, vt ex ijs quæ in ore, & naſo,

so, & faucibus, & stomacho, & intestinis, & vẽtriculo, & visceribus omnibus sunt, aliquid foras effluat. Ad eũdẽ modũ etiã ex interna facie pectoris, cũ phlegmone premitur, excernitur aliqua sanies. Quẽadmodũ igitur lienis ipse, & iocinoris caua per intestina, gibba verò iocinoris & renes per vrinas expurgãtur: ita pectus vbi interna eius phlegmone tẽtãtur, per mẽbranam qua tegitur (ὑπεζωκότα vocãt) aliquid in mediũ
10 sui pulmonũq; spatiũ trãsmittit. Id autẽ expurgari per eãdẽ qua pulmo viã debebit. Dabimus igitur ijs qui sic laborãt, medicamẽta quibus tenuatoria sit vis, quibus & viæ aperiantur, & quæ deferẽda per eas sunt dissecẽtur [ac dißipentur] præsertim cũ vel crassæ substãtiæ sunt, vel glutinosæ, qualia in ijs sunt quos empyos vocãt, deligẽda tamẽ ex ijs sunt, quãdiu adhuc phlegmone inualescit, quæ mediocria sunt. [Cum verò planè iam decreuit, aut penitus cessauit, &
20 educi excremẽta postulãt quæ valẽtiora sunt.] Ergo mediocre in hoc genere est tũ ptissanæ cremor, tũ mulsa. Valẽtius autẽ & vrticæ semen, & mulsa in quã coniectũ fuit paululũ aliquid acriũ herbarum, quales sunt origanum, & hyssopum, & calaminthe, & pulegium, & illiricæ ireos radix. Quòd si vel plus horum admisceas, vel irin in mollißimũ puluerem tunsam cribratámq; in mulsam immittas, maximè incidens medicamẽ habebis. Ad eũdẽ modũ & quod ex

marrubio conficitur oxymeli, aliáque eiusmodi valenter craßiora excrementa quæ in pectore & pulmone continentur, incidere poßunt: omniúmque eorum copiam inuenies in operibus ijs quæ de medicamentis edidimus.

CAPVT XIX.

NOn solùm autem iam dictam remediorū differentiam ex laborante loco didicimus, sed etiā illud, quòd quæ in summo corporis phlegmone laborāt, ea proprijs phlegmones remedijs curētur, quæ in altò sunt corpore, si cum his aliquid acrium medicamētorum sit immistū. Resoluūtur enim eorum vires, dum altè descēdunt. Hac ratione & cucurbitula (strenuū planè auxiliū) est inuenta: tum vt foras euocentur, quæ sunt in alto: tum vt eximantur atque eruātur, quæ iā in scirrhū abeūt. Verū vtendū cucurbita in ipsa parte quæ phlegmone vrgetur, inter initia non est, imò postea quàm totū corpus vacuaueris, ac necessarium est eorū quæ inflammata parte continentur, aliquid educas atq; eruas, aut etiam foras versus attrahas. Generandis autem adhuc vitijs minimè ipsis membris quæ laborare incipiūt, sed ijs quæ cōtinuatè his sunt, cucurbita imponi debebit, auellendi in cōtrariū causa. Sic nāq; ad mamillas cucurbitas imponimus, cū sanguis ex vtero profluit: defixo maximè in ipsis cōmunibus pectoris & vteri vasis, eius ore. Sic si ex naribus sanguis profunditur.

10

20

cucurbitule non est adhibende parti affecte ante totius evacuationem nec in initio

præ

præcordijs maximas cucurbitas affigimus. Sic & omne aliud sanguinis profluuiũ, ad cõtrariũ per communes venas auertimus. Quemadmodũ rursum & sanguinem (si ita est opus) attrahimus. Siquidẽ cum mẽses euocare in animo est, in pube & inguine cucurbitam figimus. Præterea cucurbita in occipite defixa, efficax est remediũ ad oculorũ fluxiones. Vacuari tamen prius totum corpus expedit. Nam si *refertum sanguine corpus sit, in quacunque parte capitis cucurbitam defixeris, totum ipsum implebis.

* plethoricum.

CAPVT XX.

ERgo hæc omnis phlegmones communis indicatio, haudquaquam similiter in qualibet parte administratur. Accedit ad omnia quæ prædicta sunt, pro nõ leui portione, ipsius exhibẽdi medicamẽti natura. Neq; enim absolutè si adstringere incipiẽtẽ phlegmonẽ est opus, quidlibet adstringẽs in ijs quæ deuoranda sunt, adhibebimus: sed ea quibus nulla corruptrix admista vis est. Nã chalcanthus inter præcipua adstringit, sicut etiã mysi, & sori, & chalcitis, & diphriges, & æs vstũ, & squama eius & flos: verùm hæc medicamẽta noxia deuorata sunt: quocirca stomaticis ea miscere tutum nõ est, defluit nanq; interdũ ex his aliquid ad ventriculum, sed nec aloën probè miscueris ijs medicamẽtis quæ phlegmones alicuius causa quæ intus cõstiterit, deuorãda sunt, quando huic quoq; admista purgãdi-

vis quædã est. Cæterùm vbi phlegmone prorsus inclinauerit, si quis paululũ aloës admisceat deĳciẽdi vẽtris causa: qui prorsus nõ deiecerit, nihil lædet. Verũ satius est mercuriali, aut vrtica, aut cnico, aut taliũ aliquo, aluũ sic laborãtiũ subducere. In summa verò, si quis eã quæ à partibus ipsi præstatur indicationẽ adimat, nihil obstat quo minus medicinã nõ sex mẽsibus sed sex diebus totã perdiscas. At verò nec si quæ à partibus sumitur indicationem adĳcias, iam totum quod exigitur ad curationem, habeas: nisi etiam methodos de medicamentis didiceris, itaque eas aggrediatur oportet quisquis consummatè sanaturus est morbos. Nunc enim si alicuius medicamenti meminimus, id (vt sæpe testati sumus) exempli gratia fecimus.

CAPVT XXI.

SEd adĳciamus adhuc ea quæ de indicatione quæ à partibus sumitur, nondum attigimus Thessaliorũ istorũ sectam euidentissimè præcipitãtes, qui cùm nec dissectionis rationẽ attigerint, nec partiũ actiones, vsúsve norint, tamen cùm floccos carpẽtẽ quenquã cernunt, & festucas legẽtẽ, audent oxyrrhodino caput madefacere, nostro exẽplo. Nã cur, quæso, nõ thoracẽ potius? Siquidẽ ex indicatione remedia inueniunt. Sanè fieri potest, vt etiã corde affecto, phreniticus quis efficiatur. Empiricus nãq; ab experientia se ait eiusmodi medicamentorũ nactũ inuen-

tion

tionẽ. Qui autẽ & hãc vituperat, & inquisitionẽ de actionib⁹ refugit: huic vnde, quæso, succurrit, vt pro thorace caput in phreniticis madefacere eligat? Cæterũ, hoc ipsũ oxyrrhodinũ quod capiti phreniticorũ applicamus, ceu quidã ex amicis dicere solebat, nõ solũ Amethodos istos Thessali sectatores, sed etiã reliquos manifestè redarguit vniuersos quicũq; principẽ animi partẽ in corde statuũt. Nã cũ aliquãdo vidissẽ quẽ-
10 dã ex Athenæi discipulis caput aceto & oleo mistis perfundẽtẽ, prohibui: iussiq; pectori admouere id remedium. Quippe læsam in delirio esse partẽ principẽ. Eã autẽ esse autore Athenæo in corde: itaq; non rectè relicto pectore, caput eum integrũ præsertim membrũ vexare, eiq; negotiũ facessere, nunc oxyrrhodinũ infundẽdo, nunc radẽdo, tũ spõdyliũ, aut serpillum, aut id genus aliquid admouendo: imò verò si malũ traheret, etiã castoreũ, aut certè etiã cucurbitã. Quippe id
20 esse persimile ac si cui in femore phlegmone sit, calcaneo remediũ applicet. Quin etiã in lethargicis, nemo est, qui nõ capiti applicet auxilia, nam & id vitiũ cõtrariũ quodãmodo secundum speciẽ phrenitidi est. Gignitur autem in capite: in quo scilicet princeps animi pars residet. Ergo cũ humor qui in capite redũdat, frigidus est, insensibilitas immobilitásq; hominẽ opprimunt, cùm verò calidus est, perpetuus potius motus, vnà cũ rationis noxa. Accidit enim, veluti demon-

stratum in libris de his est, ex frigore segnitia, ex calore immodicus motus, ex humoris verò vitio dementia. Itaq; incidenda in talibus affectibus vena est statim ab initio, si modò tā valēs virtus sit, vt sine noxa missionē sanguinis toleret, ac nihil prohibeat eorum quæ de secanda vena retulimus, sicuti vel crudi humoris copia, vel puerilis ætas, vel anni tempus, vel regio in qua sit extremus calor, aut frigus. Atq; hoc quidē cōmune vtriq; vitio, & ei quod cum sopore, & ei quod cū vigilijs incidit. Commune præterea vtriusq; est, vt oxyrrhodinū in principio admoueas. Nā repellēdus à capite humor est, quisquis is fuerit. Quæ sequūtur, cōtraria sunt. Nā quæ cum vigilijs coniuncta sunt, ea lenire expedit: quæ cum immobilitate, excitare. Iure ergo cùm in summo incremēto sunt, ijs vitijs quæ peruigilio & delirio infestant, perfusiones ex papauerū capitibus applicabimus: odorē quoq; naribus obijciemus: ac narium alas intus, vel frontē ex similibus medicamentis illinemus. Quippe sopire ac stupefacere principem facultatem oportet: cerebrum scilicet quod supra modum incaluit, refrigerando. In contrarijs autem vitijs excitare: ac noxij humoris qui citra putredinem, & citra febrē altos sopores inuehit, crassitudinem incidere, atq; excalfacere. Tales nimirū altos sopores, ἀποπληξίας, & κάρους, & κατοχὰς Græcè vocant. Quòd si aliquando humor putrescat: vtiq;

cum

cum febri incidũt ea genera: vocatúrq; morbus Græcè λιθάργος. Incoquétes igit in aceto thymum, & pulegiũ, & origanũ, aliáq; id genus, naribus sic affectorũ admouebimus: quò vapor ad cerebrũ sublatus, craßitudinẽ humoris dißecet. Mox etiã palatum valentibus & acribus medicamẽtis vngemus. Ab his verò etiã sternutamentis vtemur, tũ capiti similes præsidiorũ facultates imponem⁹, adaucta semper eorũ etiã
10 ad ipsum vsq; sinapi vehementia, si vitium diu trahat. Quinetiam cucurbitis ad vtrunq; vitiũ si diutinum sit, vtemur: itémq; castoreo: quippe quod ipsum probè cõcoquit, si debito tempore sit adhibitũ. Quare hîc ad cõmunem rursus curatione redeunt lethargus & phrenitis. Ergo in eiusmodi affectibus manifestè redarguũtur & qui Thessalũ sequũtur omnes, & quisquis medicus principẽ animi facultatem statuit in corde. Non solùm enim iam dictorũ præsidiorum de-
20 stituentur copia, sed etiã cui ea parti accommodabunt, non intelligent. Neq; enim tanquam in ophthalmia, vel pleuritide, vel angina, tũ ab ipso ægro affectus locus sentitur, tũ nobis partim tactu, partim visu innotescit: sic in lethargo, & phrenitide, & epilepsia, & delirio, & cõuulsionibus, & tetanis, præterea eo quod propriè vocatur catoche, se habet. In quibus omnib⁹ præsidiorũ formula ex affectus inuenitur natura: locus verò cui maximè sint applicãda, ex prænoscen-

dis tum actionibus, tum partium vsibus.

CAPVT XXII.

ILlud autem quamuis in sermone aliquando omittatur, sæpenumero prius dictũ est meminisse oportere nos eorũ quæ simul indicẽt. Caeterũ in præsenti eã quæ à partibus sumpta est indicationẽ, propositũ est pſequi: veluti statim in ijs quæ ad caput pertinẽt, etsi nõ aliud, saltẽ illud nosse cuiuis est prõptũ, obiectã nobis ante cerebrũ esse crassam mẽbranã, quæ corijs istis externis sit asimilis: post hanc etiã cranium. Itaq; resolui in dẽsis obicibus et duris, præsidiorũ quæ imponũtur vim est necesse, ac nisi suturas, in capitis osse natura ipsa fuisset molita, nihil adeò æstimandũ efficeret pharmacũ vllum extrinsecus impositũ. Sed quoniã etiã suturæ, & in his præcipuè coronaria, nõ solùm impositi medicamenti qualitates, sed etiã substãtiam, si tenuis est, facilè intrò transmittit: meritò multa circa cerebrũ vitia ab extrinsecus applicatorũ remediorũ facultate iuuãtur. Ipse enim ĩ meipso expertus memini, cùm infunderetur rosaceũ frigidum, citißimè clarißiméq; sensisse me in syncipitis loco eius intrò penetrationẽ. Quinetiã plurima diuersitas suturæ huius in hominib⁹, si inter se conferantur, etiã ante dissectionẽ manifestè apparet. Vidimus enim in ijs quibus rasum caput fuerat, inter mandendũ, cõmißionis oßiũ in coronali sutura manifestũ motum: sic vt facilè

cilè appareret hominibus illis laxā esse huiusmo di oßium capitis cōpositionem. Meritò igitur ad hanc maximè partē applicāt omnes medici capiti infusiones: videlicet accepta quasi ꝑ manus à primis inuētoribus ratione, ad id opus venientes. Sed & ipsi quicunq; nō negligenter ijs quæ fieri assolent, attendūt, cernentes, & quēadmodū sutura ea liquidò moueri appareat, et quēadmodū celerrimè homines hac parte, siue ab ex-
10 *terno admoto quopiā refrigeret, siue excalfiat, id sentiāt. Nam præter reliqua etiā tenuißimū est hoc loco craniū, & rarißimū. Ergo quoties medicamēti cuiusquā vim vehemēter descendere voles, hoc maximè loco impones. Commodius etiā fuerit, si & cū infrictione id facias aut tūsis capillis, aut etiā planè abrasis. Quòd si humidū sit quod applicādū est: si id ex alto effundas, ac veluti fontis ritu illidas, quippe penit⁹ intrò ab ictu magis cōpellitur. Sicut autē hic vehemē-*
20 *tior humoris casus cōducit, ita in oculis est contrarius. In capite nanq; os est quod feritur: in oculis mēbranosa q̄dā imbecilláq; corpora. Et in capite quidē aliud est quod ictū excipit, aliud quod curatur: quódq; vt ictū non sentit, ita facultate quæ ex incussu ad ipsum peruenit, fruit̄. At in oculo non est quod ferit̄, diuersum ab eo quod curat̄: sed idē ipsum quod est curandū, valēter icit̄. Ad hæc os capitis sensu caret: oculus acerrimi est sensus. Ergo infundere huic medica*

* βλέφαρον, i. palpebram.

mēta oportet primùm superiorē* genā blandissimè attollētes, mox minimè quēadmodū in capite incutiētes. Inueniēdi pterea humores mitissimæ minimeq; mordētis naturæ, qui cū medicamētis sunt infundēdi. At mihi qdē magna cū cōsyderatione vidētur veteres ad oui deuenisse humorē, electo scilicet ex eo quod & mordēs minimè esset et glutinosum. Nā ex eo quòd minimè mordet, modò dictā indicationē ijs cōpleuit. Ex lētore autē, ad indolētiā nōnihil cōfertur. Quippe lenire eiusmodi humores possunt asperitates oēs quascunq; acris fluxio excitat: accedit quòd crassus mediocriter ac lētus humor cōstantius, quàm tenuis et aquosus, in loco permanet. Sanè quòd lentū id quod absq; morsu sit cùm modicè incaleat, dolorē maximè leniat, id profectò ex mordentibus in aluo deiectionibus didicisti, in qbus iniectū seuū illico * dolorē mitigat. Quod autē pmanere quoq; in laborāte particula eiusmodi humidū expediat manifestū est. Siqdē in ijs quæ in vētre accidunt, p clysterē assiduè infundere molestū est. In ijs quæ in oculis, * genā attollere. At verò exqsit⁹ mēbri sensus læue esse quod inijciēdū, nihilq; debere in se asperū sabulosúmve habere, omnino indicat. Hinc igit̃ excogitatū cōmodè est, tū humido oui vtendū tū q̃ terrea corpora ophthalmicis, id est ocularijs medicamētis miscēda sunt, ea esse cū summa diligētia ad vnguem læuigāda. Quoties tñ dolores his accid

* In antiquis est δῆξιν, i. morsum.

* palpebrā

accidunt vehementes:repetitis ijs quæ de omniũ dolorũ generatione accepisti,disquires quónã ex his affectu dolere oculos in phlegmone, de qua nunc sermo proponitur,contingat. Nam aut ex vehementi acris confluentis humoris morsu, aut quòd eorũ tunicæ plenitudine distenduntur,aut propter crassorũ humorũ flatuosive spiritus extensionẽ, vehementes in his excitantur dolores. At morsum quidẽ,tũ purgãtibus medicamen-
10 tis,scilicet & deorsum reuellendo & vacuando curare conuenit:tum ipsi particulæ cui humore infuso, quò per eũ acris fluxio sine offensa eluatur. Vbi autẽ concocta iam phlegmone ipsa fuerit, & simul corpus vacuũ,tum vtiq; lauationes in balneo his sunt aptissimæ. Nã & dolorẽ statim sedãt, & fluxionẽ quæ ad oculos fertur, sistunt:maxima quidẽ eius parte inter lauandũ per totũ corpus excreta:reliquo verò * diluto. At verò distensionẽ quæ ex repletione pro-
20 uenit partis,missióne sanguinis,et alui deiectione, & infernarũ partiũ frictione curare conueniet. quòd si necessitas aliquãdo vrgeat,ligandis artubus: mox fomẽtis ipsi laborãti particulæ ex aqua dulci modicè calida adhibitis. At humorum vel flatu: si spiritus extẽsiones curabimus vacuato prius in his quoq; toto corpore: sed & humorũ momẽto deorsum auerso. Mox localibus remedijs (Græci τοπικὰ vocãt) vtẽdum:nõ tamẽ medicamentis ijs quæ repercutiãt

* ἐπικεραννύμενο, i. contemperato.

*τοῖς διαφοροῦσι. ac reprimãt, imò ijs quæ *euocẽt. Fouẽdi igitur sunt sicut modò diximus, ac fœnigræci decoctũ ijs infundendũ, sed lauato prius curiosè fœnogræco, ne qd illi, vel pulueris, vel sabuli adhærens clã lateat. Est nanq; medicamẽ hoc maximè omniũ quæ oculis applicãtur, sine offensa digerẽs. Meminisse verò in omnibus q̃ mẽbratim docẽtur, cõmunium præceptorũ oportet. Quorũ vnũ id est, digerẽtia medicamẽta, vbi redũdantia in toto corpore subest, si particulis quibusdã applicent̃, implere potius quàm vacuare. Ergo tũ reliquos morbos, tũ verò phlegmonas (de q-bus agim⁹) sicubi curas, nullo euaporãte auxilio prius fidẽter vteris, quàm totũ corpus purgaueris. Illud quoq; attẽdas ĩ omni vitio, nedũ phlegmone, oportet, aliquãdo totũ corpus mediocri habitu esse in humorũ, tũ qualitate, tũ modo: vnã autẽ aliquã, aut duas earũ, q̃ suprapositæ sunt partium, redũdantiam suam ad ægram transmittere: veluti non rarò, sed planè sæpenumero accidere in oculis videre licet, capite his fluxionẽ mittente. Manifestũ igitur arbitror in ijs quoque esse, ipsum prius caput sanãdum esse, explorato eius affectu quẽ superfluorũ generatio comitatur. Et diutinas quidẽ oculorũ fluxiones curamus oculis ipsis dimissis, atque ad capitis *curationem cõuersi. Cuius vitium si ex genere intemperantiarũ sit: curationẽ ex sibi cõtrarijs, sicut prius mõstratum est, adhibendã indi-

*πρόνοιαν.

eat. Plurimùm igitur, vel frigida intemperies caput vitiat, vel humida, nec dubium est quin etiam ambæ congrediantur. Rariores sunt quæ propter calorem acrẽ oculis fluxionẽ immitunt: in quibus haud expedit ijs quæ ex thapsia & sinapi fiũt medicamentis vti: imò cõtrarijs omnino, oleo crudo, & hispano, & rosaceo, tũ frequẽti ex aqua dulci in balneo lauatione. Atq; aliquãdo cerebrum ipsum fluxionẽ trãsmittit, de-
10 bétq; huius intẽperies totius capitis epithematis corrigi. Aliquando vasorũ ipsorũ vitiũ est: cũ venæ, vel arteriæ, imbecilliores sunt: sic vt aliorũ vasorũ supuacua recipiant. Quo casu aliqua earũ parte excisa, aut etiã totis bene altè præcisis, *dura cicatrice quod interest intercipimus. Quã disiũctæ incisæ vasis partes, cõtinuæ præterea nõ sint: nec ex altera in alterã cõfluere aliquid poßit. Cæterùm, cũ eorũ vasorũ q̃ in profundo sunt recõdita, ac è superiore ad oculos vnà
20 cum neruis perueniũt, vitiũ est, nihil horum agi licet. Proinde ægrè curabiles omnes eiusmodi fluxiones sunt. Quæ verò extrinsecus posita vasa sunt, ea vel sine chirurgia roborare licet: illitis medicamẽtis, quæ robur inserãt. Græci *τονικὰ vocãt. Est & quãdo calidus sanguis, ac vaporũ plen⁹, ad caput ascẽdit, ac maximè in arterijs redũdat. Cui vitio excogitatũ saluberrimũ remediũ medicis est, vt ipsa incidatur arteria. Oportet autẽ deraso capite curiosè tangere, tum quæ

* In antiquis est nõ σκληρὰ, sed σμικρὰ, i. parua.

* τονωτικὰ.

retro, tũ quæ secũdũ vtrãq; aurẽ sunt arteriæ, præterea quæ in frõte; & quæ in tẽporibus sunt. Quarũ q̃ calidiores alijs apparebũt, ac maiorẽ exhibentes pulsum, hæ sunt incidẽdæ. Quæcunq; verò & paruæ et prope cutẽ residẽt, harũ vel si partẽ aliquã excideris, veluti facere ĩ crurũ varicibus solemus, aptius erit. Nostróq; tẽpore q̃dã ex ocularijs medicis nõ minimus, ex arterijs quæ in tẽporũ summis musculis residẽt, non exiguã excidit partẽ. Ac ferè quidẽ cũ excisa est arteria, reliquæ ei⁹ partes ad sibi cõtinuas retrahũtur. Euenítq; id magis in ijs arterijs quæ tũ minores sũt, tũ minorẽ exhibẽt pulsum. Quòd si inter nudãdũ appareat tibi vas magnũ, aut magnum exhibere pulsum, tutius fuerit vinculo id prius excipere: mox quod in medio est p̃cidere. Sũto autẽ eiusmodi vincula ex materia aliqua minimè putrescibili. Talis autẽ Romæ est ea q̃ Gaietanorũ dicitᷣ, ipsa ex Gallijs aduecta: vẽdita verò maximè in sacra via, q̃ à tẽplo descẽdit ad fora. Ac horũ q̃dẽ Romæ facilis est copia. Vilißimè enim vẽdũtᷣ. At si in alia vrbe artẽ exerceas, cõparetur filũ aliquod ex ijs q̃ serica nũcupãtᷣ. Habẽt enim ea diuites mulieres ĩ multis sub ditione Rom. locis: potißimum in magnis vrbibus, in q̃bus multæ sunt mulieres id genus. Sin huius facultas nõ est, ex ijs q̃ inueniũtur in regione quã incolis, deligito materiã q̃ minimè sit putrescibilis: cuiusmodi est graciliũ chordarũ.

Nam

*Nam quæ facilè putrescũt, eæ citò à vasis decidũt. Nos verò postquã vndiq; sunt carne impleta, decidere vincula volum⁹. Quæ nãq; caro in abscißis vasorũ partib⁹, *coalescit, ea pro operculo est, ac osculũ eorũ cludit. Postea verò quã id factũ cernitur, decidere iam vincula securè possunt. At verò cùm venarũ partẽ aliquam excideris, nõ est opus eas tam imputrescibili materia deliges, sed suffecerit alia quæpiã. Siquidẽ* 10 *in arterijs perpetuus motus insecti vasis ora resoluit. In venis aũt posteaquã semel sunt vtcũq; clausæ, siue ꝑ deligaturã cõstrictæ, siue per medicamentũ adstrictæ, permittunt circũpositam carnẽ circa coalescere: potißimùm si qui curatur, immotam partẽ seruet, magísq; etiã si toto corpore vacuato ipsam attollat. Quippe etiam varices ita curamus. Vocatur aũt varix vena dilatata. porrò dilatat̃ in testiculis et cruribus omnino. Sed quoniã cũ hos adhuc scriberem cõ-* 20 *mẽtarios, nõ pauci amicorũ rogarũt, vt in fine totius operis omnia quæ ad chirurgiã pertinẽt, deinceps memorẽ, idcirco tractatio de varicib⁹ nunc differatur. Cùm verò nõ pauci speciatim sint oculorũ morbi, qui magis specialem curationem desyderẽt, ne de his quidem hoc loco pluribus est agẽdum. Nam qui curiosè quæ prædicta sunt, legerit, & naturali prudentia fuerit, huic omnia inuenire, eorum rationem sequenti, nullo negotio licebit. Qui autem tales non sunt, ijs sat*

* ἐπιτρῶφεται.

ijs satius fuerit omnium vitioru͂, quæ oculis incidu͂t curandi rationem priuatim scribere: maximè cùm amicorum non pauci ita postulent.

GALENI METHODI MEDENDI, VEL DE morbis curandis, Thoma Linacro Anglo interprete,

LIBER XIIII.

Quæ in decimoquarto libro Methodi medendi habentur.

CAPUT I.

DE tumoribus qui præter naturam in corpore consistunt, quot numero, qualesq; sint, proditum à nobis singulari volumine seorsum prius est. Quemadmodum autem hi methodo curãdi sint (quod vtiq; docere propria propositi operis professio est) in horum cõmentariorũ tertiodecimo præcipere cœpimus. Et quoniã in superioribus
10 de omni febrium ratione sermo erat habitus, aptius mihi visum est de phlegmone primũ disserere: vt quæ & frequentissimè incideret, & febres subinde accẽderet. Ac dictũ quidem nonnihil fuerat in febrium curatione inter cæteras earum causas, etiam de phlegmone. Verũ absolutus sermo, & qui propriè illi debebatur, in libro qui hũc præcedit, est traditus: in quo methodum curãdæ eius, qualísnã esse cõueniat, tradidimus, nequaquã tamẽ auxiliorũ materiã, nisi tãtùm
20 exẽpli gratia sicut in superiorib. fecimus. Haud lõgè verò à phlegmone abest & alius morbus, quẽ Græci ἐρισύπελας vocãt. Is vti mõstratum est, ex bilioso succo nascitur. Sed præstiterit fortassis eũ pluribus verbis à phlegmõe distinguere. Ergo cõmunia amborũ sunt, tũ tumor, qui præter naturã fit, tũ verò calor. Dissident inter se primùm & maximè colore: quãdo si is ruber sit phlegmonẽ vitiũ appellãt, sin pallidus flauúsve vel ex pallido flauóq; colore mistus, erysipelas.

principiũ, priore ſcilicet cõmodius, eiuſmodi, ſermoni demus. Cũ ſanguis copioſus in aliquã particulã procubuit, ſic vt ab eius particulæ vaſis nequeat cõtineri, exilitq; aliquid inſtar roris ex ipſis vaſis in ea muſculorũ ſpatia quæ ſimilaribus corporibus ex quibus cõponuntur, interueniũt, vtiq; tumor ex plenitudine oritur: cui ſuccedit cutis tẽſio, & in alta carne cũ pulſu dolor, & tangẽti renixus quidã, & rubor, & calor: ipſa nimirũ cute ea, quæ ſubiecta ſibi caro patitur, ſentiẽte. Similis iã dicto & in viſceribus affectus orit̃. Eſt enim his quoq; ſua quædã caro quã aliqui παρέγχυμα Græcè vocãt: in quã videlicet ſanguis ex refertis vaſis halitus ſpecie exudãs, iam dicta ſymptomata efficit. Atq; hic vnus affectus eſt ſanguineæ fluxionis ſoboles, in carnoſa corpora maximè incidẽs. Secũdus alter bilioſæ fluxiõis germen eſt, ac circa cutim maximè cõſiſtens, tum hanc externã, quæ omniũ partiũ cõmune eſt tegumentũ: tum mẽbranoſam & tenuem quæ ſingulis internarũ eſt circũdata. Ergo ſicuti prior affectus etiã cutis aliquid apprehendit, ita hic quoq; aliquid ſubiectæ ſibi carnis occupat. Quòd ſi craſsior humor acriorq; ſit, ſummam cuticulam (Græci ἐπιδερμίδα vocant) excoriat, ſpatióq; ad profundum aliquando cutis exulceratio peruenit. Atq; hic quidem affectus eryſipelas nuncupetur, duplicem (vt iam dictum eſt) habens differentiam: quòd vel

xionem eius repellere. Tanquã igitur in illa post totius corporis vacuationẽ repellentibus auxiliis vsi sumus, ita nũc quoq; faciemus: sed pro sanguinis mißione, medicamẽto quod bilem trahat, purgãtes: ipsam verò afflictã particulã refrigerãtes. Esto aũt refrigerationis terminus, ipsa coloris mutatio. Etenim quod purũ erysipelas est, statim cum hoc quiescit. Quod nõ purum est, sed iam quodãmodo phlegmonodes, si plusculũ refrigeres, liuidã cutim præfert. Sin ne sic quidẽ quis desistat, nigricat potißimùm in senili corpore: sic vt quædã ita refrigeratorũ, ne digerẽtib. quidẽ medicamẽtis ad pfectionẽ sanent: sed scirrhosus quidã tumor in particula relinquat. Ergo satius est, vbi laborãtis particulæ alteratũ colorẽ videris, à refrigerãtibus adstringẽtibusq; ad cõtraria trãsire priusquam vel liuida, vel nigra prorsus fiat. Porrò refrigerãtiũ materia in opere de medicamẽtis est tradita. Solanũ, et semperuiuum, & portulaca, & vmbilicus veneris, & psylliũ, & altercũ, & lactuca & intybum, & lenticula palustris, et cerata ex aqua admodum frigida, & alia id genus. Vbi verò inflammatio ægrotãtis mẽbri iam desiit cataplasma illi priusq̃ lineat, ex hordei farina (ὠμὴν λύσιν Græcè vocãt) est imponendũ. Quòd si iam liuor occuparit, incisa cute cataplasma superponendũ est, perfundendusq; locus plurimùm quidẽ ex aqua calida, sed & marina aqua & muria interim

conducet. Quinetiã ipsi cataplasmati eiusmodi aqua, vel acetũ, vel oxalme misceatur. Hoc tẽpore etiã coriandrũ cũ polenta quidam esse salubre erysipelatum medicamẽtũ scripserũt. Alij rursus eodẽ inter initia vsi, magnæ noxæ occasio laborãtibus fuere. Sed & rosaceũ ceratũ cui immistum sit calcis aliquid, eodẽ modo sunt qui prodiderũt erysipelati prodesse, aliáq; similis generis nonnulla ex iis quæ valenter excalfaciãt. Quorũ nullũ est erysipelatis medela, antequam 10 *videlicet mutatum desinat esse id quod ab initio fuerat, atq; alterũ iam, illiq; cõtrariũ euaserit. Quomodo enim, quæso, non sit cõtrarius calido affectui frigidus: aut ei qui flauo aut pallido colore est, is qui liuidus aut niger est? Sicuti autem subinde phlegmone admiscet̃ erysipelas, ita etiã aliquando œdemati, ac vocetur quod ex ambobus tũ est cõflatũ, erysipelas œdematosum: nõ secus q̃ vbi ex refrigerãdo durũ ægréq; resolubile redditur, vocabit̃ erysipelas scirrhosum. Iam cu*- 20 *ratio quoq; veluti in omnibus cõpositis, ita in his administrabitur, ac potißimũ quidẽ cõtra exuperans pugnabitur, nõ prætermissa tamẽ nec ea quæ ex admisto præstatur faciẽdorũ indicatiõe.*

CAPVT IIII.

[In antiquis non habetur.

SIcut enim ex biliosa fluxione erysipelas, ita ex pituita cõstat œdema ipsum rarus quidã atq; indolens tumor. Equidẽ scio aliter quoque œdemata prouenire: sicut [in pedibus] in intercu-

tis aquæ affectibus, & phthois, aliisq; qui vehementes sint, malis corporis habitibus. Atq; in illis quidē œdema multitudinis eius quæ hominē premit, est symptoma, nullā seorsum propriā curationē requirēs. Nā satis erit, (si modo curatione egebit,) ipsa tū crura pfricare, aliàs oxyrrhodino, aliàs oleo cū sale, aut etiā oxyrrhodino sal habēte. At si ex pituitoso humore in particulā influēte œdema cōstitit, abūdè aliquādo satisfa-
10 cit spongia quæ ex aqua, in qua sit aceti aliqd, maduerit. Porrò hæc ita attemperabitur, vt vel bibi poßit, vel vt non multum supra hoc aceti habeat. Deligare verò spōgiam debebis, ab inferiore parte incipiēs, ac suprà finiens. Esto autem spongia, si modò conductura sit, omnino noua. Huius si copia nō est, cuius erit, hanc detergebis expurgabisq; nitro, & aphronitro, et aqua lixiua. Quòd si sub his œdema nō subsidat, vbi rursus deligabis, pusillū aliquid aluminis cōiicies, ac
20 nouā spongiā admouebis. Si nouæ copia non sit, melius est eo quod vulgus vocat ἐλύχνιον, vtare. Id verò ante oīa molle esto, quod genus tharsicū est. Cuius si facultas est, audacter vtitor, vtilius enim experiere quàm spōgiam. Madeat verò ex posca, quæ aliquid habeat aluminis, tū (vt præscriptū est) deligetē ab inferiore sursum. Sit autē arctatio mediocris: veluti in oßis fractura: ac primæ quidem fasciæ iniectiones, quæ scilicet infernè incipiunt, magis arctādæ: quæ deinceps

sunt, sensim remittẽdæ. Cæterùm, nõ adeò vt laxa sit aliqua deligationis pars. Porrò idoneum medicamentũ ad hæc & Glauciũ est, tũ ipsum per se liquatũ in posca, tũ vel magis medicamẽtum nostrũ quod ex eo cõpositum est. Cuius compositionẽ habes in eo opere quod de medicamẽtis est inscriptũ. Sanè hactenus à me scripta fuerãt opera tria, vnum de simplicibus, alterũ post hoc de cõpositione medicamentorũ, & tertiũ de facilè parabilibus. Quarũ autẽ adscribere cõstitui, quandoquidem multi amicorum ita suadent. In eo de cõmunibus & propriis cuiusq; partis & viij medicamentis agetur. Verùm medicamen illud quod Glauciũ habet, non œdemata modò, verum multò etiã magis, tum erysipelata, tum phlegmonas incipiẽtes sanat, ac potissimùm calidas. Manifestũ autẽ quod erysipelatosas phlegmonas, & erysipelata phlegmonosa idẽ medicamentũ sanet. At nõ eas phlegmõas quæ in scirrhũ iam transierũt, aut erysipelata quæ iam refixerũt, aut deniq; vllum scirrhosum affectum sanauerit, de quibus vtiq; in quinto de simpliciũ medicamentorũ facultatibus aliquid est proditũ: dicetur verò & nũc. Siquidẽ humor vnde eiusmodi vitiũ nascitur, aut glutinosus est, aut crassus, aut vtriusq; rationis particeps. Curandi verò eius cõmunis indicatio est, vt quod præter naturam in particula est, totum vacuetur. Modus tamen vacuatiõis eius proprius est. Nã

deter

detergere id vbi cõtumaciter inhæret, oportebit. Quòd si quis iis quæ * vehemẽter trahũt, digeruntq́; medicamentis vacuare tẽtet, nec iis quæ humectẽt & excalfaciãt molliat ac liquet, huic paucis primis diebus egregiè processisse curatio videbitur. cæterùm quod de affectu restabit, id insanabile erit, siquidẽ toto quod in eo tenuium partium erat digesto: quod reliquũ est, veluti lapidosa cõcretio linquetur. Quippe etiã qui in ar-

10 ticulari morbo visuntur pori, ex humore crasso glutinosoq́; proueniũt, quãdo is nõ paulatim est digestus, sed violentis medicamentis totus simul siccatus. Ad eundẽ modum & calculi generãtur in renibus, asso scilicet in his crasso glutinosoq́; succo. Hac igitur de causa ad scirrhosos affectus nullũ vehementer excalfaciens siccánsve medicamentũ est aptum: sed ea tantùm quæ cum molliendo digerere possunt: cuiusmodi sunt tum ceruina medulla, tum vitulina, tum seuũ hirci-

20 num, & taurinum, & leoninũ, adhæc, Ammoniacũ thymiama, & Bdellium vtrũq;, magisq́; Scythicum, quanto videlicet est humẽtius. Pari modo & Styrax qui humentior est, sicco vtilior est. His igitur indicationibus attẽtus, etiã complicatos affectus sanare poteris, pro subinde iã dicta in omnibus compositis vitiis methodo.

* ἀθρόως.

CAPVT V.

MIhi verò iam tempestiuũ fuerit de affectarũ partium differẽtia mentionem facere:

quã semper in omnibus tum morbis, tũ symptomatis, in memoria habẽda cẽsui. Diximus autẽ nõ pauca de omnium earum indicatione in libro qui hũc præcedit. Siquidem omnium qui præter naturam sunt tumorum, in quibus vtiq; adhuc non sunt geniti pori, prima indicatio vacuatio est. Earum verò partiũ quæ iam scirrhũ cõtraxerũt, vacuatio per iam dicta medicamẽta perficitur. Vocaréq; ea malactica, id est mollientia, medici solẽt. Quoniã autem membrorũ alia rariora naturaliter sunt, alia dẽsiora: etiã vacuationem eorũ diuersa specie remedia postulare est necessum. Hac igitur de causa tum in tendonibus, tũ in ligamẽtis, [cùm scirrhosa fuerint,] visum mihi satius est ei curationi quã per mollientia medicamentà molimur, aliquid incidentium admiscere. Ex quorũ numero vel in primis acetum est. Interim verò & in aliis partibus quas scirrhus affecit, eo vtimur: vt paulò pòst dicam. Verùm in tẽdonibus & ligamẽtis in hũc modũ. In aceto acerrimo candentẽ igni lapidẽ extinguo: ac si qdẽ haberi potest, qui certè in magnis vrbibus rarus nõ est, pyriten. Sin eius copia non datur, molarẽ. Græci μυλίτην vocãt: scilicet ex quo molas quibus molimus, faciũt. Deinde ascẽdẽte post infusum lapidi acetũ vapore calido, in hoc dimoueri scirrhosum ligamentũ vel tendonẽ cogo: atq; exinde rursus medicamẽn quod molliat, impono. Oleo tamẽ principio curationis non

aqua

aqua quotidie omnino laborantem particulam perfundo. Esto autem id oleum haudquaquam adstringens, sed planè tenuiũ partiũ, cuiusmodi sabinũ est. Incoquimus autẽ oleo interdũ altheæ radicem, ac syluestris cucumeris & siqua est eius generis alia. Atq; hoc vtor (vt dixi) quotidie. Cæterùm curatio quæ per acetũ administratur, vtilis est vitio iam adulto, & cùm præparata iã sub mollientibus pars fuerit. Excogitaui autem

10 & cõposita quædam ex aceto medicamẽta, quæ inter mollientium vsum, ad vnũ diem impono. Siquidem aceti vis modò ea quis modicè & debito tẽpore vtatur, salutaris eiusmodi affectibus est, ceu crassos humores dissecãs ac dissoluẽs, sin vel immoderatius, vel in tẽpore nõ idoneo tenuiores partes violẽter absumẽs, id quod reliquũ est, lapidescere sinit. Sed & si quis eo diutius vtat̃, substantiã ipsam neruorũ delibauerit. Ob id igitur nec sæpe, nec inter initia, nec lõgo tempore,

20 medicamentis quæ ex aceto componũtur, ad ligamẽta & tendones est vtendũ. At in liene & carnosis musculi partibus scirrho affectis, tutus eius est vsus. Quippe raræ sunt naturaliter hæ partes, nec est quod metuas, ne quis neruus eius vi lædatur. Ac ammoniaco quidẽ thymiamate cũ aceto, etiã alij nõ pauci lieni imponẽtes vtũtur, ad luti scilicet craßitudinẽ qđ ex vtrisq; mistum est redacto. Idq; solum ei curãdo sæpe satis fuit. Ad musculos verò alium sanè nõ vidi.

Ego

Ego verò etiã ſæpe ſum vſus, vtiq; molliẽtiũ vſui interponẽs. Atq; ſub illis nulla cernitur euidẽs vtilitas. Sed poſtea q̃ molitus per ea ſchirrhoſus tumor eſt, maximũ certè vſum ammoniacũ aceto liquatũ confert. Sufficit autẽ eo vno alteróve die vſos, rurſus ad molliẽtia reuerti. Ac rurſus his pluribus diebus vſos, denuò ad medicamen quod ex aceto fit redire, ſiue id ammoniacũ, ſiue quid aliud habeat eorũ molliẽtiũ quæ paulò ſuprà ſunt cõprehẽſa. Neq; enim aliud quicquã eſt admouẽdũ: cuiuſmodi ſcilicet pleraq; ſunt eorum medicamẽtorũ quæ ſicca vocãt. Siquidẽ inter initia medicamẽtũ probabis. Sed id inſanabiles affectionis reliquias relinquet. Ego nã q; eius rei cauſa in medio tempore cataplaſmate ex althea ſum vſus. Vocat autẽ hãc vulgus ἀναδενδρομαλάκην. Huius igitur radix ſeuo liquata, ſalutare ad talia medicamentum eſt. Eſto autem ſeuum, ſi fieri poteſt, anſerinũ. Sin id nõ ſit, gallinaceum. Sin nec huius facultas ſit, ſuillo vtẽdũ. Sed & ſylueſtris maluæ quæ paſsim naſcitur, folia, cum ſupradictorũ aliquo tunſa proficient. Meliora tamẽ crudis ſunt quæ modicè antè ſunt decocta. Ac eiuſmodi quidẽ auxilia, & curationis variatio qualis iam comprehenſa eſt, omniũ particularũ quæ ſcirrhoſis vitijs ſunt affecta, communia ſunt. Ad eundem modum œdematum curatio, quam paulò antè memorauimus, cõprehenſis iã differentijs per particulas variatur.*

*In antiq. eſt non ξυρῶν, ſed ὀξυρῶν, i. quæ acetum recipiunt.

tur. Iis enim quæ in p̃cordijs sunt œdematis, nemo frigidã ex posca spongiã applicuerit: veluti nec alijs qui in his sunt tumoribus. Iã quis absynthiũ oleo incoquẽs, genu vnquã p̃fudit? Quis oculũ, aut aliquid eorũ quæ intra os sunt, qualitercunque affectũ? At iocinori ægrotãti & lieni subinde cum maxima vtilitate adhibetur. Docet idipsum & experiẽtia, quæ vim eorum euidẽter indicat, non secus quàm ratio. Nos ta-
10 mẽ nunc hoc opere solã eam remediorũ inuentionẽ, quæ methodo paritur, qualísnam sit differimus. In operibus de medicamẽtis ambas miscuimus, omnia medico cognoscẽda esse rati: tũ quæ solo inuenta sunt vsu: tum quæ sola ratione: ad hæc tertio loco quæ conferentibus ad inuentionẽ vtrisque. Omnibus autem his ille solus commodè vtetur, qui in hac methodo est exercitatus.

CAPVT VI.

AC de phlegmone quid scirrho & œdema-
20 te satis sunto, quæ hactenus sunt cõprehensa: illo nõ omisso, quod scirrhũ nominamus tumorẽ durũ qui sine dolore est, non tamẽ omnino sine sensu: talis enim sanabilis non est, reliqui oẽs sicut ægrius sensilem ipsam partem affectã reddunt, ita omnino insensibilem non faciunt, vtiq; si sensilis natura sit. Ligamenta nanque scimus insensilia esse. Quòd si quis eos duntaxat tumores, qui & præter naturam sunt, & omnino insensiles, scirrhos appellãdos censeat, reliquos nõ scir-

scirrhos, sed tumores scirrhosos, & se de nominibus litigare sciat, & nos quoties cum eo disputabimus, ita quoq; affectum nominabimus. Siquidem is mos noster est quibus quisque nominibus delectatur, iisde in disputatione cum illo vti. Nũc tempestiuũ est, vt de inflationibus disseramus: quibus diuersa ab œdematis curatio est.

CAPVT VII.

Illa nãq; ceu diximus, ex pituitoso succo ortũ habẽt, proinde prementibus nobis cedunt, digitiq; admodum altè in ipsa descendunt. Inflationes verò ex flatuoso spiritu collecto nascũtur, aliàs sub cute, aliàs sub membranis quæ ossibus circundãtur, aut musculos viscerúmve aliquod includunt. Porrò colligitur aliquando non parum etiam in ventriculo & intestinis, itémque in medio spatio horum & peritonæi. Differunt quoq; hæc ab œdematis, quòd & pressa digitis non retinent vestigium, & sonitum veluti tympanum reddunt. Item quòd in cauitate sensibili subinde continentur, atque hac nonnunquam maxima: indicatio autem curationis omnium communis est, vt quod præter naturam est, vacuetur in quocunq; id contineatur. Propria verò post hãc communem est, vt tenuißimis & calidis potestate medicamẽtis. Atq; in vẽtriculo quidẽ & visceribus oleũ quod tenuiũ est partiũ, quódq; rutã habet incoctam, aut aliquod calidorum seminũ, cuiusmodi sunt cumini & apij & petro

petroselini, id pstabit. Aliquãdo verò & cucurbita magna bis térve sine incisione medio vẽtri affixa. Tanta verò ac taliter applicata etiã totũ vmbilicũ cõprehẽdet. At in artubus & musculis qui sub cute, aut etiam mẽbranis quæ ossa vestiũt, inflatione orta, si citra dolorẽ sit, liquor aliquis tenuißimarum partium, cuiusmodi est lixiuiũ, noua spõgia exceptũ, satisfecerit, sin dolor quoq; vrget, vngẽda pars est oleo quod rela-
10 xãdi remittẽdiq; vim habeat. Incidũt porrò ex percutionibus eiusmodi affectus, vbi scilicet vel musculus vel mẽbrana quæ os circuit, est cõtusa. Ac super mẽbranã qdẽ quæ os ambit, antedicta iponẽda est spõgia. Ad musculos verò (nãq; hi aliquãdo dolẽt) medicamẽtũ quod magis mitiget, est adhibẽdũ. Quo fit, vt ad hos solo lixiuio nõ vtamur, sed immissa ei tũ sapa, tum pauculo oleo. Satius autem fuerit in principio non addidisse lixiuium, sed sapa cum vino & exiguo ace-
20 to vti, ac quod mediocre sit olei adijcere, vbi mista sunt, modicè excalfacere, ac lanam non lotã quam succidam vocant, ipsis imbutam imponere. Quòd si eiusmodi lanæ facultas non sit, ipsius œsypus inijciendus miscellæ supradictæ est. Quòd autem atticus œsypus cæteris omnibus præstet, tametsi à me nõ dicatur, ipse scis. Quinetiam ceratum quod ex œsypo componitur, medicamentum est omnibus notum. Vtuntur plurimi eo ad phlegmonas, quæ in præcordijs sunt.

Erga

Ergo huius quoq; aliquid vbi œsypus præsto nõ est, rectè inieceris. Debet enĩ cõtusi musculi leni ri medicamẽto, cui mista facultas sit, quæ simul cõcoquat, digerat, & medicè adstringat, quãdo si nihil habet adstrictionis, auget aliquãdo phleg monas: ac maximè in ijs corporibus quæ sũt ple thorica, sanguine abũdãt. Ergo triũ iã cõprehẽ sarũ indicationũ in inflatis ex plaga quadã mu sculis memor, vbi dolor maior vrget, mitigatiua magis ratione vteris, vbi abest, maiori vi in- 10 stabis. Maiorẽ vim intelligo, cũ breui via prope ratur ad finẽ. Porrò breuis via fit per ea medica mẽta quæ valẽtes habẽt vires: hæ maximè in lixiuio & aceto habẽtur, post hæc in vino. Quoties igitur de mitigãdo nõ laboras, horũ plus in misturã cõijcies. Rursus vbi repellere studes, vini plus q̃ horũ immittes, porrò id optimũ in hũc vsum fuerit, si nigrũ austerũq; sit. At si digerere males, lixiuij plus indes. Acetũ verò si his miscebis, ad ambo erit vtile, propterea quòd mi- 20 stas (vt mõstratũ est) habet facultates. Vbi verò muscul⁹ sine dolore est, licet sanè in lixiuij penuria pro eo aphronitrum immittere. Esto autẽ id minimè lapidosum, sed magis spumosum. Est verò quod lapidosum est, durũ & spissum, ac ægrè liquabile cũ dictis liquoribus miscetur. Spumosum verò molle est & laxum, itémq; candidius quàm lapidosum. Hoc itaq; tũ celerrimè ab humore soluitur, tũ iuuat maximè, vtpote tenuium

par-

partiũ. Quæ verò hui⁹ generis inflationes neglectæ inueterarũt, primo quidẽ loco his ea quæ ex lixiuio cõponũtur (vt p̃dictũ est) adhibeas: secũdo loco emplasticũ aliquod. Dicã autẽ & horũ exẽplũ. Strigmẽta gymnasiorũ feruefacta percola primũ, sic vt pura sint, deinde rursum in cacabũ immissis, calcẽ viuã in farinæ speciẽ tũsam insperge ad luti vsq; crassitudinẽ. Salutare his est & medicamen quod ex sycomoro cõponitur, 10 aliáq; id genus. Nũc enim (vt dictũ est) exẽplatãtũ eorũ medicamẽtorũ scribo, quorũ generalis facultas per medẽdi methodũ inuenitur. Tã quã verò medicamẽtorũ hoc loco ponũtur exẽpla, tũ vt tota hæc methodus clarius intelligatur, tum vt magis nobis ad inueniendam materiam facultas suppetat: sic etiam & affectarum corporis particularum proponuntur. Statim enim affectus quidam est, quem iuniores priapismum nuncuparunt, propterea quòd ijs qui sic sunt af- 20 fecti, etiam inuitis pudendum arrigitur, quod vbi viderit quispiã qui in his cõmẽtarijs est exercitatus, protinus intelliget ex inflationũ esse genere. Qui enim memoria tenuerit, tum omnia quæ in dissectione eius mẽbri apparẽt, tum quæ de functione eius & vsu in naturalibus libris sunt prodita, is nullo negotio intelliget quod cauernosus neruus, qui propriam collis substantiam cõstituit, halituoso spiritu impletus, affectum hunc excitat. Porrò halituosum spiritũ in

animalis corpore ex succis,qui lētè excalfiāt sen sim,nasci didicimus. Quippe vbi tū insitus calor validus est,tū partis humiditas ad summū cōcocta,vtiq; in tenuē halitū soluta insensibili trāspiratu in ambiētē effluit. Cōtrà,vbi vel ingenitus calor,imbecillior est,vel naturalis humor tū semicoctus,tū crassus,tū glutinosus,ibi crassior excitatur halitus quàm vt trāspirare possit, ac potissimū sicubi particula ipsa dēsior est reddita. Nōnūquā verò humor qui in mēbro cōtinetur, subfrigidus est,præterea crassus & glutinosus, auctior verò calor in halitus eū crassos resoluit. Quæ res profectò magnopere tibi ad curationē æstimāda discernēdáq; est. Siquidē principium ambobus affectibus cōmune est , nēpe totū prius corpus vacuare,modò id capax vacuationis sit. Dictū verò à nobis sæpe est de vacuātiū auxiliorū facultate. Ea sunt missio sanguinis & purgatio tū per ea medicamenta quæ subter expellūt,tū per ea quæ suprà,siue ea vomitoria dicere mauis,præterea multa frictio,& omnis dimotio,itēq; balneū,potissimū quod ex aquis sit digerētibus. Sed & acria medicamēta illita per halitū digerūt,omniáq; vno verbo quæ calfaciunt & siccāt. Ex accidēti etiā vacuare indicauimus, & cibi abstinentiā,potissimū vbi ambiens calet. Ergo quicquid horū sustinere cubās aptissimè potest,eo est vacuandus, imponendúmq; ipsi laborāti particulæ medicamentū,si ea calidior

sit

*sit effecta, quod ad portionẽ caloris abũdãtis refrigeret. Sin aliter, inter initia quidem omnino quod modicè refrigeret: postea verò id necessũ nõ est. Pari modo & quæ circa lũbos sunt particulæ omnes, eiusdẽ facultatis medicamẽto sunt cõprehẽdẽdæ, etiã reliquus victus exhibendus qui & flatui aduersetur, & siccet. Incidit verò vitiũ hoc non sanè multis, sed iuuenibus magis q̃ alijs ætatibus, quo magis his sanguinis missio præcipuè est salutaris, ceu nec ætate eorũ eã recusãte. Scio enim ipse quẽdã à me curatũ tribus diebus, naturalẽ habitũ recepisse, sanguine primũ misso, dein medicamẽto hoc adhibito. Ceratũ ex simplici rosaceo factũ ita liquidũ, sicut ad fracturas vti solemus, aqua frigida imbuẽs, ac simul cũ ea subigẽs (nã æstatis initiũ erat) pudẽdo ac lumbis imposui, atq; ita quidẽ hũc percuraui, simili modo & aliũ q post missũ sanguinẽ humido medicamẽto, quod ex chamæmelo cõficit, est vsus. Porrò istis etiã nymphεæ aliquid potandũ exhibeo, saltẽ in principio, mox * amerinæ semẽ, ac si traxerit adhuc vitiũ, rutæ semẽ copiosè comedẽdũ. Est enim illud cõmune præceptum omniũ fermè quos vitiosus succ⁹ creat morborũ, q̃d in fine calfaciẽtibus & siccãtibus sit vtẽdum, quippe hæc quod reliquum humoris est, prorsus absumunt.*

* καὶ τὸ τοῦ ἄγνου σπέρμα, i. viticis semen.

CAPVT VIII.

SAnè linguam ita tumefactam cuidam vidimus, vt ore hominis contineri non posset.

Is nec venã inciderat vnquã, & sexagenarius iã erat, horáq; diei ferè decima erat cũ ad eũ primũ accessi & vidi. Ac visus mihi est vsitatis mihi pilulis, quæ ex aloë, scãmonia, & colocynthide cõstant, vespere datis purgãdus, ipsi tamẽ particulæ afflictæ suasi refrigerãtiũ aliquid imponere, saltẽ in initio. Pòst enim, inquã, applicabimus prout suadebit euentus. Verũ id vni medicorũ nõ placebat: ac propterea pilulas quidem sumpsit: de locali tamen remedio deliberatio in 10 *diem posterũ est dilata, quo tẽpore etiam efficacius aliquid præstiturũ quicquid probatũ fuisset, sperabatur, & purgato scilicet iam toto corpore, & humoribus ad inferna reuulsis. Cæterũ ea nocte euidẽtissimũ per quietem insomniũ, nostrũ homini consilium approbauit: ac materiam ipsam medicamenti definiuit: lactucæ succo collui iubẽs, quo ille solò vsus, prorsus est sanatus, nullius alterius egẽs. Quòd autem in priapismo vomitorijs medicamẽtis potius quàm subducẽtibus* 20 *sit vtẽdũ, in linguæ vitio contra: id ex partium situ indicari manifestum est. Nam auersionis in cõtrarium, (quæ ab Hippocrate antispasis dicitur) non à substantia, sed à curandi membri positu, inuentio præstatur.*

CAPVT IX.

IAm verò tẽpus monet, vt ad aliud tumorũ genus transeamus, atq; à re potius quàm nomine initiũ faciamus. Ea nanq; est haud dubiè

ver

veréq; sciẽtifica doctrina. Quòd igitur omnibus eiusmodi tumoribus succus aliquis influit, id in libro quem de tumoribus præter naturã scripsimus indicatum est. Quòd autẽ non idẽ in omnibus sit, ipse sensus euidẽter docet: differẽtibus nimirũ ipsis tumoribus nõ colore modò, verũ etiã ijs q̃ ex calore, frigore, mollitie, duritiéq; sſ ectãtur differẽtijs. Ac ruber quidẽ tumor euidẽter subesse sanguinis indicat humorẽ: sicuti flau⁹ &
10 *pallidus persimilẽ ipsis bilẽ: subalbidus verò & laxus pituitã. Sũt autem & præter hos tumores quidã, qui colore sint inter rubrũ & nigrũ medio: cuiusmodi color fuscus est. Hũc cùm in corporis partibus sæpe incidat, plurimi medicorũ liuidũ, Græcè πελιδνὸν vocant. Renixus autẽ his quoq; tumoribus, valens est: ac si venas euidẽtiores mẽbrũ habet, exaltatas eas à crasso & nigriore quodãmodo sanguine, cuiusmodi ꝑ aluũ aliquãdo nõ paucis hepaticorum excernitur, vi*
20 *dere licebit. Súntq; medici qui mihi eũ nõ absurdè videtur, fæci, * q̃ super vini dolijs hæret assimilare. Ergo hic humor, vbi ampli⁹ incaluerit aut propter putredinẽ, aut febrem phlegmonodẽ, nigrã efficit bilem, quam nullum animal, ne ipsi quidẽ mures gustauerint. Terra quoq; raditur ab ea: ac partes q̃ radũtur, omnes in altũ attollũtur, vocatúrq; is effectus (vt Plato quodam loco inquit) tũ feruor, tũ fermentatio. Estnanq; is humor talis, quale esse acetũ docuimus.*

* τῇ τοῖς οἴνοις ὑφιζάνουσι, i. quæ in vinis subsidet.

Ex quo ipso quoq; si in terrã effuderis, idẽ effectus visitur. Quo minus alienũ est, si veteres eiusmodi humorẽ acidũ nominarũt, æquè vt pallidæ bilis amarũ. Sanè nõ rarò etiã in vomitiõibus talis apparet. Verũ sicuti paulò ante dixi vnũ quoddã vitiũ esse propriũ verũq; scirrhũ, q præter alia etiã insensilis sit, reliquos tumores, q videlicet nõdũ sunt omnino insensiles, dupliciter esse à medicis vocatos, nẽpe vel scirrhos, propterea quòd generis scirrhorum sunt, vel scirrhosos tumores: sic & in humoribus quæ quidem haud dubiè nigra est bilis, ea talis est qualẽ modò pinximus: certè acida, & terrã fermẽti ritu eleuãs tũ omni animãti iniucũda. Quæ verò fieri talis est idònea, hæc bifariã nũcupatur: vel melãcholicus humor, vel nigra bilis: scilicet qui sic eã nominãt, affirmaturis aliã esse nigrã, quæ dũ animal naturaliter se habet quotidie gignitur: aliã quæ ex vstione ac velut assatione cõflatur. Quod autẽ semper præcipio, vt nominibus contẽptis, ipsam naturæ rerũ scientiam exerceas, id nũc est faciẽdũ: ac nominandũ quidẽ pro vt succurret, cæterũ oratione sic interpretãdum, quòd quidã præter naturã tumores ex eiusmodi naturæ succo proueniũt, cuiusmodi est fæx in vino, & amurca in oleo: & quòd hi spatio tẽporis putrescẽte humore, propterea quòd in vasis sit impactus, exulcerantur. Ergo sicuti reliqua omnia vitia plurimã habent particularem in maior

10

20

ioris minorísq; ratione differétiam: sic etiã hoc vitiũ habet. Quippe phlegmones alia quidẽ admodũ rubrã est, alia paulo magis quàm ꝑ naturali habitu rubra. At species, siue genus, siue quomodo libet appelles, ambobus est idẽ. Nã & rubriores quàm pro naturæ modo sunt, & dolor omnino cũ ipsis est, qui ipse quoq; magnã habet in excessu defectúq; differẽtiã. Ad eundẽ modũ nec remissus nec cutis tẽsio omnibus est æqualis. Cõmune tamẽ eorum est, tum quòd pars magis renititur quàm antè, cum naturaliter se haberet: tum quòd in tumorem quendã attollitur: extenta scilicet attẽtáq; eatenus cute, quatenus tumor assurrexit. Simili ratione & vitiũ quod modò describimus, aliàs cõfusa exiguáq;, et quæ vulgũ fortasse latere poßint, affert symptomata: alias ita vehemẽtia et magna, et cũctis euidẽtia, vt ne puerũ quidẽ clã sint. Verùm cõmune illud in omnibus particularib⁹, quod intelligentiã ad se trahit, vnus id morbus esse ostẽdit: & vnã sibi appellationẽ imponi cogit. At vbi magna quidẽ omnia sunt, nemo de appellatione ambigit, sed nominant vno assensu oẽs eiusmodi affectũ cancrũ. Cùm autem adhuc incipit, nihil miri est si vulgus lateat, non secus profectò quàm stirpes quæ è terra iam exeũt: quãdo hæ quoq; peritis tãtùm agricolis agnoscũtur. Ergo quę'nam in cancro tum cõmunis, tũ propria curationis indicatio sit, opportunè nunc dicetur.

Cõmunis igit̃ est, vt humorẽ, vnde vitiũ est natũ, illico vacues simili vacuationis genere ei quæ in alijs tumoribus supra est cõprehẽsa. Mox ꝓhibere, potissimũ si fieri potest, ne de cætero eiusmodi succus in venis colligat̃. Sin id fieri nequit, saltem eũ omnino ex interuallis vacuare, & simul particulã firmare, ne quid humorũ redundantiæ ad eam cõfluat. Veluti ergo amaræ bilis humorẽ medicamẽto quod cum humorẽ trahere sit aptũ, educimus: sic et melãcholicũ educemus vel simpliciũ aliquo, cuiusmodi est epithymũ põdo drachmarũ quatuor in sero lactis mulsáve exhibitũ: vel cõpositorũ aliquo: cuiusmodi nostrũ est, quod ex duobus & triginta simplicibus medicamẽtis est cõpositum. Sed horum materiã in alijs traditã habes. Hic autem quæ ad propositam methodum propriè pertinẽt, dicamus. Post nãq; purgationẽ illud de omnibus eiusmodi affectibus pri⁹ est præceptũ, quòd vel retrò regerere humorẽ, qui in membro procubuit, oportet, vel ipsum digerere: præterea quod in principio qdẽ tã in ipso purgationis tẽpore, quàm ante id repellere, vbi iã totũ corpus exquisitè purgaueris, digerere. Vbi tamen mediocris tãtùm purgatio præcessit, mistũ esse quod applicabitur pharma cum ex repellente digerentéq; facultate conueniet. Sanè ad crassum humorẽ inutiles sunt, tũ imbecillæ, eò quòd nullum operæpretiũ efficiant: tum valentes, quòd vehemẽter tenuiores quæ in

venis

venis sunt sanguinis partes, vel digerāt, vel retrudāt: crassas verò & melācholicas, quas fæci assimilauimus, nec euocent, nec repellāt. Ergo si his inter initia vtêre, vtiq; minutus apertè tumor erit. Cæterùm quod reliquū eius est, contumax ad soluēdū reddetur. Quare mediocriū viriū medicamētis est opus: quæ nec propter imbecillitatē vincētur, nec propter effectus vehementiā valenter sanguinē crassabūt. Ad hæc item
10 quæ omnino haud mordeāt: quādoquidem vitij malignitas ab ijs quæ mordent, irritatur, ac vt dici solet, efferatur. Propter hæc igitur quæ viribus qdē sunt mediocria, qualitate verò minimè mordētia, eiusmodi affectib⁹ sunt idonea. Materiæ verò copia, sicuti in libris de medicamētis est traditum, ex vstis clotísq; metallicis habebitur. Quippe quæ medicamēta ex his cōponūtur vnà cū purgationibus, ad sanandos incipientes cancros magnā vim habēt. Maiores verò sat fue-
20 rit, si his prohibeātur augeri. Prospicere verò vt qui iam sunt sanati, amplius nō regenerētur, id artis de tuēda sanitate est opus: cuius sanè portio est quæ de cibis præcipit. Cæterùm siquādo cācrū per chirurgiā curare audebis, cœpisse quidem ab vacuādo per purgationem melancholico humore oportebit. Vbi verò totum quod vitiatū est, prorsus excideris, sic vt nulla supersit radix: sines effluere sanguinem, nec properè eum imbibebis: imò premendo potius quæ circum sunt

venas, exprimes ex his craßiorem sanguinem: mox alijs vlceribus similiter curabis.

CAPVT X.

Est tamen & aliud vitiũ, quod ex humore crasso ferventéq; nascitur. Incipit hoc plerũq; à pustula: aliquãdo verò et sine hac. Cæterùm inter initia qbus hoc instat, scabũt particulã omnino. mox oritur pustula qdã. qua rupta, vlcus cũ crusta gignitur. Sæpe verò nõ vna oritur scabẽtibus pustula, sed multæ exiles velu ti milij semina, crebræ in particula residẽtes. q. bus perruptis, similiter crustosum vlcus prouenit. In carbũculis verò q per Asiã populatim sunt grassati, etiã citra pustulas nõnullis excoriata statim cutis est. Omnibus tamẽ, vti dixi, crustosum vlc⁹ fit: modò crusta ipsa cineris colo rẽ præferẽte, modò nigrorẽ. Omnibus pterea his circũposita caro in summã puenit inflãmationẽ non tamen calore aspicitur erysipelatis, imò qui adhuc phlegmões colore sit nigrior: veluti si plu sculo rubro minus misceas nigri. Quod aũt necessariò febricitent qui ita sunt affecti, ídq; non minus, imò magis quàm illi quib⁹ erysipelatosa est phlegmone, id vtiq; latere neminẽ potest. Sed & incipiendã ab incisa vena curationẽ esse, id quoq; neminẽ latere arbitror, q præsertim meminerit, q̃ in curatione febriũ de sanguinis missione dixim⁹. Nec illud obscurũ, sanguinis vacuationẽ q̃ ad animi defectũ vsq; sit adhibita, magis

gis his etiã collaturã: nisi tamen aliud quippiã obstet ex ijs quæ venã incidi vetét. Imponi verò sibi laborãs particula quod ad humorũ inflammationẽ spectat, refrigerantia desyderat. Cæterùm propter humoris crassitudinẽ atq; etiã malitiam, nec fluxionẽ auertere vnquã poteris: & siquãdo id feceris, aliud quippiã quod in alto sit corpore, offendes. Atq nec adfluere is pmittẽdus est: quin poti⁹ inquirẽda remedia sunt, quæ
10 cũ modicè reprimẽdo etiã digerere possint. Tale profectò est tũ cataplasma quod ex plãtagine cõficitur, tũ quod ex cocta lente, scilicet miscẽtibus his nobis micã panis tenerã q clibano sit coctus. Esto autẽ panis nec oĩno à furfure purus, nec nimiũ eius habens. Siquidẽ q omnino purus est, eius substãtia in cutis meatib⁹ hærere est apta, ἐμπλαστικώτερον Græci vocãt. Furfurace⁹ aũt crassiorũ est partiũ. Sup ipsum verò vlcus, valẽs aliquod imponẽdũ est medicamẽtũ: cuius-
20 modi est Andrõis, Pasionis, vel Polyidæ, liquariq; id cũ vino aliquo dulci ad sordiũ crassitudinẽ debebit. Porrò cõmodissima ad hũc vsũ vina sũt tũ thereũ, tũ scybilite. In quorũ inopia sapa vtẽdũ q apud nos ἕψημα dicit. Quæ aũt pharmaca reliquis adhiberi vlcerib⁹ solẽt, nẽpe quæ cõcoquãt et pus moueãt, ea nũc adhibẽda nõ sũt: qñ ita putredinẽ pticulæ auxeris. Quinetiã scarificare eiusmodi tumores post sanguinis missionẽ alienũ nõ sit. Sũto aũt incisiones mediocrib⁹

altior

altiores, propter infestantis humoris craßitudinem. Cessante verò iam inflãmatione, vlcus ad cicatricem similiter reliquis vlceribus perduces. Atq; hacten⁹ de carbũculis dixisse sat arbitror.

CAPVT XI.

DEinceps de reliquis agã tumoribus, orsus à strumis χοιράδας Græci vocãt. Existũt hæ glãdulis in scirrhosum affectũ mutatis. Estque curatio earũ, quod ad ipsum attinet vitiũ, ijs scirrhis qui in alijs partibus nascũtur, cõmunis. Cæterũ quod ad ipsius partis naturam spectat, in qbusdã glãdulis alias geminas curationis indicatiões adijciũt. Præstiterit fortaßis hoc loco de nominibus aliqd clarioris doctrinæ gratia distinxisse. Quippe glãdulæ q̃ quod in medio vasorũ in diuersas partes diductorũ habet, implent, eiúsq; diductionis pro firmamẽto sunt, earũ haud magnus vsus animãtibus est: sed ex abũdãtiore prouidẽtia sicut alia quædã, sic has quoq; glandulas natura fabricauit. Earũ verò q̃ vel saliuam, vel lac, vel genitale semẽ, ad hæc qua pituitosum quendã humorẽ in mesenterio, vel faucib⁹, vel larynge, generãt: earũ maior est vsus. Atq; aliq has nõ glãdulas, sed glandulosa vocãt corpora, vt q̃ nõ paulò quàm reliquæ glãdulæ & rariore sint & magis spõgiosa substãtia. Quinetiã in has tũ arteriæ, tũ venæ sensibiles perueniũt. Atq; hæ quidẽ cũ in scirrhoso sunt affectu, non aliter q̃ cæteræ omnes partes

sunt

ſunt ſanãdæ. At q̃ in medio vaſorũ ſpatio cõſiſtunt, in ijs alia curationis indicatio præſtatur: qua ſimul cũ vitio etiam pars ipſa tollitur. Eſt verò duplex ea quoq;: nẽpe vel totum quod vitiatum eſt, ſcalpello excidentibus nobis, veluti in cãcro, vel putreſcere id medicãmento cogentibus. Porrò quæ eiuſmodi medicamentorũ materia ſit, id in opere de medicamẽtis eſt proditũ.

CAPVT. XII.

10 Mihi verò tempeſtiuũ eſt de alijs tumoribus docere. Quorũ ſe primũ abſceſſus offert, ἀπόστημα id Græcè dicitur. Huius duplex itẽ genus eſt. Vnũ cum phlegmone in pus verſa, pus ipſum tãquam in ſinu aliquo eſt collectum. Alterũ cũ nulla præcedẽte phlegmone, humor aliquis ſtatim ab initio, iſq; aliàs ſpecie alius, cæterùm omnino acris, in parte aliqua colligitur, porrò excoriat hic circũpoſita corpora: ſpatiũ videlicet ſibi moliens, vel inter duas tunicas, vel 20 ſub certis mẽbranis. Excoriat autẽ oĩno ipſa copia diſtẽdens: interim verò acrimoniã quãdam à putredine tẽpore cõtrahẽs. Sanè inueniũtur in huiuſmodi abſceſsibus cùm ſcalpello ſunt diuiſi, proprietates, q̃dã nõ paucæ, nec humorũ modò, ſed etiam ſolidorũ quorundã corporũ. Siquidem vnguiũ, pilorũ, oſsiũ, teſtarũ, lapidum, & pori fragmentorũ ſimilia inuẽta in his corpora quædã ſunt. Ac humorũ ipſorũ alius veluti lutũ, vel cœnum, vel olei quidã limus, vel vini fæx,

alius

alius adeò grauiter olens, vt omnes auersentur. Verùm hæc rarius incidũt. Frequẽtißima verò hui⁹ morbi sunt tria genera: quorũ singula propriã appellationem Græcè sunt sortita. Ea sunt ἀθέρωμα, στεάτωμα, & μελικηρὶς à similitudine contẽtarũ in tumoribus substãtiarũ dicta. Est enim aliud eorũ veluti seuũ, aliud veluti mel, aliud pulticulæ, quã ἀθέραν vocãt, simile. Curationis verò eorũ indicationes sunt cõmunes, nẽpe id qđ continet, vel digerere, vel totũ putre reddere, vel excidere. Aliqui igit̃ eiusmodi tumorũ triplicẽ curatiõis rõnẽ admittũt, quotquot scilicet ex tenuiore hũore cõstat, vt meliceris. Aliqui duplicẽ tãtũ, veluti atheroma: qppe quod tũ excidere, tũ putrefacere licet. Steatoma verò sola manuũ opera curat̃: cũ nec putrefieri poßit, nec digeri. In his verò absceßibus: q in alto corporis cõsistũt, ac potißimũ in visceribus: medicamẽta q̃ ex aromatis cõponũtur, maximè sunt vtilia: vtpote quorũ vis collectũ humorẽ, tũ in halitũ resoluat, tũ digerat. Sũt pfectò et alia ei⁹ generis nõ pauca, quorũ laudatißima sũt, tũ antidotus quæ ex viperis cõponit̃ (theriacẽ vocãt) tũ quæ athanasia vocat̃, tũ ambrõsia: atq; hæc q- dẽ sumptuosa, viliorũ sanè optimũ est nostrum, quod ex cretica calamyntha est cõpositum. Oĩa verò id gen⁹ in ope de medicamẽtis colligemus, qđ, vti paulò antè dixim⁹, satius arbitror ijs trib⁹ q̃ suprà memoraui, quò nihil desit, subijcere.

10

20

CAPVT XIII.

QVoniam verò eorum quæ per chirurgiã fiunt, curationis indicationes aliquid cõmune habent, aliquid propriũ, satius nobis visum est, ea non distrahere, sed vniuersa in calce huius operis apponere. Nunc porrò tantulũ etiã de tumoribus, qui præter naturã consistunt, est adijciendum quòd quicunq; ex his toto genere præter naturã sunt, ij sui ablationẽ indicẽt: cõ-
10 muniori scilicet indicationi quæ per omnia quæ totis substãtijs à naturæ habitu recesserũt, extẽditur, subiecti: velut in steatomatis & atheromatis habet. Huius certè generis est & q̃ μυρμήκια Græcè vocatur, et quæ ἀκροχορδὼν præterea in vesica calculus, & ὑπόχυμα: & in mulieribus molæ in vtero gestatio. Ita verò appellãt informẽ carnẽ. Omnia nanq; talia summouere in totũ properam⁹. Quorũ verò etiã locus ipse affectus vna quæpiã naturaliũ partium est
20 prima indicatio est, vt affectus sanet. Secunda ab hac, si insanabilis is sit, vt vnà cũ vitio pars quoq; ipsa excidatur: sicut in cãcro & oĩb⁹ vlcerib⁹ q̃ curationẽ respuũt. E cõtrario verò ĩ suffusione q̃d hypochyma vocãt, victi in prima indicatione, ad aliũ eã locũ, qui minoris sit mom̃ẽti, trãsferimus. Nõ desunt qui hæc quoq; vacuare sint aggressi: sicut ĩ ijs q̃ chirurgia tractãt dicã. Nũc illud dixisse sufficiet, quòd humor q in hydrocelis visitur, alien⁹ à corporis substãtia tota natura

natura sit:sicuti etiã quæ in ascitis hydropibus cõtinetur aqua. Quarum certè vacuatione, vel medicamentis quæ digerãt molimur, vel chirurgia: in hydrocele quidẽ immisso siphone, in ascite verò adhibita pũctione, quam paracẽtesin vocãt. Porrò exciditur vnà cũ affectu ipso, veluti in ijs q̃ antè cõprehensa sunt, etiã pars affecta: ita et in herniosis aliquid peritonæi. Pari modo & columella aliquãdo vnà cũ vitio ipso exciditur. Itidémq; in cruribus et testiculis, vnà cũ varicibus ipsæ venæ. Ad hæc tunica in naso cum polypo, & foratus dẽs cũ foramine. verũ ex his nullum est quod ad naturalem habitũ poßit reduci. In columella verò id omnino est conandũ, nec properandũ ad eam excidendam sed quãdo gracilis est, & ad lori tenuitatẽ redacta, tũ est auferenda. Porrò talem eam reddet longius tẽpus. at qualem Hippocr. in præsagijs descripsit, paucorũ dierum numerus: æquè verò & cætera quæ in magnitudine naturalẽ habitũ excesserũt in quibus annumerãda sunt omnia qbus supercreuit caro, & encãthides, & qui in sede thymi dicũtur. Sũt ex istiusmodi vlceribus et quæ ambigua sint specie, veluti cicatrices quæ supra circũpositã cutim multùm extant: itẽ, quæ in oculis sunt pterygia. Curationis tñ eorum indicatio manifesta est. Siqdẽ talia omnia amouere oportebit: atq; id semper agere: vt rationibus quibus id fiat pensitatis, optimã semper earum deligas.

Sanè

Sanè optimæ rationes tripliciter iudicãtur, tum ex tẽporis curãdi breuitate, tum ex curãdo citra dolorem, tum ex maximè tutò curãdo. Rurſus vt tutò cures, tria propria ſunt quibus intentus ſis oportet. Vnũ primũq́; vt omnino abſolutionẽ operis cõſequaris: Alterũ, vt ſicubi hunc nõ conſequaris, ſaltẽ cubantẽ nõ lædas. Tertiũ, vt vitiũ nõ facilè reuertatur. His cõſiderationibus ſi optimã curationis viã iudicaueris, inuenietur in omnibus quæ nũc ꝓpoſuimus, quãdo potius chirurgiæ, et quãdo potius medicamẽtorũ ope ſit curandũ. At chirurgiæ quidẽ ſtudiũ in iis præſertim quæ nũc ſunt propoſita, ad interemptionẽ eorum feſtinat, vt quæ quod in aĩalis corpore toto genere præter naturã habet, id prorſus tollendũ ſibi proponat. Quod ſi perficere nequeat, proximũ illud conſiliũ habet, vt vitiũ trãsferat, veluti in hypochymatis. Quod verò ex medicamentis petitur, primũ huc tẽdit, vt quod præter naturam eſt, tũ vacuet, tũ digerat: quod ſi per mẽbri naturã, aut etiã vitij rebellionẽ fieri non licet: vt id tũ in pus vertat tã putrefaciat: hoc verò ſecũdo loco deſtinat. Quippe ita in columellæ vitio facimus: primùm ſcilicet ad naturalẽ habitũ eã reuocare tentãtes: id ſi cõſequi nõ eſt, prorſus amputãtes: idq́; vel chirurgiæ opera, vel per cauſtica medicamẽta: verũ medicamẽta melius eſt in tractationẽ de iis differamus: (quãdoquidẽ tribus iã ꝓditis, aliã quoq; quartã adiiciẽdã ſtatuĩ:

mus)ac chirurgiã ĩ calce huius opis appõamus.

CAPVT XIIII.

NOn est igitur quod in his amplius immoremur:sed transeundũ ad ea quæ similem iis quæ comprehensa sunt,curationẽ desiderant. Ea sunt tũ quæ in numero & magnitudine conuenientẽ modum excedunt:tum quæ in ambobus iis deficiũt. Dixi hoc loco cõuenientẽ.quòd si cõferentẽ,vel conducentẽ,vel secundũ naturã, vel vtilẽ alibi vsurpauero,eadem sermonis vis erit. Ac dictũ quidem de his est alibi latius. Cæterùm,redigere in memoriã summatim omnia, etiã hoc loco alienũ nõ fuerit.Omniũ ergo quæ in corpore habẽtur,primùm cuius maximè indigemus,est ipsa particularum minimè impedita functio. Hãc verò quia possidemus natura,idcirco publicè dicimus expetere nos secundũ naturã agere. Et quia hoc ipsum,cũ eo qđ est secũdũ naturã,[vel naturaliter se habere,]est cõiunctũ meritò profectò nihil interesse arbitramur,secũdũ naturã habere,an secundũ naturã agere dicamus. Quin et sine additiõe interim Græcè dicimus expetere nos τ̃ κατὰ φύσιν:vtiq; subaudito in dictiõe,vel habere,vel agere,vel ambobus. [Latinitas propter articuli fortassis inopiã ea figura destituitur.] Atq; hæc quidem causa est cur medicis rectè vsurpata vox hæc secundũ naturã sit de omnibus,quæ in corpore ex sententia nostra esse cupimus.Scire aũt licet in iis quibus natu-

[Ista non sunt in Græc.

natura deficit, nec primũ, nec ꝑpter seipsum, secũdũ naturã à nobis expeti: sed ꝑpter actionẽ, et ex accidẽte. Siquidẽ sextus digitus nõnullis ab ipso statim ortu est cõgenitus, et q̃ntus defecit: et alia quædã similia, aliqua in numero, aliqua in legitima quãtitate vitiosa. Ac si quidẽ hæc plurimùm, recta verò rara fierẽt: cõtra quàm nunc de naturæ operibus statueremus, vtiq; non tuentes vt nũc, sed auferẽtes ea. Hæc ratio memo-
10 ria tua nunquã excidat: cũ sit ad nominũ vsum vtilis, quæ tum fallere inconsideratos possunt, tũ discordiæ phantasian excitare, sicubi alter dicat totũ quod præter naturã est, esse tollendũ: alter quod nocet, aut inutile est, aut incõmodat actiõi.

CAPVT XV.

Ergo denuò repetentes, de rebus loquamur, quãdo de nominibus est nobis definitũ: hinc orsi. Cõiũcta cõprehẽsis iam morbis sunt ea quæ vel magnitudine, vel numero, à debito naturæ
10 modo sunt aliena, in quibus amputare quidem cõueniet quod magnitudine, vel nũero redũdat, reficere aũt & fingere quod desit: vbi videlicet fieri id licet. Quintũ nã q; digitũ, aut tale aliud membrũ, medico certè gignere nõ licet, sed vnius naturæ opus sunt omnia talia. Verũ in totũ tollere quod nũero redũdat, aut præcidere aliqd eius q̃d magnitudine modũ excessit, hæc nobis quoq; licent. Siquidẽ ex medici officiis vnũ est, nec id leuissimũ, vbi in corpulẽtia eò deuenit corpus, vt

nec ingredi sine molestia, nec sedē ꝑpter vētris molem cōtingere, sed nec respirare liberè poßit: hāc liquare ac tollere, æquè nimirū vt cū corpulenti desinit (ἀτροφίαν Græci vocāt) quod genus quos vomica malè habet, patiūtur, huic quoque reficiēdo prospicere. Sæpe autem euenit, vt nō totum corpus, sed vna quæpiam pars ex atrophia tabescat, quā scilicet vel neruorū resolutio, vel ipsius partis intemperamētum præceßit. Opportunéq; iam de curatione horū cōsiderabimus, orsi ab iis qui corpulētia nimiū onerātur. Ostēsum verò in libris est qui de tēperamētis sunt inscripti, quòd calidior sicciorq; tēperies exile corpus reddit. Ergo id agendū: vt nimiū obesi corporis temperamentū tale esse faciamus, si modò ad debitū modū redibit. Sanè docuimus tū in illo opere, tum nihilo secius in opere de tuēda sanitate, quòd acuta exercitatio, & tenuās victus, & id genus medicamēta, & animi cogitatio, tēperamentū totū nō solū calidius, sed etiam siccius, ac propterea corpus exilius reddūt. Igitᵉ in exercitatiōibus celerrimus cursus est idoneus. Tenuantis verò victus materia, seorsum singulari libro est ꝑdita, Quòd si medicamēta tenuātia quoq; requirēt, etiā hæc in operibus quæ de medicamētis cōscripsimus, sunt edita: quanquā referentur eorum nūc quoq; quæ sunt efficacißima: quibus vbi demere nimiā obesitatē studes, vtaris suadeo. Ergo quæ ad articularia vitia quidē exhibere

solent,

*ſolēt, quæ ſcilicet valentē incidēdi facultatē ha-
bēt, iis tu quoq; cùm nimiā obeſitatē curabis v-
titor. Sūt porrò talia, rutæ ſemē, præſertimq; ſyl
ueſtris, vnà cū ipſis corymbis, & ariſtolochia ro
tūda, & minus centaurium, & gentjana & po
lium. Præterea ex vrinā ciētibus, ea quæ pollen
tes habēt vires, veluti petroſelinum. Vnūquodq;
enim taliū, tū ipſum per ſe, tū verò aliis miſta,
vniuerſa & extenuare potēter ſuccos, & vacua
10 re ſunt habilia, partim quidē ſenſibiliter per vri
nas, partim per inſenſibilē trāſpiratū, ſed & ſal
qđ ex cōbuſtis fit viperis, potēter extenuat. Mul
tíq; cū vel graciliores, vel mediocris habitudinis
eſſent, ex eiuſmodi medicamentorū potiōe perie-
rūt, ſanguine ipſorū excocto. Ruerāt autē ad ea
propterea quòd liberatos aliquos articularis vi
tiis viderāt: minimè ſcilicet æſtimātes quòd tem
peries eorū qui ſanati fuerāt, humidior pituito-
ſiorq; erat, qualis nimirū obeſorū eſt. In quibus
20 eiuſmodi medicamētorum ſecurus eſt vſus. Ipſe
nanq; iuuenē quendā quadraginta circiter an-
nos natum, oppidóq; obeſum percuraui, vſus tū
antidoto quæ aduerſus articularia vitia eſt com
poſita, tū ſale theriaco, ipſáq; theriace, ac reliquo
extenuāti victu, & pro exercitatione curſu ve-
loci. Porrò præparaui hominem ad curſum, per
fricando primùm linteis aſperis, quoad cutis ru-
beret, dein ſtatim cum oleo quod in ſe digerens
aliquod medicamentum habebat: quo etiā poſt*

cursum rursus vtebar. Talia medicamēta sunt, tum syluestris cucurbitæ radix, tum althea, tum gētiana, tum aristolochia, tum panacis radix, tū poliū, tū centauriū. Per hyemē verò etiā à balneo iā dicto oleo hominē reunxisse profuerit. Verū cibū exhibere nō statim à balneo, sed interposito somno cōueniet. Quòd si velit etiā rursus ante cibū lauari, permittes. Magis etiā ad rē pertinebit, si aquæ ipsi digerēdi facultas insit. Ac si quidem talē aliquā spōtè natā habemus, ipsa vtemur: cuiusmodi in Lesbo visitur, à Mitylene stadiis quadraginta, sin minus, ipsi similē aliquā moliemur. Est porrò ea quæ in Mitylene cōspicitur, & viribus et colore talis qualis vtiq; fiat, si qs florē salis aquæ marinæ misceat. Hæc ipsa aqua etiā hydropicis, et reliquis tumefactis, idonea est: vtpote valēter desiccās, ita profectò vt præpinguibus, ac præcipuè si quis ipsos cogat in ea celerrimè natare, nec post largā lauationē protinus esse biberéve, sed somno interposito, aut omnino saltē quiete. Sanè illud est sciendū, atq; ab eo qui obesitatē curat prædicendū, quòd aliquādo ex multo simul obito motu, & febri hominē tētari est credibile, & quòd febris ad rē propositam nō aliena erit: vtiq; si medicus rectè oīa faciat. Etenim perspicuū est, vbi ex lassitudine febricitarint, qui ita curantur, quòd sopita eorū febre, rursus ad eandē curationis formulā redibunt. Sanè fugere in iis curandis cōueniet, & vi

na quæ multum nutriunt, cuius generis crassa sunt: vti verò vel aquosis, id est colore albis, & substãtia tenuibus: vel quibus mare est admistũ.

CAPVT XVI.

AT vbi eos qui extenuati sunt, reficere in animo est, ius vinũ exhibebimus crassum: cibum verò, qui succũ efficiat crassum, exercitatiões paucas, frictionẽ mediocrem: ac vt summa complectar, omnia iam cõprehẽsis cõtraria mo-
10 *liemur. His verò etiam picari cõmodũ est: idq; tertio aut quarto quoq; die. Quippe id ad carnẽ instaurandam, egregiũ medicamentũ est: adeò si quod singulare membrum hoc vitio laborat, id hoc præsidio restituet. Ac nobis quidẽ in omnibus fermè hoc vnũ satisfecerit, siquidẽ humectat & calefacit, sanguinis multitudine accita. Ergo nec aßiduè id ægrotãti corpori admouere conueniet: nec cùm cõueniet, sæpe illinere, verùm in hyeme bis, in æstate semel id fecisse est satis. Qui-*
20 *bus verò à natali die gracilia sunt mẽbra quædã, iis etiã mãgones puerorum hoc ipso præsidio succurrũt, vnà cũ certa percußiõe, quam Græcè ἐπίκρουσιν vocãt. Est porrò et illius mediocritas quædã, vt scilicet nec plus iusto, nec minus fiat. Ea talis est. Ferulas paruas ac leues modicè illitas gracilibus partibus incutiũt, donec modicè attollãtur, quippe in hoc summa rei est: veluti Hippocrates de p̃fusione aquæ calidæ dixit. Primũ quidẽ pars intumescit, pòst gracilescit.*

Ergo quibuscũq; particulis bonam habitudinẽ reddere studemus,has & fricare, & perfundere,& percutere,& picare oportebit,tãtisper dũ intumescant,hoc vbi factũ est,protinus desistere priusquã digeri cœperint. Etenim quæ calefaciunt omnia,sicuti attrahere,ita etiam digerere sunt apta. Si ergo perstes dum quod attractum est,digestũ sit,operam luseris. Ad hũc modum mãgo quidã proximè ñates pueri fame consumptas,breui auxit,percussu mediocri quotidie vsus,aut saltẽ alternis diebus,itẽ moderata picatione. Cæterùm,quibus totũ corpus est extenuatum,iis lauari quoq; post cibũ est idoneũ. Veluti autem metus erat,ne tenuantibus auxiliis febris succederet,corpore scilicet immodicè per hæc calefacto:sic iis qui à cibo lauãtur, timendũ est ne sibi iecur obstruat,potissimùm propter ciborum speciẽ,quippe cùm aliter quoq; obruere soleant quæ succũ crassum gignũt,si quis his liberalius vtat. Vbi igit aliàs id efficere solẽt,multò profectò promptius idem post balneũ facient. Incidit tamen ex tali victu diutius exhibito,etiam calculi in renibus generatio,quod vitiũ cur omnibus non cõtingat,satis patet. Quippe incredibile nõ est quibusdam,vel densos admodũ esse renes, vel perangusta venarũ in iocinore ora, qbusdã cõtrà esse habita. Horúmq; dignotio nulla planè certa est:sed percõtandũ assiduè ab eo qui iã dicto modo est cibatus:nũ qs illi grauitatis sen-

10

20

sus

ſus in dextris præcordiis & circa * renes ſit. QǱ* ψόας.
ſi quid tale aliquãdo ſenſerit, protinus cappari
ex oxymelite in principio cibatiõis, donec cõſtite
rit grauit.ιι, dabit. Ad mẽbra verò quæ ægrè
reficiebãtur, ac pluſculũ iã refrigerata erãt, vſus
aliqñ et thapſia ſum: aliàs ea ex melle membrũ
illiniens, aliàs etiã ex cerato. Siquidem attrahit
ea quoq; partibus quibus ſuperpoſita fuerit, ſan
guinis copiã. Quibus aũt exiguũ aliquid puden
10 di præputio de naturali deeſt quãtitate, iis nõ ra
rò citra thapſiã ſola tẽſione debitũ modũ reddi-
di mẽbranulã mollẽ firmãq; cuti gũmi illitæ cir
cũuoluẽs. Satis aũt cõſtat, qǱ etiã mẽbranulæ fi-
nẽ parti ſubiectæ agglutinari gũmi oportebit.
Siquidẽ et ſiccatur citò, & ſine dolore adſtrĩgit.
Porrò cuti præputij ex interna parte rotũdum
aliquid ac mediocre ſupponi prius oportebit: qǱ
videlicet poſteaquã agglutinata mẽbranula eſt,
facilè eximas. Eorũ verò qui thapſia præputiũ
20 adducũt, quidã rotũdũ id è plũbo fecerũt, veluti
ſolenariũ quoddã. Mox illi extrinſecus præpu-
tij cutim circũtendũt, ac molli loro deligãt. Fue
ritq; et id nõnũquã vtile, vtiq; quibus multa de
ſit cutis. Quibus aũt exiguũ eſt quod deeſt iis (vt
cõprehenſum eſt) ſola mẽbranula circũdata ſuf
ficiat, vbi aũt circũdabitur cuti, & agglutina-
bitur, ſubtus imponi ſolenariũ prius oportebit.
Ego verò cũ nihil horũ præſto eſt, modicũ char
tæ inuoluẽs, immittere pro fulcimẽto præputij ſo

leo: vt postea cùm planè coaluit quod foris est cir cũdatũ, exẽpto quod fulciuerat, facilè meatus q curatur. Cõstat verò hoc quoq; vitiũ ex morbo rum esse genere, quod naturalẽ magnitudinẽ est egressum, aliàs putrescẽte præputio incidẽs, aliàs ab ipso ortu minore q par erat cõgenito. Subijcitur autem duplici chirurgiæ rationi: interim in superna pudẽdi parte circulo incisa cute, quò videlicet eius vnitate soluta eatenus deorsum trahatur, quo ad glãdẽ coopiat. Interim verò scal 10 *pro ex interna parte qua glãdis initiũ est excoriata, mox deorsum tracta, ac deinde (vt supra cõprehẽsum est) molli quopiã deligata. Dicemus autẽ & de eiusmodi rationibus in sermonis progressu, equè profectò vt de curtis id genus, quæ* κολοβώματα *Græci appellãt. Quippe ita vocãt quæ in labiis, aut narium alis, aut aure deficiũt. Nã methodo quadã curant hæc quoq;: primùm quidẽ excoriata vtrinq; cute, deinde adductis cõiũctisq; inter se cutiũ oris, ac vtriusq; quod callo* 20 *sum est detracto, mox quæ reliqua sunt adsutis atq; agglutinatis. Eiusdẽ generis sunt et quas in maiore oculi angulo* ῥοιάδας *Græcè vocãt, vtiq; vel impẽsius minuto, vel prsus pdito ipso angulo. At prorsus quidẽ perdito eo, oĩno, insanabile relinqtur vitiũ. Minuto verò, iis quæ modicè astringũt curãt, si tamẽ totũ corpus primum antè purgaueris, dein caput. Sũt mediocriter adstringẽtia medicamẽta & quæ è glaucio cõponũ-*

tur

tur & croco, & quæ nardina vocãtur. Item, in primis quæ ex vino sũt cõfecta. Vt verò summa cõplectar, quibus perit aliquid substantiæ, maximè quidẽ id agendum, vt ei quãsimillimã fafaciẽdã curemus. si id fieri nequit, saltẽ aliquid quod eũdẽ præstet vsum machinabimur. Erit autẽ profectò & id eatenus simile. Etenim cùm ossis tibiæ sæpe excidere portionem magnã cogimur, ad alterã loco eius substantiam producen-
10 *dam carnẽ gignentibus medicamentis naturam ipsam prouocamus. Quæ vtiq; inter initia velut dura est caro: postmodũ callii durioris firmitudinẽ accipit: ac temporis spatio roborata, ad ingressum ossis loco fit habilis. Quinetiam vbi internodia digitorum excidimus, in excisorũ loco alterã (qualẽ prædiximus) naturam prouenire cernimus. Quòd autẽ venas quoq; sensibiles generatas aliquando vidimus, prius est dictũ. verũ has nõ tam similes ijs quæ prius perierãt, quã*
20 *easdem renasci dixeris, veluti in cauis vlceribus carnẽ. Cicatrix verò quæ in hac calli modo durata gignitur, ea cuti quidẽ est quamsimillima, cutis tamẽ nõ est: quando & densior ea visu tactúq; sentitur, & ratione, ex eo quòd pilos non edit, intelligitur. Hæc igitur si præsto tibi ad manũ semper erunt, quæ tibi in curationibus peragenda sint, minimè requires. Mihi verò iã tempestiuum est ad alia morborum genera trãsire, sed quibus est cùm suprà comprehensis societas.*

CAPVT XVII.

ERgo serpẽs vlcus, qui ἕρπης Græcè dicitur, is eiusdẽ est generis cũ exulcerato erysipelate. Ramex verò, quã σαρκοκήλην vocãt, cũ scirrhis. At vitia quæ ὀφίασιν, ἀλωπεκίαν, & πτίλωσιν appellãt, ex eo sunt morborum genere, in quibus naturale aliquid est amissum: æquè nimirũ vt myrmecia eorũ est quæ toto genere sũt præter naturã. Porrò triplex omniũ horũ est differẽtia. Quędã nãq; ex mutatione cõsistũt solidarũ partiũ, sicut myrmecia, & leuce, & vitiligo, & ossis caries, quã sphacelõ vocãt, & elephas & scabies, & lepra. Quędã cũ prius omnino nõ fuerint, postmodũ sunt orta: veluti meliceris: & atheromata, & steatomata: atq; alio modo elmynthes, & ascarides, & ceria, (ita enim vocãt lõgã latámq; elmyntha, omniáq; quæ suprà diximus in abscessib⁹ quibusdã callosæ sustãtiæ, aut lapillis, aut ossibus, aut pilis, aut alijs quibusdã id genus similia inueniri. itaq; attẽtũ esse semper oportet in omnibus quæ præter naturã habẽtur, atq; diligẽter aduertere ex quo ea genere sint: si modò illud rectè à nobis dictũ est, primã faciendorũ indicationẽ, vnde ad omnia quæ deinceps sunt administranda, initium capietur, à genere ipso sumi. Herpetas nanq; biliosus procreat succus. Quo fit, vt eatenus eiusdem sit cũ erysipelate generis: atque huius quoq; magis etiã cum eo quod exulceratũ est. Differt autem ab

erysip

erysipelate humoris tenuitate. Est enim admodũ tenuis qui herpetẽ excitat, adeò ꝑfectò vt nõ solùm omnes interiores partes, quæ vtiq; carnosæ substãtia sunt, trãseat, sed etiã cutim ipsam ad summã vsq; cuticulã: (ἐπιδερμίδα Græci vocãt) quã solã propterea quòd ab ea remoratur, tum erodit, tũ exedit: quãdo si hãc quoq; sudoris vice trãsiret, haud quaquã vlcus excitaret. Quippe id vlcerũ quæ ex mordẽte humore oriũtur, quæ
10 nimirũ spõtanea vocãt, cõmune est quòd humor qui ea facit, sistit in exitu ac tardat. Porrò ex eo quòd alter humor altero sit tenuior craßiór ve vlcerũ differẽtiæ quæ ex ꝑfunditate spectãtur ꝑueniunt. Huius certè generis est & quæ φαγέδαιναι Græcè dicitur, & exulcerati cãcri. Quorũ omniũ cõmunis curatio est, vt inhibeatur primũ humoris cõfluxio, pòst sanetur vlc⁹. Propria verò cuiusq; tũ ex mẽbri inuenitur natura, tũ ex humoris nõ solũ specie, sed etiã quãtitate. At
20 tenuißimus quidẽ in eiusmodi humoribus est is, q exulceratũ herpetẽ excitat: craßißimus qui cãcrũ. Proximũ ab his locũ occupat quod ad crassitudinẽ attinet, qui phagedænas creat. Harum species quædam sunt, quæ χειρώνια ac τηλέφια Græcè dicũtur. Iã aliæ quædã eiusmodi appellationes sunt, sed inutiles & superuacuæ. Siquidẽ ad curationẽ pernosci oportet humoris tũ copiã, tũ craßitudinis tenuitatísque eius modum, tum potentiam: veluti statim in herpete, quoniã humor

mor tenuis est (vt qui ex genere flauæ sit bilis) vbi summā cuticulā in transitu perrupit: vtiq; cùm digestus is est, permittit cicatricē vlceri induci. Itaque si quis toto prius corpore purgato, mox quæ influētē humorē reprimāt regerántq; medicamētis vtatur, iam herpetē curauerit. Sin neutrū horū fecerit, sed tantū ea quæ cicatricem inducūt adhibuerit: vtiq; exulceratā cuticulā ita sanauerit: proximæ tamen illi quo minus exulceretur, nō cōsuluerit. Postmodū verò illa quoq; cicatrice inclusa, quæ ipsi cōtinua est, exulceratur: idq; longo spatio ceu malo ipso serpente fit donec humor vnde oritur, sit vacuatus. Etenim Romæ mulier quædā illustris cùm herpetem in malleolo haberet, primùm quidem medicamēto quod algam recipit, est vsa. Hoc cùm protinus cicatrix induceretur, proxima illi summa cutis est excoriata, veluti ex desquāmatis. Cui cùm deinde superpositum medicamentum est, rursus illi cōtinua est exulcerata. Idq; ita aßiduè perrexit, donec ad genu exulceratio perueniret: cùm interim quiduis potius pati quàm medicamēto quod bilē traheret, purgari parata esset. Itaque etiā quod fieri in talibus assueuit, quoniam plerique culpant non culpanda, damnato ex alga medicamento, aliud admoueri iußit. Deinceps igitur quod ex sandice componitur, vtebamur. Vt verò id quoque quod exulceratū iam fuerat sanauit: quod verò nūc exulcerabatur, nō inhibuit,

buit, sed iã ad bubones vsq; vitiũ ascẽderat, ipsa necessitate coacta, serũ se lactis sumpturam annuit. Immittẽtes igitur clanculum minimũ scãmoniæ, inuitã purgauimus, ac sanauimus. Ergo cuius gratia hæc dicta sint, denuò repetamus. Postquã communẽ omniũ quæ sub eodem genere vitiorũ sunt indicationem acceperis: vtiq; non hãc in particularibus exequêris, sed reduces semper ad differentiã, quæ tũ affectibus, tũ ipsorũ causis sit accommoda: sicuti de spontaneis ostensum est vlceribus. Vacuabis nãque eum qui redundat humorẽ, cæterùm aliquãdo medicamento quod flauã purgat bilem, sæpe eo quod nigrã modo eo quod mistæ est facultatis: quod scilicet bilem simul & pituitam educat, veluti in alterõ herpetũ genere, quem à similitudine quã habet cũ milio, κεγχρίαν Græci appellant. Quippe is nõ protinus vlcus facit quemadmodum alter, sed admodũ exiguas pustulas, ad speciem milij: quæ ipsæ interposito spatio in vlcus abeunt. Adeò nõ sine ratione quibusdam visum est in eiusmodi vitio bili esse aliquid pituitæ admistũ. Incidũt sanè nonnunquam & citra vehemens totius corporis humorũ vitium in partibus vlcera, quæ haud difficulter medicamẽtis, quæ repellẽdi digerendiq; mistas facultates habent, curãtur. Ac repellũt quidẽ nõ solùm ea quæ adstringũt, sed etiam quæ sine adstrictione refrigerant: digerunt verò quæ calefaciunt. Constátque

quòd

quòd in generatione vlceris, exuperare debebũt, quæ repellẽdi facultatẽ habent, vbi non amplius cõfluit in ægrotãtem particulã vitiosus humor, quæ digerunt. Siquidẽ exiguum vitiosi humoris etiã si quis ad viscera & magnas venas retrudat: nullũ profectò quod sensu percipiatur, malũ cõmittet. At si eius nõ leuis quãtitas sit, in princeps aliquod membrum aliquando procumbit. vbi scilicet prius, naturæ viribus totum corpus expurgãtis non sit vel per deiectionem, vel vrinas, vel cutim, quæ totũ corpus includit, vacuatũ. Atq; flauæ quidẽ bilis vacuatio est facilis: pituitæ verò ac potissimũ eius quæ crassior glutinosiórq; est, itémq; nigræ bilis, difficilior: quo magis purgãtis medicamenti ope indigent. In herpete verò, quoniam tenuis humor est qui id vitiũ creat: abundè est etiã aluum leuiter soluisse, vel vrinas, per ea quæ id modicè efficiũt, citasse. Verùm quoniam de medicamentorũ methodo proditũ etiam aliquid in superioribus est, non pauca autẽ & in operibus quæ propriè his sunt dicata: satius sit sermonẽ nihil vltra proferre, quando satisfacere etiã ei qui attẽtus erit, hæc poßint: neq; enim nos ea à musis accepimus. Verùm homini qui prudẽs sit & diligẽs, & mẽte exercitatus, ipsa rerũ natura quid agendũ sit, suggerit. Vbi verò etiã inueniendi viam ab alio quis traditã ceperit: huic facillimum est per eam vltrà progredi. Huius rei amplum testimoniũ fuerit,

quòd

quòd eiusmodi viri artē maximis operibus illustrarūt. Qui verò parū sūt prudētes: ij nihil praeterea inueniāt, etiā si tota vita infinitos artis effectus cōspexerint. Plurima nāq; inueniūtur hodiéq;, q̄ apud maiores nostros nō fuere inuenta: veluti nūc Romae quidā excogitauit quēadmodū acrochordonas & myrmecias ore sanet. Verū de peioribus, vtpote à cute extantibus, minus est mirū: de myrmecijs verò potissimū quae cum
10 summa cute prorsus sunt aequales, mirū videbatur. Verūtamē has quoq; primū labiorū applicatione, ceu suctu ad se trahebat, atq; à radice euellebat: deinde primoribus apprehēsam dētib⁹ totā simul eximebat. Sed & scalpro ad myrtacei folij speciem formato, & ferramēto eo quod σκολοπομαχαίριον Graeci vocāt quispiā manibus exercitatus, facilè eas excidat, cū proprijs lineamētis à circūposita cute circūscripta discernātur. Aequè verò & valēte aliqua pinna cir
20 culo myrmeciae imposita, ipsam educimus. Debebit porrò pinnae fistula esse myrmeciae crassitudini par, vt eā vndiq; prorsus cōstringat. Quae postea circūacta, ac simul deorsum impulsa, celerrimè ita myrmeciā etiā cū ipsa radice totam educet. Cōstat verò & quòd finis ipse pinnae quae eā circulo secabit, nō tenuis modò, sed etiā acutus & firmus esse debebit. Itaq; tū galli veteris pinna, tū vel magis aquilae ad hunc vsum est cōmoda. Abscindere verò ab his tātùm radicē ver-

*sus oportet, quatenus reliquæ partis fistula cōplecti myrmeciā possit. Sanè ex ipsa statim abscissione, si modò scitè fiat, etiā * acumen ipsi cōparabis. Atq; hoc quidē ratio inuenit, nō casus. Iā quòd hæc vehemēter attrahētibus medicamētis sursum velletur, & putrefaciētibus enecabitur: ratione ab aliquo est inuētū: qui ijsdē postea vsus experiētia rē cōprobauit. Quędā nāq; etiā ante experiētiā fiduciā de se manifestè prębēt: veluti quæ aculeū ac telū quod modò infixum sit, eximūt: itémque arenulas, si quæ oculo inciderunt. Quędā ratione certè excogitātur, cōfirmantur autē ipso vsu. Quo autē facilius etiā per te eiusmodi vias ad curationū cōparādā copiam inuenias: nō tædebit aliquod huius generis exēplum proponere. Nominamus autē id genus in numero particularū vitiū. Quoniam enim quædam deficiunt, sicut dens, vel digitus, vel è naso ala, vel auris quæpiam particula, vel pudendi pellis: quædam redundant, veluti sextus digitus, & Græcè ὀβοτῶδες dicuntur, & dentiū ijs qui naturalibus adnascūtur: adimere quidē quod superuacuum est, sanè haud difficile est: aliud verò producere quod simile ei sit quod desit, id in quibusdam quidem est facile, in quibusdam difficile: in alijs planè fieri non potest. Si nanque carnosum sit quod deest: haud magno negocio id reficias: atque eius rei in cauis vlceribus tradita methodus est. Sin os sit, ipsum quidem instau-*

* ὀξύτητα id est celeritatem.

10

20

rare

rare nō est: cæterum aliud pro eo durum efficere, id licet. Dictū verò etiam in præcedentibus est de reficiendis venis: nempe quòd aliquando nouas alias sensibiliter progenitas vidimus, aliquando omnia tentantibus non prouenerunt.

CAPVT XVIII.

AT si digitus desit, vel tale quippiā, restituere id prorsus nō licebit. Sanè proditū & de præputio prius est, quēadmodū id quispiā instauret. At quæ in naso, vel aure, vel labio sūt curta: ea quidē vt refecisse nō liceat, ita decorē aliquē his adijcere licet, si quis diuisam vtrinq; cutim mox in vnū cōductam queat agglutinare. Alia verò ratione huic morborū generi adnumerantur atheromata, & steatomatas, & melicerides, & ascarides, & ceria, et elmynthes, præterea qui in articulos & pulmones incidūt calli quos poros vocāt: itémq; qui in renibus & vesica inueniuntur calculi. Quippe in omnibus his cōmunis est substantiæ generatio quæ antè non fuit. Cōtrà fit in alopecia, & ophiasi, & ptilosi: item caluitie: in quibus amißio particulæ est quæ vtilis fuerat. Tāquam igitur in cæteris omnibus in quibus gigni quippiam volumus, id agimus, vt naturæ motus liberos minimēque impeditos reddamus: eâdem certè modo & in pilis amißis. Quippe naturæ opus est veluti in sinuosis vlceribus generatio carnis, itidē in capite & palpebris productio pilorum. Ergo si recordaberis

ea quæ in naturalibus libris noſtris de pilorũ generatione didiciſt: vtiq; ex ipſis amiſsionis eorũ cauſas inuenies. Siquidẽ oſtẽſum in his eſt quòd ex ſuccis qui per cutim trãſpirãt, quod limoſum eſt, id pilos tũ à principio gignit, tũ de cætero veluti ſuccreſcendo auget. Hoc igitur quoties vel prorſus periit, vel redditũ eſt vitioſum: toties pilos corrũpi eſt neceſſe. Corrũpũtur nãq; & ſtirpes ipſæ duplici de cauſa: aliàs nutriẽte ſucco deſtitutæ, aliàs nõ idoneo vſæ. Ac prorſus quidẽ 1 *perdito eo qui pilos alat ſucco, caluicies oritur. Eodẽ vitiato tũ quas ὀφιάσεις Græcè vocãt, tũ alopeciæ proueniũt. At primũ quidẽ ex naturali eorũ tũ ortu, tũ mutatione, etiã alienã à natura cauſam inueſtigabis. Ab hinc curationis rationẽ inuenies. Quæ vtiq; per indicationes omnibus iã dictis (in quibus vel aliud quoduis vitiũ, vel etiã vlcus ex humoris vitio incidit) communes peragetur. Siquidẽ & inhibere quod influit, & abſumere ac digerere quod iã ægrotantẽ locũ occupauit, cõueniet. Ergo ceu in vlceribus illis purgationẽ nocẽtis ſucci primũ adhibuiſti: eodẽ modo in pilis ipſis ab hac primùm curationẽ inchoabis: ſcilicet diligẽter prius æſtimãs quis color cutis ſit, cuius cernis corruptos pilos. Nam ſi is albidior quàm pro naturæ habitu ſit: pituitoſi humoris purgationem exhibebis. ſin pallidior, eiuſmodi bilis purgationem: non ſecus quàm ſi nigrior cõſpicitur, quæ nigram detra-* 2

hant

bant bilem offeres. Sanè ad vitiosi humoris speciem certius agnoscendam nō leue tibi adiumentum præcedens victus cōferet: præsertim intelligēti quínam ciborum nigræ bilis succū colligāt, quínam pallidæ, & pituitæ. Ergo cùm iā planè purū ex purgatione corpus existimas: eum qui in cute cōtinetur humorem, digerētibus medicamentis discuties: sic tamen vt in his caueas, ne adeò calida acriáq; admoueas, vt cutis exulcere-
10 *tur. Quinetiā ea quæ valēter siccāt, cauere conueniet, ne videlicet cum vitiato humore etiam vtilem qui adfluit, absumas: veluti in caluitie fit. Hæc igitur ipse aduertēs, admiscui primùm ijs medicamētis quæ alopeciam sanarēt, exiguū thapsiæ. Deinde cōsyderans quotidie quēadmodum ægrotātis natura ab hac esset affecta: vbi vel tumefactā plusculum, vel quodammodo excoriatam vidi: illo quidē die medicamētum abstinui, illeui autem particulam vel galli vel an-*
20 *seris liquato seuo: propterea quòd hæc magis tenuiū sunt partium, & altius descendūt. Deinde postero die, si quidem aliquid iam dictorū remāserat, simili modo illeui. Sin nihil tale apparuerat, rursus medicamēto sum vsus. Atq; vt id altè dimitteretur, etiā cutim prius linteo infricui, quoad manifestè rubra fieret. Verùm si à balneo vti eiusmodi medicamento voles: id ipsum ex balneo factū cernes, quod prius ex frictione habebas. Iā eos quoq; quibus periere ex-*

ciliis pili (quos Græcè πτίλους nominant) similibus genere medicamentis sanabis.

CAPVT XIX.

DEliges autem materiam oculis idoneã, nec per negligentiã committes, vt medicamentum intra tunicas eorum confluat, ita quæ sicca tutiora sunt: de quibus æquè ac de cæteris in nostris de medicamentis operibus est proditũ. Nũc enim (quod dixi) abundè est sola genera medicamentorum prætermissa particulari materia, 10 transcurrere: quò minus de iisdem identidẽ dicecere cogar. Ergo quæcunq; ab ipsa naturæ moderatione sunt aliena, ea tollere cõueniet. Quæcunq; verò sub hac se tenent, cæterùm quodammodo corrupta sunt, ea restituere quaten⁹ licet, oportebit. Sanè dictum à nobis est aliqua ambiguæ naturæ esse. Nec illud nõ dictum, quòd eorum quæ aliena sunt, quædam tota substantia sunt aliena; logica scilicet inquisitione, nec ad curationes in quibusdã affectibus perinde vtili. 20 Siquidem pterygium à sanitatis habitu alienũ esse, patêre cuiuis arbitror. Non tamen idẽ substantiæ ratione, quemadmodum atheroma & meliceris, est alienum, sanatio verò huius quoq;, dum paruũ adhuc est & molle, per ea medicamenta quæ detergent, perficitur: cuius generis sunt, quæ trachomatica vocant. Vbi magnum durũmq; euasit, chirurgiã postulat. Simili ratione & aquularum (quas ὑδατίδας vocant)

quæ

quæ magnæ sunt, chirurgia curabis. Quæ paruæ sunt siccãtibus medicamẽtis iuuantur. At χαλάζιον (est enim id quoq; ex vitijs quæ oculos infestãt vnũ) cùm toto genere alienum à natura sit, auferri postulat. Ad eundẽ modũ & pus ab oculis, quos ὑποπύους vocant. Verùm id plerunq; medicamentis digeritur. Hypochyma verò iam incipiens digeritur: vbi diu constitit, non potest. Aetate verò nostra ocularius quidam medicus, cui iusto nomen erat, etiam concußione capitis multos ὑποπύους sanauit. Collocauit enim eos in sella rectos: ac capita eorum vtrinq; à lateribus apprehẽdẽs, mos quatiebat, adeò vt manifestè descendere pus ipsi videremus. Mansit autem horũ pus deorsum propter grauitatẽ substantiæ, tametsi hypochymatis nequaquã manentibus, nisi admodum ea quis diligẽter impingi cogeret. Etenim leuius est: ac vt ita quis aßimilet, nebulæ similius hypochyma quàm pus: quãquam horũ quoq; ipsorũ quædã (hypochymatũ dico) serosioris humoris sũt. Hæc autẽ punctione ad præsens discutiuntur. Interposito tamen haud longo spatio, ceu limus quidã deorsum fertur. At quãdo pus quod in oculis est, digerere placet, collyrijs quæ myrrhã habẽt, maximè vtemur quæ vtiq; & διὰ σμύρνης Græci propriè vocãt, his certè min⁹, sed reliquis melius faciunt quæ διὰ λιβάνου vocant. Quæ verò impensè siccant, ad præsens certè valenter

*vacuant: sed quod reliquum est, ita cogunt, vt ægrè resolui possit, veluti de scirrhosis tumorib⁹ prius est comprehensum. Subinde verò multum simul puris vacuabimus diuisa tunica ea quæ cornu est specie, paulò suprà locum quo committũtur inter se tunicæ vniuersæ. Nominãt porrò locũ Græcè alij ἶριν, alij στέφανον, id est coronã. Quo fit, vt hoc quoq; vitium tribus subijciatur vacuandi modis, & chirurgiæ quæ simul multum aut totũ expellit, & per medicamenta quæ paulatim, & ei quæ ad alium ignobiliorẽ transfert locum veluti in concusione. Sunt profectò (vt dixi) ex genere eorum quæ tota substantia præter naturã sint, & ascarides, & elmynthes, siue eæ teretes sint, siue etiam latæ. Quocirca & prorsus eas expelli è corpore conueniet. Expelles autem si prius enecaueris. Necabis autem amaris medicamentis. Viuentes nanq; obsistunt intestinis adhærentes: at mortuæ expelluntur vnà cum stercore. Expelluntur cum hoc etiam viuæ, sed stupefactæ, & vt ita quis dixerit, semimortuæ factæ. At teretes quidem absynthium perimere potest. Latæ vehementiora medicamenta desyderant. * Pari modo quæ ἄσκαρις Græcè dicitur. Verùm de medicamentorum copia dicere non est præsentis propositi. Quare hîc iam huic quoque libro finem imponamus.*

* In Græcis codi. impress. additur ὁποῖόν ἐστι καὶ ἡ πτέρις, i. cuiusmodi est & filix. Commendãt autem eã in his affecti bus & Dioscorides & Theophrastus, in antiq. tamen hæc particula non habetur.

FINIS.

IN CL. GALENI PERGAMENI METHODI

medendi, id est, de morbis curandis, Index locupletissimus, quicquid in ea scitu ac notatu dignum videbatur, complectens: qui duplici numero inscribitur: primus, paginam: secundus, lineam denotat.

Aëris

Aloë

do,

Axio

Cache

Cap

ex

Cubi

Cutis

Hyp

Κάρ

Λά-

Naso

Neruo

Obesis

Ocul

Part

Phleg

Repr

ῥεῦμα

Sal

Sang

Temp

Vesic

Vict

Vinum

Vinum

FINIS.